pati: ut optime merētes socios desereret: neq; se iudicare galliam

Responso Ariouusti Regie

Cesar respondit uerū





potius esse Arriouisti: q̄ populi ro: bello superato esse aruernos et  
ruthenos .a. Q. Fabio maximo. q̄bus populus ro. ignouisset: ne q̄  
in puincia redigisset. neq̄ stipendiū imposuisset: q̄ si antiquissimū  
quodq̄ tempus spectari oporteret: populi ro. iustissimum esse in  
gallia ip̄ium: si iudiciū senatus seruari oporteret: liberam debere  
esse galliam: quam bello uictam: suis legibus uti uoluisset: dū hec  
in colloquio geruntur: Cesari denunciatum est. equites Arriouisti  
propius tumulū accedere: et ad nostros adeqtare. lapides telaq̄  
ī nostros conicere: Cesar loquēdi finem fecit. seq̄ ad suos recepit  
suisq̄ imperauit: ne quod omnino telum in hostes reuicerent. nam  
et si sine periculo legiōis delecte cum egratu p̄litum fore uidebat:  
tamen committendum non putabat: ut pulsus hostibus dici posset.  
eos a se per fidem in colloquio circumuentos: posteaq̄ in uulgos  
militum elatum est: qua arrogantia in colloquio Arriouistus usus:  
omni gallia romanos interdixisset: impetūq̄ in nostros eius eq̄tes  
fecisset: eaq̄ res colloquium ut dirimisset: multo magis alacritas:  
studiiq̄ pugnandi maius exercitui sicutum est: biduo post Arriou-  
istus legatos ad Cesarem mittit. uelle se de his rebus: que inter  
eos cepte: neq̄ perfecte essēt: agere cum eo: uti iterum colloquio  
diem constitueret. aut si id minus uellet: e suis legatis aliquē ad se  
mitteret. Colloquēdi Cesari causa uisa nō est. et eo magis: q̄ p̄die  
eius diei germāi retineri nō poterāt: qn̄ ī nostros tela conicerēt:  
legatū e suis sese magno cū piculo ad eum missurū: comodissimū  
uisum est. M. Valerium Procillū. C. Valeriu Caburi filiū: sūma  
uirtute: & hūanitate: adolescētē cuius pater a. C. Valerio flacco  
ciuitate donatus erat: et propter fidem. et propter ligue gallice  
scientiam: qua multa iam Arriouistus lōga cōsuetudine utebatur:  
et q̄ in eo peccandi germanis causa non esset. ad eum mittere: et  
Mariū Metiū qui hospitio Arriouisti utebatur: n̄ mandauit:  
ut que diceret Arriouistus cognoscerent: et ad se referrent. quos  
cū apud se in castris Arriouistus conspexisset: exercitu suo p̄sente  
conclamauit: quid ad se uenirent? inspeculandi gratia? conantes  
dicere: prohibuit. et in cathenas cōiecit: eodē die castra pmouit:  
et milibus passuū sex a Cesaris castris sub monte cōsedit: post die  
eius diei p̄ter castra Cesaris suas copias reduxit: & milibus passuū  
duobus ultra eū castra fecit: eo cōsilio: uti frumento: cōmeatuq̄  
qui ex sequanis et heduis supportaretur: Cesarem intercluderet:  
ex eo die dies cōtinuos quinq̄ Cesar suas copias produxit: & acie

Adequitare

Legatorū Arriouistus  
Ad Cesa. mittit

p̄die eius diei

Legati Cesa. ad Arriou

post die eius diei

instructā habuit: ut si uellet Arriouistus p̄lio cōcedere: ei potestas  
non deesset: Arriouistus his omnibus diebus exercitū castris cōtinuit  
equestri prelio quoti die contendit. genus hoc erat pugne: quo se  
germani exercuerāt. egrum milia erāt sex. totidem numero pe-  
dites uelocissimi: ac fortissimi: quos ex om̄i copia: singuli singulos:  
sue salutis causa delegerāt. Cum n̄ in preliis uersabātur. ad eos se  
eq̄tes recipiebant: si q̄derat durius: concurrebant: siq̄ grauiore  
uulnere accepto: equo deciderāt: circūstebāt: si quo erat lōgius  
p̄deundum: aut celerius recipiendum: tāta erat horū exercitatioe  
celeritas: ut iubis equorum subleuati: cursum adequarent: ubi eū  
castris se tenere Cesar intellexit: ne diutius cōmeatu p̄hiberetur:  
ultra eum locum: quo in loco germani cōsederant: circiter passus  
sexcentos: ab his castris idoneū locū delegit. acieq̄ triplici instructa  
ad eum locum uenit. primam et secūdā aciem in armis esse: tertiā  
castra munire: iussit: hic locus ab hoste: circiter passus sexcentos:  
uti dictū ē: aberat. eo circiter hominū sexdecim milia: expedita  
cū om̄i equitatu Arriouistus misit. que copie nostros deterrerent:  
et munitione prohiberent. nihilo secius Cesar: ut acie cōstituerat:  
duas acies hostem propulsare: tertiā opus p̄ficere: iussit: multas  
castris duas ibi legiones reliquit: et partem auxiliorum. quatuor  
reliquas in castra maiora reduxit. p̄ximo die istituto suo Cesar  
e castris utrisq̄ copias suas eduxit. paulumq̄ a maioribus castris  
progressus: aciem instruxit: hostibus pugnandi potestatem fecit.  
ubi ne tum q̄dem prodire intellexit: circiter meridiem exercitum  
in castra reduxit: tum demū Arriouistus p̄ter suarū copiaz. que  
castra maiora oppugnaret: misit. acriter utrinq̄ usq̄ ad uesperū  
pugnatum est: solis occasu suas copias Arriouistus multis et illatis:  
et acceptis uulneribus: in castra reduxit: cū ex captiuis quereret  
Cesar quāobrem Arriouistus prelio non decertaret: hāc repiebat  
causam: q̄ apud germanos: ea cōsuetudo esset: ut matressfamilias  
eoz̄ sortibus et uaticinationibus declararēt: utrū preliū cōmitter:  
ex usu esset: nec ne. eas ita dicere: nō esse fas germanos superare: si  
ante nouam lunam prelio contēdissent: post die eius diei Cesar  
presidium utrisq̄ castris: quod satis esse uisum est: reliquit. omnes  
alarios in conspectu hostiū pro hostium numero uallabat: ut ad  
speciem alariis uteretur. ipse triplici instructa acie: usq̄ ad castra  
hostium accessit. cum demū necessario germāi suas copias castris  
eduxerunt: generatimq̄ cōstitērūt: paribus interuallis. barudes:

genus pugne German

parta Cesaris in dehyond  
p̄sumendo totū

pugna fm̄ ad castra Cesa

Causa q̄re Arriouistus  
prelio nō decertabat

Sortibus matres  
familias p̄decla-  
rabant ad bellū  
germani committe-  
rent

Alarij





Ignitū copiarū Ariouisti  
noīa. Germanorū q̄ nāf  
conos.

pūlis

preliū

fuga Germanorū

Ariouisti p̄fugiū

Due uxores Ariouisti  
perierūt

Valerius Procillus Ariouisti  
p̄fugiū liberat

Marius Metellus captus

Sueui domū reuertūt

marcomannos tribores: uāgiōes: nemetes: sedulios: suetos: oēm q̄  
aciem suam redit: et carris circūdederūt: nequa spes in fuga reli-  
queretur: eo mulieres imposuerunt: que in prelium proficiscētē  
passis criminibus: flētē s̄plorabāt: ne se ī seruitutē romāis traderēt:  
Cesar singulis legionibus: singulos legatos: et questorē prefecit:  
uti eos testes sue q̄sq̄ uirtutis haberet: ipse a dextro cornu: q̄ eā  
partem minime firmā hostiū eē animaduertē: plium cōmisit.  
ita nostri acriter in hostes signo dato s̄petū fecerūt. itaq̄ hostes  
repēte celeriterq̄ procurerūt: ut spatiū pila in hostes cōiciēdi:  
nō daretur: reiectis pilis: cominus gladiis pugnatū est: at germāi  
celeriter ex consuetudine sua phalange facta: impetus gladiatorū  
exceperunt. repti sunt complures nostri milites: qui in phalāge  
insilirent: & scuta manibus reuellerent. & desuper uulnerarēt. Cū  
hostium actes a sinistro cornu pulsa: atq̄ in fugā cōuersa esset:  
a dextro cornu uehēmēter multitudine suorum nostram aciem  
premebāt. Id cū animaduertisset. P. Crassus adolescens: q̄ egratus  
preerat: q̄ expeditior erat: q̄ u qui inter aciem uersabāt: tertiā  
aciem laborantibus subsidio misit: ita prelium restitutum est. atq̄  
omēs hostes terga uerterūt: neq̄ p̄s fugere destiterūt q̄ ad flumē  
rhenū milia passum ex eo loco circiter quinque peruenerint: ibi  
perpauci aut uiribus confisi: cranare contenderūt: aut lintribus  
inuētis salutē sibi reppererunt. In his fuit Ariouistus: q̄ nauiculā  
deligatam ad ripam nactus: ea profugit. reliquos omēs equitatu  
cōsecuti nostri: interfecerunt. due fuerūt Ariouisti uxores: una  
sueua natione quā domo secū duxerat: altera Norica regis Voc-  
cionis soror: quam in gallia duxerat a fratre missā. utreq̄ in ea  
fuga perierūt. due filie: harū: altera occisa: altera capta est. C.  
Valerius Procillus cū a custodibus in fuga trinis cathēis uinctus  
traheretur: in ipsum Cesarem hostes equitatu sequentem scidat.  
que qdē res Cesari nō minor ē: q̄ ipsa uictoria uoluptatē attulit:  
q̄ hominem honestissimum prouincie gallie: suum familiarem: et  
hospitem: ereptum e manibus hostium: sibi restitūtū uiderat: neq̄  
eius calamitate de cāta uoluptate: et gratulatione: quicq̄ fortuna  
diminuerat. Is se presente de se ter sortibus cōsultū dicebat: utrū  
igni statim necaret: an ī aliud tēpus reseruaret: sortiū beneficio  
eē se incolumem. Item Marius Metellus repletus & ad eū adductus  
ē. hoc plio trās rhenū nūciato: :sueui: q̄ ad ripas rheni uenerāt:  
domum reuertē ceperūt. quos ubi qui proximi rhenum incolunt

perterritos senserūt: insecuti: magnū ex his numerum occiderūt:  
Cesar una estate duobus maximis bellis cōfectis: maturius paulo:  
q̄ tēpus āni postulabat: ī hyberna in sequanos exercitū deduxit.  
hybernis Labienum p̄posuit. ipse in citeriorē galliā ad cōuētus  
agendos p̄fectus ē.

C. Iulii Cesaris . belli Gallici  
Commentarius Secundus.

Vm esset Cesar in citeriore gallia in hybernis:  
ita uti superius demonstraui: crebri ad eum  
rumores afferebantur: litterisq̄ item Labienni  
certior fiebat: omnes belgas: quam tertiam esse  
gallie partem dixeramus: contra populum ro.  
cōiurare. obsidesq̄ inter se dare: cōiurandi has  
esse causas: primum q̄ uerentē ne omni pacata  
gallia exercitus noster ad eos adduceretur: deinde q̄ a nōnullis  
gallis sollicitaretur: p̄tum q̄ ut germanos diutius in gallia uersari  
noluerant: ita populi ro. exercitum hyemare: atq̄ inueterascere  
in gallia molestie ferebant: partim q̄ mobilitate: & leuitate animi  
nouis impiis studebāt: ab nōnullis etiā q̄ ī gallia a potētioribus:  
atq̄ us: qui ad conducendos homines facultates habebant: uulgo  
regna occupabātur. qui minus facile eam rem in imperio nostro  
consequi poterāt: us nūtiis litteris q̄ cōmotus Cesar dual legiōes  
in citeriore gallia nouas cōscripsit: et ineunte estate in interiorē  
galliam qui deduceret. Q. Pedium: legatum misit: ipse cū p̄mū  
pabuli copia eē inciperet: ad exercitum uenit: dat negotiū seno-  
nibus reliquisq̄ gallis: q̄ finitimi belgis erant. uti ea: que apud eos  
gerant: cognoscant. seq̄ de his rebus certiorē faciant: nō cōstāter  
omnes nuntiauerūt manus cogi. exercitusq̄ in unū locū cōduci:  
tum uero dubitandum non existimauit: quin ad eos p̄ficisceret.  
Re frumētaria compata: castra mouet. diebusq̄ circiter quindecim  
ad fines belgarum peruenit. eo cum de improviso: celeriusq̄ omni  
opinionē uenisset: remi qui proximi gallie ex belgis sunt: ad eū  
legatos: Iocium et Aridocuburium: primos ciuitatis miserūt: qui  
dicerent: se suaq̄ omnia in fidem atq̄ potestatem populi romani  
permittere neq̄ se cum belgis reliquisq̄ consensisse. neq̄ cōtra po-  
romanū cōiurasse: paratosq̄ esse: & obsides dare: & īpata facere:  
et oppidis recipe: & frumēto ceterisq̄ rebus iuuare: reliquos omēs

In hybernis Cesaris milites

Belgarū cōi. po. Ro. comū  
fuit

rhemi





belgas in armis esse: germanosque qui cis rhenum incolunt: sese cum illis coniunxisse: tantumque esse eorum omnium furorē: ut ne suessiones quidem fratres: consanguineosque suos: quod eodem iure: et iisdem legibus utantur: unum imperium: unumque magistratum cum ipsis habeant: deterrere potuerit: quin cum illis consenserit: cum ab illis quereretur que civitates: quaque in armis essent. et quid in bello posset: sic reperiebat. plebsque belgas esse ortos a germanis: rhenum antiquitus traductos: propter loci fertilitatem: ibi consedisse. gallosque quod ea loca scolerent: expulisse. solosque esse: quod patrum nostrorum memoria: omni gallia vexata: teutonum cimbrosque intra fines suos ingredi prohibuerit. Qua ex re fieri. ut earum rerum memoria magna sibi auctoritatem: magnosque spiritus in remilitari sumeret: de numero eorum omnia se habere explorata rem dicebat. propterea quod propinquitatibus: affinitatibusque coniuncti: quantum quisque multitudinem in communi belgarum consilio ad bellum pollicitus sit: cognoverint. plurimum inter eos bellouacorum: et uirtute: et auctoritate: et hominum numero: ualere. hos posse conficere armata milia centum pollicitos etiam ex eo numero electa milia sexaginta: totiusque belli impium sibi postulare. Suessiones suos esse finitimos: fides latissimos: feracissimosque agros possidere. Apud eos fuisse regem nostram etiam memoria Diuitiacum totius gallie: potentissimum: quod cum magne partis harum regionum: tum etiam britannie regnum obtinuerat. nunc esse regem galbam. Ad hunc propter iustitiam prudentiamque suam: totius belli summam omnium uoluntate deferri: oppida habere numero. xii. polliceri milia armata quinquaginta: totidem neruios: qui maxime feri iter ipsos habeant. longissimeque ab sint: quoddecim milia atrebatum. Ambianos decem milia. Morinos quoddecim milia. Mēapios septem milia. Velocasses & Veromandos totidem: caletos decem milia: catuacos decem nouem milia: condrusos: eburones: ceretos: pēmanos: qui uno nomine germani appellantur: arbitrari ad quadraginta milia: Cesar remos cohortatus liberaliterque oratione prosecutus: omnem senatum ad se conuenire: principumque liberos obsides ad se adduci iussit: que omnia ab his diligenter ad diem facta sunt. ipse Diuitiacum hedum magnopere cohortatus docet: quantum opere reipublice: communisque salutis intersit: manus hostium distineri: ne cum tanta multitudine uno tempore confligendum sit. Id fieri posse: si suas copias hedum in fines bellouacorum introduxerit. et eorum agros populari ceperint. His mandatis eum ab se dimittit. Postquam omnes belgarum copias in unum locum coactas

civ  
Suessiones

oppidū belgarum

remi

Diuitiacus  
rex  
Galba rex

Diuitiacum cohortatus cum habuisset ut popularetur fines bellouacorum

Teutonos  
Cimbros

Bellouaci

Suessiones

neruios  
Atrebatos  
Ambianos  
Morinos  
Mēapios  
Velocasses  
Veromandos  
Caletos  
Catuacos  
Condruos  
Eburones  
Ceretos  
Pēmanos

ad se uenire uidit. neque tam longe abesse ab illis quos miserat exploratoribus: et ab remis cognouit: flumen axonam: quod est in extremis remorum finibus: exercitum traducere maturauit: atque ibi castra posuit. que res et locus unum castrorum muniebat: et comearum. ab remis reliquisque ciuitatibus: ut sine periculo ad eum portari posset efficiebat. In eo flumine pontis erat: ibi presidium ponit: & in altera parte fluuius. Q. Titurium Sabinum legatum cum sex cohortibus reliquit. Castra in altitudine pedum. xii. uallo: fossaque duodeviginti pedum munire iubet: ab illis castris oppidum remorum nomine librax aberat milia passuum octo: id ex itinere magno impetu belge oppugnare ceperunt: egre eo die sustentatum est. gallos eadem atque belgarum oppugnatio est. In ubi circumiecta multitudinem hominum: totis menibus lapides in murum iaci cepti sunt: murusque defensoribus nudatus est. restudine facta portas succedunt: murusque subruunt. quod tum facile fiebat: nam cum tanta multitudo lapides ac tela conicerent: in muro consistendi potestas erat nulli. cum finem oppugnandi nox fecisset. Iocetus Remus summa nobilitate: et gratia: inter suos: qui tunc oppido presuerat. unum ex illis qui legati de pace ad Cesarem uenerant: nuntium ad eum mittit: nisi subsidium sibi submittatur: sese diutius sustinere non posse: eo de media nocte Cesar iisdem ducibus usus: qui nuntii ab Ioceto uenerant: numidas et cretas sagittarios: et fuditores: baleares: subsidio oppidanis mittit quorum aduentu: et remis cum spe defensionis studium propugnandi accessit: et hostibus eadem de causa spes potendi oppidi discessit. Itaque paulisper apud oppidum murati: agrosque remorum depopulati: omnibus uicibus edificisque: que adire potuerant: incensis: ad castra Cesaris cum omnibus copiis contenderunt: et a milibus passuum minus duobus castra posuerunt. que castra ut fumo atque ignibus significabat: amplius passuum milibus octo: in latitudinem patebant. Cesar primo: et propter multitudinem hostium: et propter eximiam opinionem uirtutis: plus supersedere statuit: quotidie tamen equestribus preliis: quod hostis uirtute posset: et quod nostri auderent: periclitabatur. Vbi nostros non esse inferiores intellexit. loco pro castris ad aciem instruendam: natura oportuno: atque idoneo: quod si collis ubi castra posita erant: paulum ex planitie editus: tantum aduersus in latitudinem patebat: quantum loci acies instructa occupare poterat: atque ex utraque parte lateris deiectus habebat: et in fronte leniter castigatus paulatim ad planitiem redibat: ab utroque latere eius collis

exonia f.

librax oppidum

periclitabatur





transuersam fossam obduxit: circiter passuum quadringentorum  
et ad extrēas fossas castella constituit: ibiq; tormenta collocauit:  
ne cum aciem instruxisset hostes: q̄ tantū multitudine poterant:  
a lateribus suos pugnātes circūuenire possēt. hoc facto duabus  
legionibus quas proxime cōscripserat: in castris relictis: ut si quo  
opus esset subsidio: duci possēt: reliquas sex legiones pro castris  
in acie cōstituit. hostes itē suas copias ex castris eductas instrux-  
erunt. palus erat nō magna: inter nostrum atq; hostiū exercitiū.  
hanc si nostri transirent: hostes expectabant. nostri autem: si ab  
illis initium transeundi fieret: ut impeditos aggredierentur: parati  
armis erant. interim prelio equestri iter duas acies contendebat.  
ubi neutri initium transeundi faciunt: secundo equitum plio:  
Cesar suos in castra reduxit: hostes protinus ex eo loco ad flumē  
axonā cōtenderunt: quod esse post nostra castra demonstratū  
est. ibi uadis repertis partem suarum copiarum traducere conati  
sunt: eo consilio ut si possēt: castellum cui preerat. Q. Titurius  
legatus: expugnarēt. pontemq; interscinderēt: sin minus possēt  
agros remorum popularentur. qui magno nobis usui ad bellum  
gerendum erant: commeatusq; nostros p̄hiberēt: certior factus  
a Titurio Cesar: omnem equitatum: et leuis armature numidas:  
funditores: sagittariosq; pontem traducit: atq; ad eos contendit:  
acriter in eo loco pugnatū est. hostes impeditos nostri in flumine  
aggressi magnum eorum numerum occiderunt. per eorum corpora  
reliquos trāsire audacissime conātes: multitudie teloz; repulerūt:  
primos qui transierant eq̄tatu circūuentos: interfecerūt. hostes  
ubi de expugnando oppido: et de flumine transeundo spem sese  
fessellisse intellexerunt: neq; nostros in locū iniquiorem p̄gredi:  
pugnandi causa uiderūt: atq; ipsos rei frumentaria deficere cepit:  
concilio conuocato constituerunt: optimum esse: domum suam  
quēq; reuerti et quoz; in fines p̄mi romāi exercitiū retroduxissēt.  
ad eos defendēdos undiq; cōuenirēt. ut portus in suis q̄ in alienis  
finibus decertarent: et domesticis copiis rei frumentarie uterent.  
ad eam sententiam cū reliq; causis: hec quoq; ratio eos deduxit:  
q̄ Diuitiacum atq; heduos finibus bellouacorum appropinquare  
cognouerant: ut psuaderi ut diutius morarent: neq; suis auxiliū  
ferrent: non poterat: ea re constituta secunda uigilia magno cū  
strepite ac tumultu castris egressi: nullo certo ordie: neq; impio:  
cum sibi quisq; primum itineris locum peteret: et domū peruenire

*pugna ad axonā  
flum.*

properarent: fecerūt: ut consimilis fuge profectio uideret. Hac  
re statim Cesar p̄speculatores cognita: insidias uertit: q̄ qua de  
causa discederent nondum perspexerat: exercitum equitatumq;  
castris cōtinuit. p̄ma luce cōfirmata re ab exploratoribus: omne  
equitatum: qui nouissimū agmen moraret p̄misit: ut. Q. Pediu  
& L. Aurunculeium Cottam legatos p̄fecit. T. Labienū legatū  
cum legionibus tribus subseq; iussit. It nouissimos adorti et multa  
milia passuū prosequuti: magnam multitudinem eorū fugientiū  
cōciderūt: cū ab extremo ordine ad quos uentū erat: cōsisterēt.  
fortiterq; impetum nostrorum militum sustinerent: prioresq; q̄  
abesse a periculo uiderēt: neq; ulla necessitate neq; imperio cō-  
tinerent: ex audito clamore: p̄turbatis ordibus: omnes in fuga  
presidiū sibi ponerent: ita sine ullo periculo: tantam nostri eoz;  
multitudinem interfecerūt: quantū fuit diei spatū: sub occasūq;  
solis destiterūt: seq; in castra: ut erat impatū recepunt. post die  
eius diei Cesar: priusq; se hostes ex terrore ac fuga reciperent: in  
fines suessionū: qui p̄ximi remiserant: exercitiū duxit: & magno  
itinere cōfecto: ad oppidum nouiodunum cōtendit. id ex itinere  
oppugnatum: q̄ uacū a defēscibus audiebat. p̄pter latitudinē  
fosse: muriq; altitudinem: paucis defendentibus oppugnare non  
potuit. castris munitis uineas agere: queq; ad oppugnādum usui  
erāt: cōparare cepit. interim om̄is ex fuga suessionū multitudo  
in oppidum proxima nocte peruenit. celeriter uineis ad oppidū  
actis: aggere iacto: turribusq; constitutis: magnitudine operum:  
que neq; uiderant ante galli: neq; audierant: et celeritate rōanoz;  
permoti. legatos ad Cesarem de deditioe mittunt. & petentibus  
remis ut cōseruaretur: impetrant: Cesar obsidibus acceptis: p̄mis-  
ciuitatis: atq; ipsius Galbe regis duobus filiis: armisq; omnibus ex  
oppido traditis: in deditioem suessiones accepit. exercitumq; in  
bellouacos ducit. q̄ cum se suaq; omnia in oppidum bratuspantiū  
cōtulissent: atq; ab eo oppido Cesar cum exercitu circiter milia  
passuum quinq; abesset: omnes maiores natu: ex oppido egressi:  
manus ad Cesarem tēdere: et uoce significare ceperūt: sese in eius  
fidē ac potestātē uenire: neq; cōtra populū ro. armis cōtendere.  
itē cū ad oppidū accessisset: castraq; ibi poneret: pueri mulieresq;  
ex muro passis manibus: suo more pacē a romanis petierunt. pro-  
uis Diuitiacus: nam post belgarū discessum dimissis heduoꝝ copiis  
ad eum reuerterat: facit uerba: bellouacos omni tempore in fide

*passis manib;*

*Suessiones in seditione cesari  
se tradit*

*Bellouaci se om̄q; sua in  
oppidū bratuspantiū cōtulerunt*





atq; amicitia ciuitatis hedue fuisse. impulsus a suis principibus: qui diceret heduos a Cesare in seruitutē redactos omnes indignitates: contumeliasq; perferre: et ab heduis defecisse. et populo ro. bellū intulisse: qui eius cōsiliū principes fuissent: q; intelligerent quantā calamitatem ciuitati intulisset: in britāniam profugisse. preterea petere nō solum bellouacosi: sed etiā p his heduos ut sua clemētia et māfuetudie in eos utatur. quod si fecerit: heduorū autoritatē apud omnes belgas āplificaturum. quorum auxilium: atq; opibus: si qua bella inciderint: sustētare cōsuerint. Cesar hōris Diuiciaci: atq; heduorum causa: sese eos in fidē recepturum et cōseruaturū dixit. sed q; erat ciuitas magna: & iter belgas autoritate ac hōim multitudie p̄stabat: sexcētos obsides poposcit: ut traditis: oībusq; armis ex oppido collatis: ab eo loco in fines ambianorū puenit. q; se suaq; omnia sine mora dederūt: eorū fines neruii attingebāt. quorum de natura et moribus Cesar cū quereret: sic reperiebat. nullum additū esse ad eos mercatoribus: nihil pati uini: reliq; rūq; rerum: ad luxuriam pertinentiū: inferri: q; his rebus elāguescere animos eorū: et remitti uirtutem existimarēt: esse homines feros: magneq; uirtutis. Increpitare atq; inculcare reliquos belgas: qui se populo ro. deditisset: patriamq; uirtutem p̄cississent: confirmare sese: neq; legatos missuros: neq; ullā cōditionem pacis accepturos. cum per eorum fines triduū iter fecisset: inueniebat ex captiuis Sabini flumen a castris suis: non amplius milia passuum decem abesse. trans id flumen omnes neruios confedisse: aduentumq; ibi romanorum expectare. una cum atrebatibus: et ueromanduis finitimis suis. nam ut utriusq; persuaserāt ut eādē belli fortunam experirentur: expectari etiā ab illis aduaticorū copias: atq; esse in itinere: mulieres: quiq; per etatem ad pugnā inutiles uiderent in eū locum coniecisse: quo propter paludes exercitus aditus nō esset. Is rebus cognitis. exploratores centurionesq; premitte: qui locum idoneum castris deligant. Cum ex dediticiis: belgis: reliq; gallis complures Cesarem secuti una iter facerent: quidam ex illis: ut postea ex captiuis cognitum est: eorum dierum consuetudine nostri exercitus perspecta: nocte ad neruios peruenerūt. atq; ut demonstrarunt: inter singulas legiones impedimentorū magnum numerum intercedere: neq; esse quicq; negotii: cum p̄ma legio in castra uenisset: reliqueq; legiones magnum spatium abessent: hāc sub sarcinis adoriri: qua pulsa impedimētisq; direptis: futurum: ut

Cesar ad uenit ad fines  
Ambianorū q; illis se dedit

Sabini flume

Neruii fini hōies

relique contra consistere non auderent: adiuuabat etiam eorum consiliū: qui rem deferebāt: q; Neruii antiquus equitatu nihil possent neq; enim ad hoc tēpus ei rei student. sed quicq; possunt pedestribus ualent copis quo facilius finitimorum equitatum: si p̄dandi causa ad eos uenissent: impediret: teneris arboribus scissis: atq; inflexis: crebris in latitudinem ramis enatis: & rubis scissibusq; interiectis: effecerāt: ut instar muri he sepes munimenta p̄berēt: quo non modo intrari: sed ne perspicere quidem possent. his rebus cū iter agminis nostri impediretur: nō omittendum consiliū Neruii existiauerūt. loci natura erat hec: quē castris nostri delegerāt: collis ab summo equaliter decliuis: ad flumē Sabini: quod supra nominauimus uergebat: ab eo flumine pari accliuitate collis nascebat: aduersus huic: et cōtrarius: passus circiter ducētos: infimus: apertus: ab superiori parte siluestris: ut nō facile introrsus p̄spici posset. Intra eas siluas hostes in occulto sese cōtinebāt. in aperto loco: secundum flumen: pauce stationes uidebāt eq̄tum: fluminis erat altitudo circiter pedū triū. Cesar eq̄tatu p̄missō subsequēbat omibus copis. sed ratio ordoq; agminis aliter se habebat: ac belge ad neruios detulerant. nam q; hostis appropinq̄bat: cōsuetudine sua Cesar. vi. legiones expeditas ducebat. post eas totus exercitus impedimenta collocarat. inde due legiones: que p̄xime cōscripte erant: totum agmen claudebant. presidioq; impedimentis erant: eq̄tes nostri cum funditoribus: sagittariisq; flumen transgressi: cū hostiū equitatu prelium cōmiserūt. cū se illi idēdem in siluas ad suos reciperēt: ac rursum e silua in nostros impetum facerent. neq; nostri longius: q̄ quē ad finē porrecta: ac aperta loca p̄tinebant. cedētes insequi auderēt. Interim legiones sex: que p̄me uenerāt: opere dimisso: castra munire ceperunt. Vbi prima impedimēta nostri exercitus ab illis: qui in siluis abditū latebāt: uisa sunt: quod tempus inter eos committendi prelii cōuenerat: ita ut intra siluā aciem ordinisq; cōstituerant: atq; ipsi sese cōfirmauerant: subito omnibus copis peruolauerūt: impetūq; in nostros eq̄tes fecerūt: ut facile pulsos: ac perturbatos: incredibili celeritate ad flumen decurrerunt. ut pene uno tempore: et ad siluas: et in flumine: etiam in māibus nostris hostes uiderent. Eadem aut celeritate aduerso colle ad nostra castra: atq; eos q; in ope occupati erāt: cōtēderūt. Cesari omnia uno tempore erant agēda: uexillum proponendū: quod erat insigne: cum ad arma cōcurrere oporteret. Signum tuba

natura loci delecti a romanis  
describit

preliū Neruorū cū romanis





dandum: ab opere reuocandi milites: qui paulo longius: aggeris  
petēdi cā pcesserāt: accersendi: acies instruēda: milites cohortādi:  
signum dādum: quarū rerum magnā partem temporis breuitas:  
et successus: et incurfus hostiū impediebat. his difficultatibus due  
res erant subsidio: scientia atq; usus militum: q̄ superioribus preliis  
exercitati: qd fieri oporteret: nō minus cōmode ipsi sibi p̄scribere:  
q̄ ab aliis doceri poterant: et quod ab opere. singulisq; legionibus  
singulos legatos Cesar discedere: nisi munitis castris uetuerat. Is  
propter propinquitatem: et celeritatem hostiū: nihil iam Cesaris  
imperium expectabāt: sed per se que uidebantur: administrabāt.  
Cesar necessariis rebus imperatis: ad cohortandos milites quam in  
ptē fors obtulit: decurrit: et ad legionē decimā deuenit. Milites  
nō lōgiore oratiōe cohortatus: q̄ uti sue p̄stine uirtutis mēoriam  
retinerent. neu p̄turbarētur animo. hostiumq; impetum fortiter  
sustinerent: et quia non lōgius hostes aberant: q̄ quo telū adici  
posset: prelii committendi signum dedit. Atq; item in alterā ptē  
cohortandi causa profectus: pugnātibus occurrit. Tēporis cāra  
fuit exiguitas: hostiumq; tam paratus: ad dimicandum animus:  
ut nō mō ad insignia accomodāda: sed etiā ad galleas induendas:  
scutis tegumēta detrahēda: tempus defuerit: quam quisq; ab ope  
in preem casu deuenit. queq; p̄ma signa cōspexit: ad hec constitit  
ne in querendis suis pugnādi tēpus dimitteret. instructo exercitu  
magis ut loci uatura: delectusq; collis: et necessitas: q̄ ut rei milita  
ris ratio atq; ordo postulabat: cum diuersis legionibus alii alta in  
pte hostibus resisterēt: septibusq; dēlissimis: ut āte demonstrauimus  
interiectis: p̄spectus impedirēt: neq; certa subsidia collocari: neq;  
quid in quaq; parte opus eēt: prouideri: neq; ab uno omnia impia  
administrari poterant. Itaq; in tanta rerum iniquitate fortune  
quoq; euentus uarii sequebant. Legionis none et decime milites:  
ut in sinistra pte acies cōstitērūt: pilis emissis: cursu ac lassitudine  
exātos uulneribusq; cōfectos atrebatel: nā ut ea p̄ obuenerat:  
celeriter ex loco superiore: in flumen compulerunt. Et transire  
conātes: insecuti gladius magnā preem eoz; impeditiā interfecerūt.  
Ipsi trāsire flumen nō dubitauerūt: et in locum iniquū pgressi:  
rursus resistētes hostes: redintegrato plio in fugā cōiecerunt. Itē  
alia in pte diuerse due legiones undecima: et octaua: profligatis  
Veromandis: quibus cū erāt cōgressi: ex loco superiore in ipsi  
fluminis ripis p̄liabantur. Attonitis fere a frōte: et a sinistra pte:

Fuga strabatū

nudatis castris: cū ī dextro cornu legio duodecima: & nō magno  
ab ea interuallo septima constitisset: omnes neruū confertissimo  
agmine: duce Boduo gnato: qui sūmam imperii tenebat: ad eum  
locum contenderūt. quoz; pars aperto latere legiones circūuenire:  
pars summum locum castrorum petere: cepit. Eodem tempore  
egres nostri: leuisq; armature pedites: qui cū is una fuerāt: quos  
primo hostium impetu pulsos dixeram: cum se ī castra reciperēt:  
aduersis hostibus occurrebant. ac rursus in aliam partem fugam  
petebāt: et calones: qui de cumana porta: ac summo iugo collis:  
nostros uictores flumen transisse conspexerant: predandi causa  
egressi: cū respexissēt: et hostes in nostris castris uersari uidissēt:  
precipites sese fuge mandabāt: simul eorum: qui cū impedimētis  
ueniebāt clamor: fremitusq; exaudiebatur. Aliq; aliā in preem  
perteriti ferebant. Quibus omibus permoti equites treuiri. quoz;  
inter gallos uirtutis opinio est singularis: quia auxilii causa ab  
ciuitate: ad Cesarem missi aduenerant: cum multitudine hostium  
castra nostra cōpleri: nostras legiones premi: & pene circūuētas  
teneri: calones: equites: funditores numidas diuersos: dissipatosq;  
in omnes partes fugere uidissent: desperatis nostris rebus: domū  
contenderunt. Romanos pulsos: superatosq; castris impedimētisq;  
eorum hostes potitos ciuitati nūtiauerūt. Cesar ab decime legiois  
cohortatione: ad dextrū cornu p̄fectus: ubi suos urgeri: signisq;  
in unum locum collatis: duodecime legionis milites confertos sibi  
ipsis ad pugnam impedimēto esse uidit. quarte cohortis omnibus  
cēturionibus occisis: signiferisq; īterfectis: signo amisso: reliquoz;  
cohortiū omnibus fere centurionibus: aut uulneratis aut occisis:  
in us primi p̄si. P. Sex. Baculo fortissimo uiro: multis grauibsq;  
uulneribus cōfecto: ut iam se sustinere non posset: reliquos esse  
tardiores: etiam nōnullos ab nouissimis desertos: prelio excedere:  
ac tela uitare: hostes neq; a fronte ex inferiore loco subeūtes in/  
termittere: et ab utroq; latere instare: et rē eē in angusto uidit:  
neq; ullū esse subsidiū: quod summitti posset: scuto ab nouissimis  
uni militi detracto: q̄ ipse eo sine scuto uenerat: in primam acie  
p̄cessit: cēturionibusq; nominatim appellatis: reliquos cohortatus  
milites signa īferre: et māipulos laxare iussit: quo facilius gladius  
uti possent. cuius aduētu spe illata militibus: ac redintegrato aīo:  
cum pro se quisq; in conspectu imperatoris: etiam extremis suis  
rebus operam nauare cuperet: paulū hostium impetus tardatus

Boduo Jux neruo?

Treuiri eqtes

Vis Cesaris magna





est. Cesar cum septimam legionem que iuxta constiterat: iterum  
urgen ab hoste uidisset: tribunos militum monuit: ut paulatim  
sefe legiones coniungerent: et conuersa signa in hostes inferrent.  
quo facto cum alius alii subsidium ferret: neq; timeret. ne auersi  
ab hoste circumueniretur: audacius resistere: ac fortius pugnare  
ceperunt. Interi milites legionum duarum: que in nouissimo agmine  
presidio impedimentis fuerant: prelo nuntiato: cursu incitato in  
summo colle ab hostibus circumspectebantur. et T. Labienus castris  
hostium potitus: ex loco superiore: que res in nostris castris gereret:  
conspicatus: decimam legionem subsidio nostris misit. Qui cum ex  
equitum: et calorum fuga: quo in loco res esset: quantoque in periculo:  
et castra: et legiones: et imperator uersaretur: cognouisset: nihil  
ad celeritatem sibi reliqui fecerunt. Horum aduentu tanta rerum  
commutatio est facta: ut nostri etiam: qui uulneribus confecti  
procubissent: scutis innixi prelium redintegrarent. Tum calones  
perterritos hostes conspicati: etiam inermes armatis occurrerunt.  
Equites uero ut turpitudinem fuge: uirtute delerent: omnibus in  
locis pugnabant: quo se legionariis militibus preferrent. At hostes  
etiam in extrema spe salutis tantam uirtutem presterunt: ut cum  
primi eorum cecidissent: proximi iacentibus insisterent: atque ex eorum  
corporibus pugnarent. His deiectis: et coaceruatis cadaueribus: que  
supessent ut ex tumulo tela in nostros conicerent: et pila inter-  
cepta remitterent: ut non: ne quicquam tante uirtutis homines iudicari  
deberent. Ausos esse transire latissimum flumen: ascendere altissimas  
ripas: ac subire iniquissimum locum: que facilia ex difficillimis animi  
magnitudo redegerat: Hoc sermo facto: & prope ad internitum  
gentis: ac nominis Neruorum redacto: maiores nati: quos una  
cum pueris mulieribusque: in estuaria ac paludes collectos dixeramus:  
hac pugna nuntiata: cum uictoribus nihil impeditum: uictis nihil  
tutum arbitrantur: omnium qui superant consensu: legatos ad  
Cesarem miserunt. seque ei dederunt. Et in commemoranda ciuitatis  
calamitate: ex sexcentis ad tres senatores: ex hominum milibus  
sexaginta ad quingentos: qui arma ferre possent: sese redactos esse  
dixerunt: quos Cesar: ut in miseris ac supplicibus: usus misericordia  
uideretur: diligentissime conseruauit. Suisque finibus: atque oppidis  
uti iussit: et finitimis sperauit: ut ab iniuria & maleficio se suosque  
prohiberent. Aduatici: de quibus supra scripsimus: cum omnibus copiis  
auxilio nerui uenirent: hac pugna nuntiata: e itinere domum

Viti sunt Herum

Maiores nati ad Cesarem  
Legatos miserunt se ei dederunt

Sex milia sexaginta que arma  
reperant ad quingentos redacti  
sunt.

Aduatici

reuerterunt: cunctisque oppidis castellisque desertis sua omnia in  
unum oppidum: egregie natura munitum contulerunt. quod  
cum ex omnibus partibus: in circuitu altissimas rupes: despectusque  
haberet: una ex parte leniter accliuus aditus in altitudinem non  
amplius ducetorum pedum relinquebatur. Quem locum duplici  
altissimo muro munierant. Tum magni ponderis saxa & paculas  
trabes in muro collocabant. Ipsi erant ex cibris: teutonicisque pugnatis:  
qui cum iter in prouinciam nostram: atque italicam facerent: his im-  
pedimentis: que secum agere et portare non poterant: circa flumen  
rhenum depositis: custodiam ex suis: ac presidium: sexmilia hominum  
una reliquerant. In post eorum obitum: multos annos a finitimis  
exagitati: cum alias bellum inferrent: alias illatum defenderent:  
consensu eorum omnium: pace facta: hunc sibi domicilio locum  
delegerunt. Ac primo aduentu exercitus nostri. crebras ex oppido  
excursiones faciebant. paruulisque preliis cum nostris contendebant.  
Postea uallo pedum in circuitu .xv. milium: crebrisque castellis  
circummuniti: oppido se continebant. ubi uineis actis: aggere ex-  
tructo: turri constitui precul uiderunt: primum irridere ex muro: atque  
increpitare uocibus: que tanta machinatio ab tanto spatio instrueret.  
quibus nam manibus: aut quibus uiribus: presertim homines tantule  
stature. Nam plerumque omnibus gallis pre magnitudine corporum  
suorum: breuitas nostra contemptui est. Tanti oneris turrim: in  
muros sese collocare considerent. Vbi uero moueri & appropinquare  
menibus uiderunt: noua et inusitata specie commoti: legatos ad  
Cesarem de pace miserunt. Qui ad hunc modum locuti. Non se  
existimare romanos sine ope diuina bellum gerere: qui tante al-  
titudinis machinationes: tanta celeritate promouere: et ex propinquitate  
pugnare possent. Se suaque omnia potestati permittere dixerunt.  
unum petere: ac deprecari: si forte pro sua clementia: ac mansuetudine  
quam ipsi ab aliis audissent: statuisset aduaticos esse conseruandos:  
ne se armis dispoliaret. Sibi fere omnes finitimos esse inimicos: ac  
sue uirtuti inuidere: a quibus se defendere: traditis armis: non possent.  
sibi prestare: si in eum casum deducerentur: quamuis fortunam a  
populo ro. pati: que ab illis pro cruciatu interfici: inter quos dominari  
consueissent. Ad hec Cesar respondit: se magis consuetudine sua:  
que merito eorum ciuitatem conseruaturum: si priusquam murum aries  
attigisset: deditissent sese. Sed ditionis nullam esse conditionem:  
nisi armis traditis. se id quod in nerui fecisset: facturum. Finitimisque

Descriptio loci aduaticorum  
in quo dia sua seque conuertit

Aduatici ex Cimbris  
Teutonicisque pugnati

Vinea agger Turris

una statua pro magnitudine  
suorum gallis diuis contentum dicitur

Legati Aduatici ad Cesarem miserunt  
que omnem hanc edidit.





dehinc p. 10.

probae aduanti

Sectionem.

capiti numerus ad milia  
quingenta tria.

Veneti  
Vnellos  
osifinos  
Curiosolitas  
Sesuiuos  
Aulericos  
rhodones  
cas. se debent  
maritime civitate

Supplicatio p. XV. dies  
ab res accipere gestas.

imperatorum: nequam dediticiis populi ro. iniuriam facerēt. Re  
nunciata ad suos: que imperarentur facere dixerunt. Armorum  
magna multitudine: in fossam: de muro: que erat ante oppidum  
iacta: sic ut ppe summā muri aggerisq; alacudinē acerui armorū  
adequarent. Et tamen circiter parte tertia: ut postea perspectū  
est: celata: atq; in oppidum retēta: portas patefactis: pace eo die  
sunt usi. Sub vesperum Cesar portas claudi: militesq; ex oppido  
exire iussit: nequā noctu oppidani a militibus iniuriā acciperēt.  
Illi ante inito: ut intellectū est: cōsilio: q; deditiōe facta: nostros  
psidia deducturos: aut demiq; indiligētius seruaturol: crediderāt:  
partim cum his: que retinuerāt: et celauerāt armis: partim scutis  
ex cortice factis: aut uiminibus intextis: que subito: ut temporis  
exiguitas postulabat: pellibus incluserāt: tertia uigilia: q; minime  
arduus ad nostras munitiones ascensus uidebatur: omnibus copiis  
repente ex oppido eruptionem fecerunt: celeriter: ut ante Cesar  
imparat: ignibus significatiōe facta: ex pxis castellis eo cōkursū  
est. Pugnatumq; ab hostibus ita acriter est: ut a uiris fortibus: in  
extrema spe salutis: in quo loco: contra eos: q; ex uallo: turribusq;  
tela iacerēt: pugnari debuit. Cū in una uirtutis om̄is spes salutis  
consisteret. occisis ad hominum milia quatuor: reliqui in oppido  
reiecti sunt. post ridie eius diei refractis portis: cū iam defēdere  
captū oppidū nemo: atq; intromissis militibus nostris: sectiōem  
eius oppidi uniuersam Cesar uēdidit. Ab illis qui emerant: capitum  
numerus ad eum relatus est: milium quinq; ginta trium. eodē tempe  
a. P. Crasso: quē cum legione una miserat ad uenetos: unellos:  
osifinos: curiosolitas: sesuiuos: aulericos: rhedōes: que sunt maritīe  
ciuitates: oceanumq; attingūt: certior factus ē: om̄es eas ciuitates  
in deditiōem potestatēq; populi ro. eē redactas. his rebus gestis:  
om̄i gallia pacata: tāta huius belli ad barbaros opinio plata ē:  
ut ab illis nationibus: que trans rhenū icolerent: mitterent legati  
ad Cesarem: que se obsides daturat: impata facturas: pollicerētur.  
quas legatiōes Cesar: q; in italiā illyricūq; pperabat: in ita pxima  
etate ad se reuerti iussit. Ipse in carnutes: andes: turonesq; que  
ciuitates: in illis locis ppinque erant ubi bellū gesserat: legionibus  
in hyberna deductis: in italiā profectus est. Ob easq; res ex lit  
teris Cesaris dies .xv. supplicatio decreta est. quod āte id tēpus  
accidat nulli.

C. Iulii Cesaris. belli gallici  
Commentarius. Tercius.

Vm in italiā pficisceret Cesar. Ser. Galbā  
cum legiōe duodecima: et parte equitatus in  
ātuates sedunos: ueragrosq; misit: q; a finibus  
allobrogū: et lacu lemāno & flumīe rhodano  
ad summas alpes pertinent. causa mittendi fuit  
quod iter per alpes: quo magno cū periculo:  
magnisq; cū portoris mercatores ire cōsuerāt.

patefieri uolebat. huic permisit si opus eē arbitraretur: uti in eis  
locis legionem hiemandi causa collocaret. Galba secundis aliquot  
pluis: castellisq; cōpluribus eorū expugnatis: missis ad eū undiq;  
legatis obsidibusq; datis: et pace facta: cōstituit cohortes duas in  
antuatibus collocare: et ipse cum reliquis eius legiōis cohortibus:  
in uico ueragros: qui appellatur octodorus: hyemare. qui uicus  
positus in ualle: non magna adiecta planitie: altissimis montibus  
undiq; cōtinetur. cū hic in duas partes flumine diuideret: alteram  
partem eius uici gallis ad hiemādum cōcessit: alteram uacua ab  
ill relictam: cohortibus attribuit: eum locū uallo fossaq; muniuit.  
Cum dies hybernorū cōplures transissent: subito p exploratores  
certior factus est: ex ea parte uici: quā gallis cōcesserat: omnes  
noctu discessisse: mōtesq; qui impenderēt a maxima multitudine  
sedunorum et ueragrorum teneri. Id aliquot decaulis acciderat:  
ut subito galli belli renouandi: legionisq; opprimende consilium  
caperēt. pmo q; legiōem: neq; tā plenissimā: detractis cohortibus  
duabus et cōpluribus sigillatim: qui cōmeatus petendi causa missi  
erant: absentibus: propter paucitatem despicbant: tum etiam q;  
propter iniquitatem loci: cū ipsi ex mōtibus in uallē decurrerēt:  
et tela cōicerent: ne primum qdem posse impetū suū sustinere  
existimabant. Accedebat q; suos ab se liberos abstractos obsidam  
nomine: dolebant. et romanos nō solum itineris causa: sed etiam  
ppetue possessionis: culmina alpium occupare conari: et ea loca  
finitime prouintie adiungere: sibi psuasum habebant. his nuntis  
Galba cū neq; opus hybernorū: mūtationesq; plene essent pfecte:  
neq; de frumēto reliquoq; cōmeatu satis esset psumum: q; deditiōe  
facta: obsidibus acceptis: nihil de bello timēdum existimauerat:  
cōsilio celeriter cōuocato. sentētiā exgrere cepit. quo in cōsilio

Antuates  
Sedunos  
ueragros

Lemanus

Ser. Galba

Octodorus uicus ueragros

Causa renouandi bellū gallicū

Consiliū Galbe





cum tantum repentini periculi preter opinionem accidisset: ac iam omnia fere superiora loca multitudinis armatorum completa conspicerent: neque subsidio ueiri: neque comestul supportari: interclusis iteribus possent: prope iam desperata salute: in nonnullis huiusmodi sententia dicebatur. ut impedimentis relictis eruptione facta iisdem itineribus quibus eo puenissent: ad salutem contenderet. Maiori tamen parti placuit hoc resuato: ad extremum consilio interim euentum experiri: et castra defendere Breui spatio interiecto: uix ut his rebus quas constituisent: collocandis: atque ad ministrandis tempus daret: hostes ex omnibus partibus: signo dato: decurrere: lapides: gessaque in uallum conicere. Nostri primo integris uiribus fortiter repugnare: neque ullum frustra telum ex loco superiore mittere: ut queque pars castrorum nudata defensoribus premi uidebatur: eo occurrere. et auxilium ferre. sed hoc superari: quod diurnitate pugne hostes defessi prelio excedebant: alii integris uiribus succedebant. quare res a nostris propter paucitatem fieri nihil poterat. ac non modo defesso expugna excedendi: sed ne saucio quidem eius loci: ubi constiterat: reliquendi ac sui recipiendi facultas dabatur. Cum iam amplius horis sex continenter pugnaretur: ac non solum uires sed etiam tela nostris deficerent: atque hostes acutus instarent: languidioribusque nostris uallum scindere: et fossas complere cepissent: resque eent iam ad extremum producta casu: . P. Sexti. Bibaculus primus pili centurio: quem neruico plio pluribus confictum uulneribus diximus: et item. C. Volusenus tri. militum: uir et consiliu magni: et uirtutis: ad Galbam: accurrunt. Atque unam esse spem salutis docent: si eruptione facta extremum auxilium experirent. Itaque conuocatis centuriis: celeriter milites certiores facit: paulisper intermitterent prelium: ac tantummodo tela missa excipent. seque ex labore reficerent. post signo dato castris eruperent: atque omnem spem salutis in uirtute ponerent. Quod iussi sunt: faciunt. ac subito omnibus partibus eruptione facta: neque cognoscendi quid fieret: neque sui colligendi hostibus facultatem relinquunt. ita commutata fortuna: eos qui in spem potiudorum castrorum uenerant: undique circumuectos: interficiunt. et ex hominum milibus amplius triginta: quem numerum barbarorum ad castra uenisse constabat. plus tertia parte interfecta: reliquos perterritos in fugam coniciunt. ac ne in locis quidem superioribus consistere patiuntur. Sic omnibus hostium copiis fuis: armisque exutis: se in castra munitionesque suas recipiunt. Quo plio facto: quod sepius fortunam temptare.

p. Sexti Bibaculus

C. Volusenus

Consilium erupendi

pugna in eruptione castrorum atque victoria romi

Sine du

gesta in gallicis in andibus

Galba nolebat: atque alio se in hyberna consilio uenisse mēnerat: alius occurrere rebus uiderat: maxime frumenti comestulque inopia promotus: postero die omnibus eius uici edificis incensis: in punitiam reuerti contendit. ac nullo hoste prohibere: aut iter demorante: incolumem exercitum in antuaret: inde in allobroges perduxit. ibique hyemauit. His rebus gestis: cum omnibus de causis Cesar pacatam galliam existimaret: superatis belgis: expulsis germanis: ut et in alpiibus sedunis: atque ita in hyeme in illyricum profectus esset: quod eas quoque nationes adire: et cognoscere uolebat: subitum bellum in gallia ortum est. eius belli hec fuit causa. P. Crassus adolescens cum legione septima: proximus mari oceano in adibus hyemauerat. Is quod in illis locis inopia frumenti erat: prefectos: tribunosque militum complures in finitimis ciuitates frumenti causa dimiserat. quo in numero est. T. Terrasidius missus in eusubios. M. Trebius gallus in curiosolitas. Q. Velantius cum. T. Sillio in uentos. Huius est amplissima ciuitatis longe autoritas: omnis ore maritime regionum earum: quod et naues habent plurimas uenti: quibus in britanniam nauigare consuerunt: et scientia: atque usu nauticarum rerum reliquos antecedit: et in magno impetu maris: atque aperto: paucis portibus interiectis: quos tenent ipsi: omnes fere qui eo mari uti consuerunt: habent uectigales. Ab illis fuit initium retinendi Silli atque Vellanii: quod per eos suos obsides: quos Crasso dedisset: recuperaturos existimabant. Horum autoritate finitimi adducti: ut sunt gallorum subita: et repentina consilia: eadem de causa Trebium Terrasidiumque retinet. Et celeriter missis legatis per suos principes inter se conuocant: nihil nisi communi consilio acturos. Eundemque omnis fortune exitum esse laturos: reliquasque ciuitates sollicitant. ut in ea libertate: quam a maioribus acceperant: permanere: quam romanorum seruitute perferre mallent. Omni ora maritima ad suam sententiam celeriter perducta: communem legationem ad P. Crassum mittunt: si uelit suos recipere: obsides sibi remittat. Quibus de rebus Cesar a Crasso certior factus: quod ipse aberat longius: naues interit longas edificari in flumine ligere: quod influit in oceanum: remiges ex prouincia constitui: nautas gubernatoresque comparari iubet. His rebus celeriter administratis: ipse cum primum per anni tempus potuit: ad exercitum contendit. Veneti reliqueque inter ciuitates: cognito Cesaris aduentu: certiores facti: simul quod quantum in se facinus admisissent: intelligebant: legatos: quod nomen ad omnes nationes sanctum: et inuolatumque

Subitum bellum alium cum causa p. Crasso adolefens fuit

eusubij curiosolitas Venetos

Galloz subita ac repentina consilia

Legati sui.

Legati. Sanctum nomen





semp fuisset: retētos a se: et in uincula coniectos: p magnitudine  
 piculi: bellum parare: et maxime ea: que ad usū nauū ptinerēt:  
 prouidere instituūt. hoc maiori spe: q̄ multum natura loci cō/  
 fidebant. pedestria esse itinera concisa: estuariam nauigationem  
 impeditam: propter inscitiam locorū: paucitatēq; portuū: sciebāt.  
 Neq; nostros exercitus: ppter frumētū topiā: diutius apud se mo/  
 rari posse: cōfidebāt. Ac iam: ut om̄ia cōtra op̄ionē acciderent:  
 tamē multo se plurimū nauibus posse. Romāos neq; ullā faculta/  
 tem habere nauū: neq; eorū locorū: ubi bellū gesturi essēt: uada:  
 portus: insulasq; nouisse. ac lōge aliā esse nauigationem in cōcluso  
 mari: atq; in aprissimo oceano: p̄spiciebāt. His inicit cōsiliis oppi/  
 da muniūt. frumēta ex agris in oppida cōportāt. Naues in uene/  
 tiam: ubi Cesarē primū bellū eē gesturum constabat: q̄ plurimas  
 possūt: cogūt. Socios sibi ad id bellū osinos: lexobios: nannetes:  
 ābitates: morinos: diablī tres: menapios: adsciscūt. Auxilia ex bri/  
 tātia que cōtra eas regiōes posita ē: accersūt. Erāt difficultates  
 belli gerendi: quas supra ostendimus. Sed multa tamen Cesarē  
 ad id bellum incitabant: iniurie retentorum equitum romanoꝝ:  
 rebellio facta post deditiōem: defectio datis obsidibus: tot cui/  
 tantum cōiuratio. In p̄mis ne hac pte neglecta: relique natiōes  
 idem sibi licere: arbitrentur. Itaq; cum intelligeret omnes fere  
 gallos: nouis rebus studere. & ad bellū mobiliter celeriterq; ex/  
 citari. Omnes autē homines natura libertati studere: & cōditiōem  
 seruitutis odisse: priusq; plures ciuitates conspirarent: partiendū  
 sibi: ac latius distribuēdū exercitū putauit. Itaq; T. Labienū  
 legatum in treuiros: qui proximi rheno flumini sūt: cū equitatu  
 mittit. Huic mādat remos reliquosq; belgas adeat: atq; in officio  
 contineat. Germanosq; qui auxilio a belgis accersiti dicebātur:  
 si per uim nauibus flumen trāsire conētur: prohibeat. P. Crassū  
 cū cohortibus legionariis duodecim: & magno numero eq̄tatis:  
 in aquitanniam proficisci iubet: ne ex us nationibus auxilia in  
 galliam mittantur. ac tante nationes cōiungantur. Q. Tituriū  
 Sabinum legatum: cum legionibus tribus in unellos: curiosolites.  
 lexobiosq; mittit: qui eam manum distinendam curet. Decimum  
 Brutum adolescētē: classi gallicisq; nauibus: quas ex pictonibus  
 et sanconis reliquisq; pacatis regiōibus cōuenire iusserat: p̄fecit.  
 Et cū p̄mum possit in uenetos p̄ficisci iubet. Ipse eo pedestribus  
 contendit copiis. Erant huiusmodi fere sicut oppidorum: ut

Venetia

Cause q̄ Cesarē incita  
 bant belli gerendi

om̄s Gallos nouis rebue  
 studere

T. Labienus legatus

Treuiros  
 remi  
 belgæ

P. Crassū in aquitanniam iubet

Q. Tituriū. Sabinum legatū in  
 unellos  
 curiosolites  
 Lexobios

Decimū. Brutū. p̄ficisci classi  
 ex pictonibus  
 et sanconibus castris.

osinos  
 Lexobios  
 nannetes  
 ābitates  
 Morinos  
 diablī tres  
 Menapios

rheno

posita

posita in extremis lingulis: promontoriisq; neq; pedibus aditum  
 haberēt: cum ex alto se estus incitauisset: quod bis accidit: semper  
 horarum duodecim spatio: neq; nauibus: q̄ rursus inueniente estu  
 naues in uadis afflictaerentur. Ita utraq; re: oppidoꝝ oppugnatio  
 impeditabatur. Ac siquando magnitudine operis: forte superati  
 extruso mari aggere ac molibus: atq; his oppidi menibus adeq̄tis:  
 suis fortunis desperare ceperāt: magno nauium numero appulso:  
 cuius rei summam facultatem habebant: deportabant omnia. seq;  
 in proxima oppida recipiebant. Ibi se rursus usdem opportuni/  
 tatibus loci defendebant. hec eo facilius magnam partem estatis  
 faciebant: q̄ nostre naues tempestatibus detinebantur. summaq;  
 erat uasto atq; aperto mari magnis estibus: raris: ac prope nullis  
 portubus: difficultas nauigādi. nam ipsorum naues ad hūc modum  
 facte: armateq; erant. Carine aliquanto planiores q̄ nostrarum  
 nauium: quo facilius uada: ac decessum estuum excipere possent.  
 Prore admodum erecte: atq; item puppes: ad magnitudinē fluc/  
 tuum: tempestatūq; accomodate. Nauesq; tote facte ex robore:  
 ad quāuis uim & contumeliam perferendam: transtra pedibus in  
 altitudinē trabibus: cōfixa clauis ferreis: digiti pollicis crassitudine.  
 Anchore p funibus: ferreis carenis reuincte. pelles p uelis: aluteq;  
 tenuiter cōfecte: siue propter lini inopiam: atq; eius usus inscitā  
 siue eo: quod est magis uerisimile: q̄ tantas tempestates Oceani:  
 tantosq; impetus uentorum sustinere: ac tanta opera nauium regi  
 uelis: nō satis cōmode posse arbitrabant. Cum his nauibus nostre  
 classi eiusmodi cōgressus erat: ut una celeritate: & pulsu remorum  
 prestaret: reliqua pro loci natura: pro ui tempestatum: illis essent  
 aptiora: & accommodatiora. Neq; enim his nostre rostro nocere  
 poterant. Tanta in his erat firmitudo: neq; propter altitudinē:  
 facile telum adiciebant. & eadem de causa minus cōmode scopulis  
 continebantur. Accedebat ut cum seuire uētus cepisset: & se uēto  
 dedissent: & tempestatem ferrent: facilius: & in uadis consisterēt:  
 tutius. Et ab estu derelictē nihil saxa & cautes timerent. quarum  
 rerū omniū nostris nauibus casus erat extimescēdus. Compluribus  
 expugnatis oppidis: Cesar ubi intellexit: frustra tantum laborem  
 sumi: neq; hostium fugam: captis oppidis reprimi: neq; his nocere  
 posse: statuit expectandam classem. Que ubi cōuenit: ac primum  
 ab hostibus uisa est: circiter. cc. xx. naues eorum paratissime: atq;  
 om̄i genere armoz ornatissime: p̄fecte ex portu: nostris aduersē

lingulis  
 motoris

estus maris

Carine

prore  
 pupes  
 Transera  
 fabricatio nau  
 galloꝝ

Anchor  
 pelles p uelis  
 Alute.





constiterunt. Neq̄ satis Bruto qui classi p̄erat: uel tribunis militū: centurionibusq; quibus singule naues erant attribute: constabat: quid agerent. Aut qua ratione pugne insisterent. Rostro enim nocere non posse cognouerant. Turribus autem excitatis: t̄cum tamen has altitudo puppium ex barbaris nauibus superabat: ut neq; ex inferiore loco cōmode tela aduicti possent: & missa a gallis grauius acciderent. una erat magna usui res preparata a nostris: falces pacute: inferte affixe q; longuriis: non ab simili forma muralium falcium. his cum funes: qui antemnas ad malos distinebāt: comprehēsi adductiq; erant: nauigio remis incitato: p̄rumpebant: quibus abscisis: antemne necessario cōcidebant. ut cū om̄is gallicis nauibus spes in uelis armamentisq; eēt: his ereptis: om̄is usus nauū uno tēpore eriperetur. Reliquū erat certamen positū in uirtute. qua nostri milites facile superabant. Atq; eo magis q; in cōspectu Cesaris: atq; om̄is exercitus res gerebat: ut nullum fortius paulo factū latere possit. Omnes enim colles: & loca superiora: unde erat propinquus despectus in mare: ab exercitu tenebant. Disiectis ut diximus antennis: cū singulas bine aut terne naues circūsteterāt: milites summa ui transcēdere in hostium naues contendebant: qđ postq̄ barbari: fieri animaduertent: expugnatis compluribus nauibus: cū ei rei nullum reperiret auxiliū: fuga salutem petere contēderunt. Ac iam conuersis in eam partē nauibus: quo uentus ferebat: tāta subito malicia: ac tranquillitas extitit: ut se ex loco commouere nō possent. Que quidem res ad negotiū conficiēdum maxime fuit opportuna. Nam singulas nostri cōlectati expugnauerunt. Et p̄pauce ex om̄i numero: noctis interuētū ad terram peruenere: cū ab hora fere q̄rta: usq; ad solis occasum pugnaret. Quo prelio: bellum uenetoꝝ: totiusq; ore maritime confectū est. Nam cum om̄is iuuentus: omnes etiam grauioris etatis a quibus aliquid consilii: aut dignitatis fuit: eo conuenerant: tum nauium quod ubiq; fuerat in unum locū coegerant. Quibus amissis reliqui neq; quo se reciperent: neq; quemadmodum oppida defenderent: habebat. Ita se suaq; om̄ia Cesari dederunt. In quos eo grauius Cesar uindicandum statuit: quo diligētius in reliquum tempus: a Barbaris ius legatorum conseruaretur. Itaq; omni senatu necato: reliquos sub corona uendit. Dum hec in uenetis geruntur. Q. Titurius Sabinus cum his copiis quas a Cesare acceperat: in fines unelloꝝ peruenit. iis p̄erat Viridouix: ac summā imperii tenebat

Longuriis

Vna res nouitas inueni  
ta accessit ad expugnandas  
naues galloꝝ

Armamenta

Malicia tranquillitas

Venetis se suaq; om̄ia  
Cesari dederunt

om̄s Capiti uendit  
Senatoꝝ necatis

Viridouix: dux Unelloꝝ

earū omniū ciuitatū que defecerant. Ex quibus exercitū magnasq; copias coegerat. Atq; his paucis diebus auleri: eburonices: lexo/ uunq; senatu suo interfecto: q; autores belli esse nolebat: portas clauserunt. Seq; cū Viridouice coniūxerūt. Magnaq; preterea multitudo: undiq; ex Gallia perditorum hominum: latronumq; conuenerant: quos spes p̄dandi: studiumq; bellādi ab agricultura: & quotidiano labore: reuocabat. Sabinus idoneo omnibus rebus loco castris sese tenebant. cū Viridouix contra eum duum milium spatio confedisset. quodidieq; p̄ductis copiis pugnādi potestatem faceret: ut iam nō solū hostibus in contēptionē Sabinus uentret: sed etiam nostroz militum uocibus nō nihil caperetur. tantamq; opinionē timoris prebuit: ut iam ad uallum castrorū hostes accederent. Id ea facebat de causa: q; cum tanta multitudine hostiū: presertim eo absente: qui summā imperii teneret: nisi equo loco: aut opportunitate aliq̄ data legato: dimicandū nō existimabat. Hac confirmata opinione timoris: idoneum quendā hominem: & callidum delegit gallum: ex us: quos causa auxiliū secū habebat. huic magnis premiis: pollicitationibusq; persuadet: uti ad hostem transeat: & qđ fieri uelit: edocet. Qui ubi pro pfuga ad eos uenit: timorē Romanoꝝ p̄ponit. Quibus agustus ipse Cesar a uenetis prematur docet. neq; lōgius abesse: quin p̄xima nocte Sabinus clam ex castris exercitū educat: & ad Cesariē auxiliū ferēdi causa proficiscat. Quod ubi auditū est: conclamant omnes occasionem negotii bene gerendi: amittēdam non esse. Ad castra iri oportere. Multe res ad hoc consilium gallos hortabant. Superiorū dierum Sabini cōtatio. pfuge cōfirmatio. Inopia cibarioꝝ: cui rei parū diligēter ab us erat p̄sum. Spes uenetici belli. Et qđ fere libēter homines: id quod uolunt: credunt. Is rebus adducti non prius Viridouicē: reliquosq; duces ex consilio dimittūt: q̄ ab us sit concessum arma uti capiant: & ad castra contendant. Qua re cōcessa: leti uelut explorata uictoria: sarmētis utrgulicq; collectis: quibus fossas Romanoꝝ cōpleant: ad castra pergūt. Locus erat castrorū editus: & paulatī ab imo accliuis: circiter passus mille: huc magno cursu contenderunt: ut quamminimum spatii ad se colligendos: armadosq; Romanis daretur: exanimatq; peruenerūt. Sabinus suos hortatus: cupiētibus signum dat. Impeditis hostibus propter ea: que ferebāt onera: subito duabus portis eruptionē fieri iubet. Factum est opportunitate loci: hostiū inscitia: ac defatigatione:

Auleri  
eburonices  
lexo  
Senatus suus  
interfectus

Legato nō conuenit dimicari  
nisi presente aut p̄mitente  
q; summa imp̄i autem tenet

Iudex cesarianorū

Id qđ uoluit hoies habere  
credunt

eruptio sabini e castris  
cū romanoꝝ exercitu





uirtute militū: ac superiorū pugnarū exercitatiōe: ut ne unū qdem nostrorū impetum ferrēt. ac statim terga uerterēt. quos impeditos integris uiribus milites nostri consecuti: magnū numerum eorum occiderūt. reliquos equites cōsecrati: paucos q ex fuga euaserant: reliquerunt. Sic uno tempore: & de nauali pugna Sabinus: & de Sabini uictoria Cesar certior factus ē. ciuitatesq; omnes se statim Titurio dederunt. Nam ut ad bella suscipienda gallorū alacer ac promptus est animus: sic mollis ac minime resistens ad calamitatē perferendas: mens eorum est. Eodē fere tēpore. P. Crassus cum in Aquitaniam peruenisset: que pars ut ante dictum est: & regionū latitudine: & multitudine hominū ex tertia parte gallie est estimanda: cum intelligeret in us locis sibi bellum gerēdum: ubi paucis ante annis. L. Valerius preconius legatus: exercitu pulsu interfectus ē: atq; unde. L. Mallius p̄cōsul impediētis amissis profugisset: nō mediocrē sibi diligentia adhibendam intelligebat. Itaq; re frumentaria puisa: auxiliis: equitatorūq; cōparato: multis preterea uiris fortibus: tolosa & narbone: que sunt ciuitates gallie prouintie finitime: ex his regiōibus notatim euocatis: in sōriatum fines exercitū introduxit. Cuius aduentu cognito sōriates magnis copiis coactis equitatorūq; quo plurimū ualebāt. In itinere nostrum agmen adorti: p̄mum equestre prelium cōmiserūt. Deinde equitatu suo pulso atq; in sequentibus nostris: subito pedestres copias: quas in cōualle in insidiis collocauerant: ostēderūt. In nostros disiectos adorti: preliū renouarunt: pugnatūq; est diu acriter. Cū sōriates superioribus uictoriis freti: in sua uirtute totius aquitanie sp̄e positā putarēt: nostri autē: quid sine impatore: & sine reliquis legiōibus adolescēculo duce efficere possent: perspicere cuperēt: tandē cōfecti uulneribus hostes terga uertere. Quorū magno numero interfecto Crassus ex itinere oppidum sōriatum oppugnare cepit. quibus fortiter resistētibus: uineas turrestq; egit: illi eruptione temptata: alias cuniculis ad aggerem uineasq; actis: cuius rei sunt longe peritissimi aquitani. p̄pterea q̄ multis locis apud eos erarie sectare sūt. Vbi diligentia nostrorū his rebus nihil p̄fici posse intellexerūt: legatos ad Crassum mittunt. seq; in deditiōē. ut recipiat: petunt. qua re impetrata arma tradere iussi: faciūt. atq; in ea re omnium nostrorū intētis animis: alia ex pte oppidi Adiatonnus: q̄ summam imperii tenebat: cum sexcētis deuotis: quos illi solduros appellant. quorū hec est conditio: ut omnibus in uita commodis una cum his

Ino bella uno tēpore  
coacta

gallorū molles animi  
in calamitatibus

Nūc de p. Crasso q̄ in  
aquitania bellū gerit

Tolosā  
narbonā

preliū

Victoria crassi

Sōriates in deditiōē  
p. Crasso se de armisq; sibi  
dederunt

Sōriates

Adiatonnus  
Soldurū  
Senati

fruantur: quorū se amicitie dederint. siq; ut per uim accidat: ut eundē casum una ferant: ac sibi mortem consciant. Neq; adhuc hoim memoria reptus est quisq; q̄ eo interfecto: cuius se amicitie deuouisset: mori recusaret. Cum us Adiatonnus eruptionē facere conatus: dolore ab ea pte munitiōis sublato: cū ad arma milites cōcurrissent: uehementerq; ibi pugnatū esset: repulsus in oppidum est: uti tñ eadē deditiōis conditione uerere: a Crasso impetrauit. armis obsidibusq; acceptis: Crassus in fines uocatioz & tarusatum profectus ē. tū uero barbari cōmoti: q̄ oppidū & natura loci: & manu munitū paucis diebus: quibus eo uentum erat: expugnatum cognouerant. legatos quaq; uersum dimittere. Coniurare: obsides dare inter se: copias parare ceperūt. Mittunt etiā ad eas ciuitates legatos: que sūt citerioris Hispanie finitime: agrante: inde auxilia ducesq; accersunt. Quorum aduētū magna autoritate: & magna hominū cū multitudine bellū gerere conant. Duces uero ii delinguntur: qui una cū. Q. Sertorio omnes annos fuerant: summāq; scientiā rei militaris habere existimabant. In consuetudine populū Ro. loca capere: castra munire: cōmeatibus nostros intercludere instituūt. qd̄ ubi Crassus animaduertit: suas copias p̄pter exiguitatem nō facile deduci: hostē & uagari: & uias obsidere: & castris satis presidii relinquere: ob eam causam minus cōmode frumētum commeatūq; sibi supportari: in dies hostium numerū augeri: non contandum existimauit: quin pugna decertaret. Hac re ad consiliū delata: ubi homines idem sentire intellexit: posterum diem pugne constituit. p̄ma luce productis omnibus copiis: duplici acie instructa: auxiliis in mediam aciem collocatis: quid hostes cōsiliū caperent: expectabat. Illi & si p̄pter multitudinē: & ueterē belli gloriam: paucitatēq; nostrorū: se tuto dimicaturus existimabāt. tñ tutius eē arbitrabant uis cōmeatu intercluso sine ullo uulnere uictoria potiri. Et si p̄pter inopiā rei frumentarie Romani sese recipere cepissent: impeditos in agmine: & sub sarcinis infirmioriq; animo: adorti cogitabāt: Hoc cōsilio p̄bato ab duabus p̄ductis Romanoz copis: sese castris tenebāt. Hac re p̄fecta Crassus: cū sua contatione: ac opinione: timidiores hostis: nostrosq; milites alacriores ad pugnadum effecisset: atq; omniū uoces audirentur: se expectari diutius non oportere: quin ad castra iret: cohortatus uos: om̄ibus cupiētibus: ad hostiū castra cōtēdit. Ibi cū alii fossas cōplerēt: alii multis telis coniectis: defensores uallo munitiōibusq;

Adiatonnus eruptionē facit  
pugna.  
deditio illoz omnium

Crassus p̄fectus p̄fectus  
in fines uocatioz &  
Tarusatum

ex hispania gallicis auxiliis  
mittunt.





Decumana porta

ex pugna crassorum  
galloz & victoria

Dedidit se miles ex agrania  
crasso ut honoris sequeret.  
Tarbelli  
ma bigeriones  
preciani  
Vocates  
Tarusates  
Austates  
Garites  
Austi  
Garunni  
Sibutzates  
Cocofates

depellerent: auxiliareque quibus ad pugnam Crassus non multum  
confidebat: lapidibus telisque subministratis: & ad aggerem cespitibus  
oportandis: specieque atque opinionem pugnantium preberet: cum item  
ab hostibus constaret: ac non timide pugnaret: telaque ex superiore  
loco missa non frustra acaderent: equites circuitis hostium castris.  
Crasso renuntiaverunt: non eadem diligentia ab decumana porta  
castra munira: facileque aditum habere Crassus equitum prefectos  
cohortatus: ut magnis premii: pollicitationibusque suos excitaret: quod  
fieri uelit: ostendit. Illi ut erat imperatum: eductis his cohortibus:  
que presidio castris relicte interrite ab labore erant: & longiore  
 itinere circumductis: ne ex hostium castris conspici possent: omnium  
 oculis mentibusque ad pugnam intentis: celeriter ad eas quas diximus  
munitiones peruenerunt. Atque his pruptis: prius in hostium castris  
constiterunt: quam plane ab illis uideri: aut quod rei gereretur: cognosci  
posset. Tum uero clamore ab ea parte audito: nostri redintegratis  
uiribus: quod plerumque in spe uictorie accidere consuevit: acrius  
impugnare ceperunt. hostes undique circumuenti: desperatis omnibus  
rebus: se per munitiones deicere: & fuga salutem petere intenderunt.  
Quos egrotus aperitissimis campis insectatus: ex milium quinquaginta  
numero: que ex aquitania cantabrisque uenisse constabat: uix quarta  
parte relicta: multa nocte se in castra recepit. Hac audita pugna  
maxima parte agrarie sese Crasso dedidit: obsidesque ultro misit. quo  
in numero fuerunt tarbelli. bigeriones. preciani. uocates. tarusates.  
flustates. garites austi garunni sibutzates cocofatesque pauca ultime  
nationes anni tempore confise: que hyemem suberat: hoc facere neglexerunt.  
Eodem fere tempore Cesar: & si prope exacta iam estas erat: tamen  
que omni gallia pacata: morini: menapiique superant: que in armis essent:  
neque ad eum unquam legatos misissent: arbitratus id bellum breuiter confici  
posse: eo exercitum adduxit. qui longe alia ratione: ac reliqui galli  
bellum gerere ceperunt. nam que intelligebant maximas nationes: que  
prelio contendissent pulsas superatasque esse: continentesque siluas: atque  
paludes habebant: eo se suaque omnia contulerunt. ad quarum initium  
siluarum: cum Cesar uenisset: castraque munire instituisset: neque hostis  
interim uisus esset: dispersis in ope nostris: subito ex omnibus partibus  
silue euolauerunt. & in nostros impetum fecerunt nostri celeriter  
arma ceperunt. eosque in siluas repulerunt. & compluribus interfectis:  
longius impeditioribus locis secuti: paucos de suis perdidit. Reliqui  
deinceps diebus Cesar siluas cedere instituit. & nequis inermibus

Morini  
Menapii

imprudentibusque militibus ab latere impetus fieri posset: omnem  
eam materiam: que erat cesa: conuersam ad hostem collocabat: &  
pro uallo ad utrumque latas extruebat. incredibili celeritate magno  
spatio paucis diebus confecto: cum iam pecus atque extrema impe/  
dimenta ab nostris tenerent: ipsi densiores siluas peterent: eiusmodi  
sunt tempestates consecute: uti opus necessario intermitteretur. &  
continuatioe hymbrium: diutius sub pellibus milites contineri non  
possent. ita uastatis omnibus eorum agris: uicis edificisque incensis:  
Cesar exercitum reduxit. & in aulercis lexobisque reliquis item ci/  
uitatibus: que maxime bellum fecerant: in hybernis collocauit.

C. Iulii Cesaris. belli Gallici Commentarius Quartus.

A que secuta est hyeme: qui fuit annus. G.  
Popeio. M. Crasso consulibus: usqueque germani  
& ite tencatheri magna cum multitudine hominum  
flumen rhenum transierunt. Non longe a mari quo  
rhenus influit. Causa transferendi fuit: que a sueuis  
complures annos exagitati bello premebantur.  
Sueuorum est gens longe maxima: & bellicosissima  
germanorum omnium. hi centum pagos habere dicunt. ex quibus quotannis  
singula milia armatorum: bellandi causa ex finibus educunt. reliqui que  
domi manserint: se atque illos alunt. hi rursus inuicem anno post in  
armis sunt. Illi domi remanent sic neque agricultura: neque ratio atque  
usus belli intermittunt. Sed paruati ac seperti agri apud eos nihil est.  
neque longius anno remanere uno in loco incolendi causa: licet. Neque  
multum frumento: sed maximam partem lacte: ac pecore uiuunt. Multumque  
sunt in uenationibus. que res & cibi genere: & quotidiana exer/  
citatione & libertate uite: que a pueris nullo officio: aut disciplina  
assuefacti: nihil omnino contra uoluntatem faciunt: & uires alit: & imant  
corporum magnitudine homines efficit. Atque in eam se consuetudinem  
adduxerunt: ut locis frigidissimis: neque uestitus preter pelles habeant  
quicquam. quarum propter exiguitatem: magna est corporis aperta pars.  
& lauantur in fluminibus: mercatoribus ad eos aditus magis eo:  
ut que bello ceperint: quibus uendant: habeant: quam quo ullam rem  
ad se importari desiderent. Quin etiam iumentis: quibus maxime  
galli delectantur: queque impeso parant precio germani importatis  
his non utuntur. Sed que sunt apud eos nata: praua atque deformia.

Sub pellibus

Aulerci  
Lexobii

Usqueque  
germani  
Tencatheri

Sueuorum gens septima





Hec quotidiana exercitatione: summi ut sint laboris: efficiunt. Equestribus preliis sepe ex equis desiliunt: ac pedibus prestantur: equosq; eodē remanere uestigio assuefecerūt: ad quos se celeriter: cum usus est: recipiūt. Neq; eorum moribus turpius: aut inertius habetur: q̄ ephippiis uti. Itaq; ad quēuis numerum ephippiatorū equitum: quibus pauci: adire audēt. uinum ad se omnino importari non sinunt: q̄ ea re ad laborem ferendum remollescere homines: atq; effeminari arbitrantur. Publice maximam putant laudē eē: q̄ latissime a suis finibus uacare agros. Hac re significari magnum numerum ciuitatum suam uim sustinere nō posse. Itaq; una ex parte a Sueuis circiter milia passuum sexcenta agri uacare dicuntur. Ad alteram partem succedunt ubi: quorum fuit ciuitas ampla: ac florēs: ut est captus germanoz: qui paulo sunt eiusdem generis: etiam ceteris humaniores: p̄pterea q̄ rhenum attingunt. Multūq; ad eos mercatores uēntant: & ipsi p̄pter propinquitatē: q̄ gallicis sunt moribus assuefacti. Hos cum Sueui multis sepe bellis experti: propter amplitudinē: grauitatēq; ciuitatis: finibus expellere non potuissent: tamē uectigales sibi fecerūt. Ac multo humilliores infirmioresq; redegerunt. In eadem causa fuerūt usi: petes: & tencatheri: quos supra diximus. qui cum plures annos Sueuorum uim sustinuerint: ad extremum tamē agris expulsi: & multis locis germanie triennium uagati: ad rhenum peruenerunt: quas regiones menapii incolebant: & ad utranq; ripam fluminis: agros: edificia: uicosq; habebant. Sed tante multitudinis aduentu p̄territi: ex his edificiis: que trans flumen habebāt: demigrauerūt: & cis rhenū dispositis presidiiis germanos transire prohibebāt. Illi omnia experti: cum neq; uis contendere p̄pter inopiam nauium: neq; clam transire propter custodiam menapioz: possent: reueri se in sedes suas: regionesq; simulauerūt. Et eridui uiam progressi: rursus reuerterunt: atq; hoc itinere una nocte confecto: equatu incios inopinantesq; menapios oppresserunt. Qui de germanoz discessu per exploratores certiores facti: sine metu trans rhenum in suos uicos demigrauerant. His interfectis: nauibus eorum occupatis: prius q̄ ea pars menapioz que atra rhenū erat: certior fieret: flumen transierunt. Atq; omnibus eozū edificiis occupatis: reliquam partem hyemis se eorum copiis aluerunt. His de rebus Cesar certior factus: & infirmitatem gallorum ueritus: q̄ sunt in consiliis capiendis mobiles: & nouis plerunq; rebus student: nihil

ephippiis

Vini nō bibunt

Vbi

Captus urbs germanoz

Usipethes  
Tencatheri

Menapii

mobiles galli

committēdum existimauit. Est autem hoc gallice consuetudinis: ut & utatores: etiam inuitos: consistere cogant. & q̄ quisq; eorum de qua; re audierit: aut cognouerit: querant. Et mercatores in oppidis uulgi circumsistat: quibus ex regionibus ueniant. quasq; res ibi cognouerint: p̄nuntiare cogāt. his rebus: atq; auditioibus permoti: de summis sepe rebus consilia ineunt. Quorum eos in uestigio penitere necesse est. cū in certis moribus seruiāt: & pleriq; ad uoluntatē eoz ficta respondeant. qua consuetudine cognita Cesar: ne grauiori bello occurreret: maturius q̄ consueerat: ad exercitum p̄ficiscitur. Eo cum uenisset: ea que fore suspicatus erat: facta cognouit. missas legationes a nōnullis ciuitatibus ad germanos: uicatosq; eē: uti ab rheno discederēt. Omnia queq; postulassēt a se: fore parata. qua spe adducti germani latius uagabantur. & in fines eburonū & cōdrusonū: q̄ sūt treueroz diētes puenerant. Principibus gallicis uocatis Cesar: ea que cognouerat: dissimulāda sibi existimauit. Eozq; animis permulsis: & confirmatis: equatuq; imperato: bellum cū germanis gerere constituit. Re frumentaria cōparata: equitibusq; delectis: in ea loca iter facere cepit. quibus in locis esse germanos audiebat. A quibus cum paucorum dierum iter abeēt: legati ab eis uenerūt: quoz hec fuit oratio. Germanos neq; priores populo Romano bellū inferre: neq; tamē reculare: si lacestantur: quin armis contendant: q̄ germanorum cōsuetudo hec sit a maioribus tradita. Quicumq; bellum inferant: resistere: neq; deseri. Hec tamen dicere: uenisse inuitos: eictos domo: si suā gratiā Romani uelint: posse his eē utiles amicos: uel sibi agros attribuant: uel patiantur eos tenere: quos armos possiderint. Sese unis sueuis cōcedere: quibus ne diu qdē immortales pares eē possint. Reliquum quidē in terris eē neminem: quē non superare possint. Ad hec que uisum est: Cesar respōdit. sed exitus fuit oratio: sibi nullam cum eis amicitiam esse posse: si in gallia remanerēt. Neq; uerum esse: qui suos fines tueri non potuerint: alienos occupare. neq; ullos in gallia uacare agros: qui dari tante presertim multitudini: sine iniuria possint. sed licere si uellēt in ubiorum finibus considere. quorum sint legati apud se: & de Sueuorum iniuriis querantur: & a se auxiliū petant: hoc sueuis impaturum. Legati hec se ad suos relatuos dixerūt: & deliberata re post diem tertiu reuersuros. Interea ne propius se castra moueret: petierunt: ne id quidē Cesar ab se impetrari posse dixit. Cognouerat enim magnā

Consuetudo galloz  
q̄ et̄ hodie durat

auditionibus

Eburones  
Cōdrusones

Oratio germanoz legatoroz  
ad Cesarē

Responsio Cesaris

Ubi finis





frumentandi

Ambuaritos

Mosa

Datavoz insula

Rhenus describit

Mantuacof

Heluetic

Sequam

Maticos

Tribucor

Tremioz

revertit legati  
ad cesare

pugna

partem equitatus ab his aliquot diebus ante: p'dandi: frum'tandiq;  
 causa: ad ambuaritos: tras mosam missam. hos expectari equites:  
 atq; eius rei causa moram interponi: arbitrabatur. Mosa profluit  
 ex monte uolego: qui est in finibus lingonum: & parte quadam  
 ex rheno recepta: que appellat uualis: insulamq; efficit batavoz:  
 in oceanu influit. Neq; longius ab oceano milibus passuu. lxxx.  
 in rhenum influit. Rhenu autem oritur ex leponciis qui alpes  
 incolunt. & longo spatio per fines mantuantium: beluetiorum: se/  
 quanorum: medio matricum: tribucorum. treutroz: citatus fert:  
 & ubi oceano appropinq;: i plures defluit ptes: multas ingētibzsq;  
 insulis effectis: quarum pars magna a feris: barbarisq; nationibus  
 incolitur. Ex quibus sunt qui piscibus: ouisq; autu uiuere existi/  
 mantur: multisq; capitibus in oceanum influit. Cesar cu ab hoste  
 non amplius passuum. xii. milibus abesset: ut erat constitutum: ad  
 eum legati reuertuntur. Qui in itinere congressi: magnopere ne  
 longius pgrederetur: orabant. Cum id non impetrassent: petebat  
 uti ad eos: qui agmen antecessissent: pmitteret: eosq; pugna pro/  
 hiberet. Sibiq; potestatem faceret in ubios legatos mittendi. quoz  
 si pncipes ac senatus: sibi iureiurando fide fecissent: ea condicione:  
 que a Cesare ferretur: se usuros ostēdebāt: ad has res cōficiendas:  
 sibi tridui spatium daret. Hec omnia Cesar eodem illo pertinere  
 arbitrabatur: ut tridui mora interposita: equites eoz qui aberant.  
 reuertentur. Tamen sese non longius milibus passuum quattuor  
 aquationis causa processurum: eo die dixit. Huc postero die q̄  
 frequentissimi conuenirent: ut de eorum postulatis cognosceret.  
 Interim ad prefectos qui cum omni equitatu precesserant: mittit  
 qui nuntiarent: ne hostes prelio lacefferent: & si ipsi lacefferētur:  
 sustinerēt quoad ipse cum exercitu proprius accederet. At hostes  
 ubi primum nostros equites conspexerunt: quorum erat quinq;  
 milium numerus: cum ipsi nō amplius octingētos eqtes haberent:  
 q̄ hi qui frum'tandi causa ierant. trans mosam: nondū redierant:  
 nihil nostris timentibus: q̄ legati eorum paulo ante a Cesare dis/  
 cesserāt: atq; is dies induciis dictus: erat ab eis petitus. Impetu facto  
 celeriter nostris perturbauerunt. Rursus resistētibz nostris: con/  
 suetudine sua ad pedes desiluerunt: suffossisq; equis: cōpluribusq;  
 nostris deiectis: reliquos in fugam coniecerunt. atq; ita pterritos  
 egerunt: ut non prius fuga desisterent: q̄ in conspectum agminis  
 nostri uenirent. In eo prelio ex equitibus nostris interficiuntur

Mosa. A.  
vesogus mo

quattuor & septuaginta. In us uir fortissimus Piso Aquitanus  
 amplissimo genere natus: cuius auus in ciuitate sua regnum ob/  
 tinuerat: amicus ab Senatu nostro appellatus. Hic cum fratri  
 intercluso ab hostibus auxiliu ferret: ex periculo illum eripuit:  
 ipse equo uulnerato deiectus quo ad potuit: fortissime restitit.  
 Cum circumuentus multis uulneribus acceptis cecidisset: atq; id  
 frater: qui iam prelio excesserat: procul animaduertisset: incitato  
 equo sese hostibus obtulit: atq; interfectus est. Hoc facto prelio  
 Cesar: neq; iam sibi legatos audiendos: neq; condiciones accipi/  
 endas arbitrabatur. Ab us: qui per dolum atq; insidias petita  
 pace ultro bellum intulissent. Expectare uero dum hostium  
 copie auerentur: equitatusq; reuertentur: summe clementie esse  
 iudicabat. & cognita gallorum infirmitate: quantum iam apud  
 eos hostes uno prelio essent consequuti autoritatis: sentiebat.  
 Quibus ad consilia capienda nihil spatii dandum existimabat.  
 Is constitutis rebus & consilio cum legatis: & questore commu/  
 nicato: nequem diem pugne intermitteret: opportunissime res  
 accidit. q̄ postredie eius diei mane: eadem & perfidis: & simula/  
 tione: usi germani: frequentes omnibus principibus maioribusq;  
 natu adhibitis: ad eum in castra uenerunt. simul ut dicebatur.  
 sui purgandi causa: q̄ contra atq; esset dictum: atq; ipsi petissent:  
 prelium pridie commisissent. Simul ut siquid possent de induciis  
 fallendo impetrarent. quos sibi Cesar oblatos grauius retineri  
 iussit. ipse omnes copias castris eduxit: equitatumq; quem recenti  
 prelio preteritum esse existimabat. agmen subsequi iussit: acie  
 triplici instructa: & celeriter octo milium itinere confecto: prius  
 ad hostium castra peruenit: q̄ quid ageretur germani sentire pos/  
 sent. Qui omnibus rebus subito pterterriti: & celeritate aduentus  
 nostri & discessu suorū: neq; consilii habendi: neq; arma capiendi  
 spatio dato perturbantur: copias ne aduersus ducere: an fuga  
 salutem petere prestaret. Quorū timor cum fremitu: & concursu  
 significaretur: milites nostri p̄stini diei perfidia incitati: in castra  
 irruerunt. Quo in loco qui celeriter arma capere potuerunt.  
 paulisper nostris restiterunt. atq; inter carros impedimenta  
 prelium commiserūt. At reliqua multitudo pueroz mulierumq;  
 nam cum omnibus suis domo excesserant: rhenumq; transierant:  
 passim fugere cepit: ad quos confectados Cesar equitatum misit.  
 Germani post tergum clamore audito cu suos interfici uiderent:

piso Aquitanus omni

Castra hostium mundit re





clades germanoz

armis abiectis: signisque militaribus relictis: se ex castris eiecerunt: & cū ad confluentem mose & rheni peruenissent: magno numero interfecto: reliqui se in flumen precipitauerunt: atque ibi timore: lassitudine: & uis fluminis oppressi: perierunt. Nostri ad unum omnes incolumes: perpauca uulneratis ex tanti belli timore: cum hostium numerus capitum. cccc. xxx. militum fuisset: se in castra receperunt. Cesar uis quos in castris retinuerat discedendi potestatem fecit. Illi supplicia: cruciatusque gallorum ueriti quorum agros uexauerant: remanere se apud eum uelle dixerunt. Iis Cesar libertatem concessit. Germanico bello confecto multis de causis Cesar statuit sibi esse rhenum transeundum. quarum illa fuit iustissima: quod cum uideret Germanos tam facile impelli ut in Galliam uenirent: suis quoque rebus eos timere uoluit: cum intelligerent & posse & audere Populi Romani exercitum rhenum transire. Accessit etiam quod illa pars equitatus Vlipetum & Thebaceorum: quam supra memorauimus: predandi frumentandi que causa: mosam transisse: neque prelio interfuisse: post fugam suorum se trans rhenum in fines Sicambrorum receperat. seque cum uis contunxerat. Ad quos cū Cesar nuntios misisset: qui postularent eos: qui sibi gallicum bellum intulissent: uti sibi dederent. responderunt: populi Romani imperium rhenum finire. Si se inuito germanos in Galliam transire non equum existimaret: cur sui quicquam esse imperii aut potestatis trans rhenum postulare. Vbi autem qui uni ex transrhenanis ad Cesarem Legatos miserant: amicitiam fecerant: obsides dederant: magnopere postulabant: ut sibi auxilium ferret: quod grauius a Sueuis premerentur. uel si id facere occupationibus populi Romani prohiberetur: exercitum modo rhenum transportaret. Id sibi auxilium: spemque reliqui temporis futurum. Tantum esse nomen atque opinionem eius: exercitu Ariouisti pulso: & hoc nouissimo prelio facto: etiam ad ultimas germanorum nationes: uti opinione & amicitia populi Romani tuti esse possint. Nauium magnam copiam ad transportandum exercitum pollicebantur. Cesar his de causis quas commemorauimus: rhenum transire decreuerat. Sed nauibus transire: neque satis tutum esse arbitrabatur. Neque sue neque Populi Romani dignitatis esse statuebat. Itaque & si summa difficultas faciendi pontis proponeretur: propter altitudinem rapiditatemque fluminis tamen id sibi contendendum: aut aliter non traducendum exercitum:

Cause que cesare impulerunt  
rhenum transire

Sicambri

Vbi

existimabat. Rationem igitur pontis hanc instituit. tigna bina sesquipedalia: paulum ab imo preacuta: dimensa ad altitudinem fluminis: interuallo pedum duorum inter se iungebant. Hec cum machinationibus immissa in flumine defixerat: fistucisque adheferat: non sublice modo: directe ad perpendicularum: sed prone: ac fastigiata: ut secundum naturam fluminis procumberent: ut item contraria duo ad eundem modum iuncta: interuallo pedum. quadragenum: ab inferiori parte contra uim atque impetum fluminis conuersa statuebat. Hec utraque insuper bipedalibus trabibus immixtis: quantum eorum tignorum iunctura distabat. binis utrinque fibulis ab extrema parte distinebantur. Quibus disclusis atque in contrariam partem reuinctis: tanta erat operis firmitudo: atque earum rerum natura: ut quo maior uis aque se incitauisset: hoc arctius alligata tenerentur. hec directa materia iniecta contexebantur: ac longius trabibusque consternebantur. Ac nihilo secius sublices: & ad inferiorem partem fluminis oblique agebant. que pro ariete subiecte: & cū omni opere coniuncte uim fluminis exciperent. Et alte item supra pontem mediocri spatio ut si arborum trunci: siue naues: deicendi operis causa: essent a barbaris missis: his defensoribus earum rerum uis minueretur: ne pontis nocerent. Diebus decem quibus materia cepta erat. comportari: omni opere effecto: exercitus traducitur. Cesar ad utramque partem pontis firmo presidio relicto in fines Sicambrorum contendit. Interim a compluribus ciuitatibus ad eum legati ueniunt: quibus pacem atque amicitiam petentibus liberaliter respondit. obsidesque ad se adduci iubet. Sicambri & eo tempore quo pontis institutus ceptus est: fuga comparata: hortantibus uis: quos ex thebaceris atque Vlipetibus apud se habebant: finibus suis excesserant. Suaeque omnia exportauerant. seque in solitudinem ac siluas abdiderant. Cesar paucos dies in eorum finibus moratus: omnibus uicis edificisque incensis: frumentis succensis: se in fines Vbiorum recepit. atque his auxilium suum pollicitus: si ab Sueuis premerentur: hec ab illis cognouit. Sueuos postquam per exploratores pontem fieri comperissent: more suo consilio habito: nuntios in omnes partes dimisisse: uti de oppidis demigrarent. liberos uxores: suaque omnia in siluas deponerent: atque omnes qui arma ferre possent: unum in locum conuenirent. hunc esse delectum medium fere regionum earum: quas Sueui obtinerent. hic Romanorum aduentum

machinationes

Longura

Sublices

ro pontis ad rhenum  
adhesere  
fistulas

Cesar in fines Sicambri  
peruenit

Sicambroz fuga

In Vbiorum fines cesar  
se recepit

delectus fuenoz





Cesar in gallia se recepit  
pontemq; ad rhenum restituit

In britania cesar  
contendit

Morinos

Legati britanorum ad  
cesarem de deditione  
sua orantes

Comius rex crebratus

Volusenus q; explorator  
vires reuertitur. q; die

expectare: atq; ibi decertare constituisse. Quod ubi Cesar com-  
perit: omnibus his rebus cōfectis: quarum rerum causa traducere  
exercitum cōstituerat: ut germanis metū inticeret: ut Sicambros  
ulcisceretur: ut Vbios obsidione liberaret: diebus omnino. xviii.  
trans rhenum consumpsit: satis & ad laudem: & ad utilitatem  
profectum arbitratus: se in Galliam recepit: pontemq; rescidit.

Exigua parte estatis reliqua Cesar: & si in iis locis: q; omnis  
Gallia ad septentrionem uergit: mature sunt hyemes: tamen in  
Britanniam proficisci contendit. q; omnibus fere Gallicis bellis:  
hostibus nostris inde summa ministrata auxilia intelligebat: &  
si tempus anni ad bellum gerendum deficeret: tamen magno sibi  
usui fore arbitrabatur: si modo insulam adisset: & genus homi-  
num perspexisset: loca: portus: aditus cognouisset: que omnia  
fere gallis erant incognita. Neq; enim temere preter oram ma-  
ritimam: atq; eas regiones: que sunt contra gallias notū est. Itaq;  
conuocatis ad se undiq; mercatoribus: neq; quanta esset Insule  
magnitudo: neq; que aut quante nationes incolerent: neq; quem  
usum belli haberēt: aut quibus institutis uterētur: neq; qui essent  
ad maiorum nauium multitudinem idonei portus: reperire po-  
terat. Ad hec cognoscenda: priusq; periculum faceret: idoneum  
esse arbitratus. C. Volusenum cum nauis longa premitit. Huic  
mandat: ut exploratis omnibus rebus q; primum ad se reuertatur.  
Ipse cum omnibus copiis in morinos proficiscatur: q; inde erat  
breuissimus in Britannia traiectus: huc naues undiq; ex finitimis  
regionibus: & quam superiore estate ad Veneticum bellum effe-  
cerat classem: iubet conuenire. Interim consilio eius cognito: &  
per mercatores perlato: ad Britannos: a compluribus insule ciui-  
tatibus ad eum Legati ueniunt: qui polliceantur: obsides dare:  
atq; imperio Populi Romani obtemperare. Quibus auditis li-  
beraliter pollicitus: hortatusq; uti in ea sentētia pmanerent: eos  
domum remisit. Et cum his una Comium: quem ipse crebratus  
superatis: Regem ibi constituerat: cuius & uirtutem & consilium  
probabat. & quem sibi fidelē esse arbitrabatur: cuiusq; autoritas  
in his regionibus magna habebatur: mittit. Huic imperat qual  
possit adeat ciuitates: hortetq; populi Romani fidem sequatur:  
se q; celeriter eo uenturum nuntiet. Volusenus perspectis regio-  
nibus omnibus: quantum & facultas dari potuit: qui nauis egredi:  
ac se Barbaris committere non auderet: quinto die ad Cesarem

reuertitur: queq; ibi perspexisset: renuntiat. Dum in his locis  
Cesar nauium parandarum causa moratur: ex magna parte mo-  
rinorum: Legati ad eum uenerunt: qui se de superioris temporis  
consilio excusarent: q; homines barbari: & nostre consuetudinis  
imperiti bellum populo Romano fecissent: Seq; ea que impasser:  
facturos pollicentur. Hoc sibi Cesar satis opportune accidisse  
arbitratus: q; neq; post tergum hostem relinquere uolebat: neq;  
belli gerendi: propter anni tempus: facultatem habebat: neq; has  
tantarum rerum occupationes Britannie ante ponendas iudi-  
cabat: magnum uis numerum obsidum. imperat: quibus adductis:  
eos in fidem recepit. Nauibus circiter octingētis. lxxx. oneratis  
coactis: cōtractisq; quot satis esse ad duas legiones transportandas  
existimabat. quorq; p̄terea nauium longarum habebat questori  
Legatis: Prefectisq; distribuit. huc accedebant. xviii. oneratis  
naues: que ex eo loco a milibus passuum octo uento tenebantur  
quominus in eundem portum peruenire possent. has equitibus  
distribuit. Reliquum exercitum. Q. Titurio Sabino & L.  
Aurūculo Cocte legatis in menapios: atq; i eos pagos morinorū:  
a quibus ad eum legati nō uenerant: ducendum dedit. P. Sulpiciū  
Ruffum Legatum: cum eo presidio quod satis esse arbitrabatur:  
portum tenere iussit. His constitutis rebus: nactus idoneam  
ad nauigandum tempestatem: tertia fere uigilia soluit: equitesq;  
in ulteriorem portum progredi: & naues conscendere: ac se sequi  
iussit: a quibus cum paulo tardius esset administratum: ipse hora  
circiter diei quarta: cum primis nauibus Britanniam attingit. atq;  
ibi in omnibus collibus: expositas hostium turmas: armatas. con-  
spexit. cuius loci hec erat natura: atq; ita montibus angustis mare  
cōtinebatur: uti ex locis superioribus in litus celum adici possit.  
Hunc ad egrediendum nequaquā idoneum arbitratus locum: dum  
relique naues eo conuenirent: ad horam nonam in anchoris ex-  
pectauit. Interim Legatis Tribunisq; Militum cōuocatis: & que  
ex Voluseno cognosceret & que fieri uellet. Ostendit: monuitq;  
ut rei militaris ratio est: maxime: ut res maritime postularent:  
ut qm celerem atq; instabilem motum haberent: ad nutum & ad  
tempus omnes res ab eis administrarentur. Iis dimissis & uentum  
& estum uno tempore nactus secundum: dato signo: & sublati  
anchoris circiter milia passuum centum ab eo loco progressus:  
plano litore naues constituit. At Barbari consilio Romanorum

Legati Morinorum

Menapios

Nauigatio Cesaris in Bri-  
tanniam.

Cesar Britannie terras explorat





essedaris

difficultas romanoz  
e nauib' egredi. volentium

Cesars Sagacitas

Verba cesare digna

pugna

Circumferebat

cognito: premisso equitatu & essedaris: quo plerunq; genere in  
preliis uti consueverunt: reliquis copiis subsequuti: nostros egredi  
nauibus prohibebant. Erat ob has causas summa difficultas: qd  
nauel propter magnitudinem nisi in alto constitui non poterant.  
militibus autem ignotis locis: impeditis manibus: magno & graui  
onere armorum oppressis: simul & de nauibus desiliendum: & in  
fluctibus consistendum: & cum hostibus erat pugnandum. Cum  
illi aut ex arido. aut paululum in aquam progressi: omnibus  
membris expediti: notissimis locis audacter tela conicerent. Et  
equos insuefactos incitarent. quibus rebus nostri perterriti: atq;  
huius omnino generis pugne imperiti: non eadem alacritate ac  
studio: quo in pedestribus uti preliis consueverant: utebantur. Quod  
ubi Cesar animaduertit: nauel longas: quarum & species barbaris  
inuisitator: & motus ad usus expeditior: paulum remoueri ab  
onerariis nauibus: & remis incitari: & ad latus apertum hostium  
constitui: atq; inde fundis: tormentis: sagittis: hostes propelli ac  
submoueri iussit. que res magno usui nostris fuit. Nam & nauium  
figura: & remorum motu: & inuisitato genere tormentorum:  
permoti Barbari: constiterunt. Ac paululum modo pedem re/  
tulerunt: atq; nostris Militibus contantibus: maxime propter  
altitudinem maris: qui decime legionis aglam ferebat: contestatus  
deos ut ea res legioni feliciter eueniret: desilite inquit milites: nisi  
uultis aquilam hostibus prodere. ego certe meum reipublice. atq;  
Imperatori officium prestitero. Hoc cum magna uoce dixisset:  
se ex nauis proiecit: atq; in hostes aquilam ferre cepit. Tum nos/  
tri cohortati inter se ne tantum dedecus admitteretur: uniuersi  
ex nauis desiluerunt. Hos item nostri cum exprimis proximis  
nauibus conspexissent: subsecuti: hostibus appropinquarunt:  
pugnatum est ab utrisq; acriter. Nostri tamen: qd neq; ordines  
seruare: neq; firmiter insistere: neq; signa subsequi: poterant: atq;  
alios alia ex nauis quibuscunq; signis occurrerat: se aggregabant:  
magnopere perturbabantur. Hostes uero notis omnibus uadis:  
ubi ex littore aliquos singulares: ex nauis aliquos egredientes con/  
spexerant: incitatis equis impeditos aggrediebatur. Plures paucos  
circumferebat: alii ab latere apto in uniuersos tela coniciebant.  
quod cum animaduertisset Cesar: scaphas longarum nauium:  
item speculatoria nauigia: Militibus compleri iussit. Et quos  
laborantes conspexerat: ut subsidia summitteret. Nostri simul

in arido constiterunt suis omnibus consequutis: in hostes impetum  
fecerunt. atq; eos in fugam dederunt: neq; longius prosequi po/  
tuerunt. qd eques cursum tenere: atq; insulam capere: no potuerunt.  
Hoc unum ad pristinam fortunam Cesari defuit. Hostes prelio  
superati: simul atq; se ex fuga receperunt: statim ad Cesarem  
legatos de pace miserunt: obsides daturus: queq; imperasset: fac/  
turos esse polliciti sunt. una cu iis legatis Comius Acrebas uenit.  
Quem supra demonstraueram: a Cesare in Britanniam pmissum.  
hunc illi e nauis egressum cum ad eos oratoris modo Cesaris man/  
data deferret: comprehenderant atq; in uincula coniecerant. tuc  
facto prelio: remiserunt qd impetranda pace. Eius rei culpam in  
multitudinem coniecerunt: & propter imprudentiam ut ignos/  
ceretur: petierunt. Cesar questus qd cum ultero in continentem  
Legatis missis pacem a se petissent: bellum sine causa intulissent:  
ignoscere imprudentie dixit. obsidesq; imperauit. Quorum illi  
partem statim dederunt: partem ex longinquiore locis accersitam  
paucis diebus sese daturus dixerunt. Interea suos remigrare in  
agros iusserunt. Principesq; undiq; conuenire & se ciuitatesq;  
suae Cesari commendare ceperunt. His rebus pace firmata: post  
diem quartum: qd est in Britanniam uentus: nauel. xviii. de quibus  
supra demonstratum est: que equites subtulerant: ex superiori  
portu leni uento soluerunt. Que cum appropinquarent Britannie  
& ex castris uiderentur: tanta tempestas subito coorta est: ut  
nulla earum cursum tenere posset. Sed alie eodem unde erant  
profecte reuenterentur: alie ad inferiorem partem insule: que  
est propius solis occasum: magno sui cum periculo deicerentur.  
Que tamen anchoris: iactis cu fluctibus completeretur: necessario  
aduersa nocte in altum proeunte continentem petierunt. Eadem  
nocte accidit ut esse luna plena: qui dies maritimos estus max/  
imos in oceano efficere consueuit. Nostriq; id erat incognitum.  
ita uno tempore & longas nauel quibus Cesar exercitum transpor/  
tandum curauerat: quasq; in aridum subduxerat: estus compleuerat.  
& onerarias: que ad anchoras erant deligate: tempestas afflictabat:  
neq; ulla nostris facultas: aut administrandi: aut auxiliandi  
dabatur: copluribus nauibus fractis: relique cum essent funibus  
anchoris reliquisq; armamentis amissis: ad nauigandum inutiles:  
magna: id quod necesse erat accidere: totius exercitus perturbatio  
facta est. Neq; enim nauel erant alie quibus reportari possent

remigrare

armamentis

reportari

Superati hostes sunt: si insu  
la capi no potuit. qd defuit  
cesari ad pristina fortunam

Comius acrebas cu legatis bri  
tannoz ad cesarem uenit

plena luna maximi estus in  
ritini conuocant in oceano

difficultas pro marinos estus  
q romanoz nesciebant





& omnia deerant: que ad reficiendas naues erant. usus: & quod omnibus constabat: hyemare in Gallia oportere: frumentum his in locis in hyemem prouisum non erat. Quibus rebus cognitis principes Britannie: qui post prelium ad Cesarem conuenerant: inter se collocuti: cum equites: & naues & frumentum Romanis deesse intelligerent: & paucitatem Militum ex castrorum exitu cognoscerent: que hoc erant etiam angustiora: quod sine impedimentis Cesar legiones transportauerat: optimum factu esse duxerunt: rebellione facta: frumento com meatuque nostros prohibere: & rem in hyemem producere: quod his superatis: aut reditu interclusis: neminem postea belli inferendi causa. In Britanniam transiturum confidebant. Itaque rursus coniuratione facta: paulatim ex castris discedere: ac suos clam ex agris deducere ceperunt. At Cesar: & si nondum eorum consilia cognouerat: tamen & ex euentu nauium suarum: & ex eo quod obsides dare intermiserant: forte id: quod accidit: suspicabatur. Itaque ad omnes casus consilia comparabat. nam & frumentum ex agris in castra quotidie conferebat: & que grauissime afflicte erant naues: earum materia: atque ere ad reliquas reficiendas utebatur. & que ad eas res erant usus: ex continenti comportari iubebat. Itaque cum id summo studio a militibus administraretur. duodecim nauibus amissis: reliquis: ut nauigari commode possit: efficit. dum ea geruntur legione ex consuetudine una frumentatum missa: que appellabatur septima: neque ulla ad id tempus belli suspitione posita: cum pars hominum in agris remaneret: pars etiam in castra uentitaret. ut qui pro portis castrorum in statione erant. Cesari nuntiauerunt puluerem maiorem quam consuetudo ferret: in ea preuideri: quam in partem legio iter fecisset. Cesar: id quod erat: suspicatus: aliquid noui a barbaris initum consilii: cohortes que in stationibus erant: secum in eam partem proficisci: ex reliquis duabus in statione succedere cohortes: reliquis armari & confestim sese subsequi iussit. cum paulo longius a castris processisset: & suos ab hostibus premi: atque egre sustinere: & conferta legione: ex omnibus partibus tela coniecta animaduertit. Nam quod omni ex reliquis partibus demesso frumento pars una erat reliqua: suspicatus hostes: huc nostros esse uenturos: noctu in siluis delituerant. Tum dispersos depositis armis in metendo occupatos subito adorti: paucis interfectis: reliquos in certis ordinibus perturbauerunt.

rebelliois consilium  
principum britanorum

rebellio

Cesar suspicatus eorum  
coniurationis consilia  
ad casus omnes parabat

frumentatum missa

pro portis. i. ante portas

demesso

Delituerant

esseda

perquirant

temone

simul equitatu atque essedis circundederant. Genus hoc est ex essedis pugne: primo per omnes partes perequirant: & tela coniciunt: atque ipso terrore equorum: & strepitu rotarum ordines plerumque perturbant. Aurige interim paulatim ex prelio excedunt: atque ita currus collocant: ut si illi a multitudine hostium premantur: expeditum ad suos receptum habeant. Ita mobilitatem equitum: stabilitatem pedum preliis prestant: ac tantum usu quotidiano: & exercitatione efficiunt: ut in decliu ac precipiti loco incitatos equos sustinere: & breui moderari: ac flectere: & per temorem percurrere: & in iugo insistere: & se inde in currus citissime recipere consuerint. Quibus rebus perturbatis nostris nouitate pugne: tempore opportunissimo: Cesar auxilium tulit. Namque eius aduentu hostes constiterunt. Nostri se ex timore receperunt. quo facto ad lacessendum & committendum prelium alienum esse tempus arbitratus: suo se loco continuit: & breui tempore intermisso. In castra legiones reduxit. dum hec geruntur: nostris omnibus occupatis: qui erant in agris reliqui: discesserunt. secute sunt continuo complures dies tempestates: que & nostros in castris continerent: & hostem a pugna prohiberent. Interim Barbari nuntios in omnes partes dimiserunt: paucitatemque nostrorum militum suis predicauerunt. Et quanta prede faciente atque impetu sui liberandi facultas daretur: si Romanos castris expulissent: demonstrauerunt. His rebus celeriter magna multitudo pedatarum equitatumque coacta: ad castra uenerunt. Cesar & si idem quod superioribus diebus acciderat: fore uidebat: ut si essent hostes pulsi: celeritate periculum effugeret: tamen nactus equites circiter .xxx. quos Comius Atrebas de quo ante dictum est: secum transportauerat: legiones in acie pro castris constituit. commisso prelio diutius: nostrorum militum impetum hostes ferre non potuerunt. ac terga uerterunt. quos tanto spatio secuti: quantum cursu & uiribus efficere potuerunt: complures ex his occiderunt. deinde omnibus longe lateque edificis incensis: se in castra receperunt. Eodem die legati ab hostibus missi ad Cesarem de pace uenerunt. Iis Cesar numerum obsidum quem ante imperauerat: duplicauit: eosque in continentem adduci iussit. Quod propinqua die equo noctu infirmis nauibus: hyemis nauigationem subeundam non existimabat. Ipse idoneam tempestatem nactus: paulo post mediam noctem: naues soluit: que omnes incolumes

gno pugne ex essedis

pedicatus egreus

pro castris

Legati Britanorum ad Cesarem  
de pace

Soluit naues Cesar ex  
Britannia





ad cōtinentē peruenerūt. Sed ex his onerarie due eisdem: quos relique: portus capere non potuerūt: & paulo infra delate sunt. Quibus ex nauibus cū eētē expositi milites circiter. ccc. atq; in castra contēderent: morini quos Cesar in Britāniam p̄ficiscens: pacatos reliquerat: spe p̄de adducti: primo nō ita magno suorū numero circūstiterūt: ac si sese sterfici nollēt: arma ponere iusserunt. cū illi orbe facto sese defēderēt: celeriter ad clamorē: hostm circiter milia sex cōuenerūt. Qua re nuntiata Cesar omnem ex castris equitatu suis auxilio misit. Interim nostri milites impetū hostiū sustinuerūt. atq; āplius horas. iiii. fortissime pugnauerūt. & paucis uulneribus acceptis: complures ex his ceciderūt. postea uero q̄ eq̄tatu noster in conspectū uenit: hostes abiectis armis terga uerterūt. magnusq; eorū numerus ē occisus. Cesar postero die. T. Labienū legatū cū ul legiōibus q̄s ex Britānia reduxerat: i morinos q̄ rebellionē fecerāt: misit. Qui cū p̄pter siccitates paludū quo se reciperēt nō haberēt quo supiore āno sp̄ fuerāt usi: omēs fere in potestate Labieni puenerūt. Ac. Q. Turius & L. Corra legati: q̄ i menapioꝝ fines legiōes deduxerāt: omibus eorū agris uastatis frumētis succisq; edificis incēsis: q̄ menapii oēs se in densissimas siluas abdiderant: se ad Cesarē recipiūt. Cesar in belgis oīm legionū hyberna cōstituit. eo due oīno ciuitates ex Britānia obsides miserūt. Relique neglexerūt. His rebus gestis ex litteris Cesaris dierum. xx. supplicatio a Senatu decreta est.

### C. Iulii Cesaris. belli Gallici Commentarius Quintus.

Domitio. Appio Claudio. Conss. discedens ab hybernis Cesar in Italiā: ut quotannis facere consueuerat: uenit. legatis imperat: quos legionibus prefecerat: uti q̄ plurimas possent hyeme naues edificandas. ueteresq; reficiēdas curarent: eaz̄ modum formāq; demonstrat ad celeritatem onerandi: subductiores: pauloq; facit: humiliores q̄ quibus in nostro mari uti cōsueuimus. atq; ideo magis: q̄ propter crebras cōmutationes estuū minus magnō ibi fluctus fieri cognouerat: ad onera & ad multitudinem iumētōꝝ trāsportandā: paulo latiores: q̄ quibus in reliq; utimur maribus. has omnes actuarial imperat fieri. quā ad rem humilital multum

adiuuat. ea que sunt usui ad armandas naues: ex Hispania ap̄ portari iubet. ipse cōuentibus gallie citerioris pactis: in illiricum p̄ficiscit. q̄ a pirustis finitimā partē puincie: icursiōibus uastari audiebat. q̄ re nūttata: piruste legatos ad eos mittit. q̄ doceāt: nihil eaz̄ rerū publico factū cōsilio: seseq; patos eē demonstrāt: omibus rōibus de iuriis satisfacere p̄cepta oratiōe Cesar: obsides imp̄at: eosq; ad certā diē adduci iubet. Nisi ita fecerint sese bello ciuitatē p̄secuturū demonstrat. us ad diē adductis: ut imperauerat arbitros inter ciuitates dat. q̄ licē estimēt penāq; cōstituāt. His cōfectis rebus cōuētibsq; pactis. i. ceteriorē galliā reuertit. atq; inde ad exercitū p̄ficiscit. eo cū uenisset circuitis oibus hybernis singulari militū studio in sūma oīm rerū lopia arcecer sexcētas eius generis cuius supra demonstrauimus naues: & lōgal. xxviii. iuenit cōstructas neq; multū abeē ab eo qn paucis diebus deduci possent. Collaudatis militibus atq; us quos negotio p̄fecerat: qd fieri uellet ostēdit. atq; omēs ad portū iciū cōuenire iubet. quo ex portu cōmodissimū i britānia traiectū eē cognouerat. circiter miliū passuū. xxx. trāsmissū a cōtinēti. Huic rei qd satis usū ē: militū reliq̄. ipse cū legiōibus expeditis. iiii. & eq̄tibus. dccc. in finis treuiroꝝ p̄ficiscit. q̄ u neq; ad cōsilia ueniebāt. neq; impiopebāt: germanosq; trāsrenanos sollicitare dicebant. hec ciuitas lōge plurimū totius gallie eq̄tatu ualet: magnasq; habet copias peditū: rhenūq; ut supra demonstrauimus tāgit. in ea ciuitate duo de p̄ncipatu cōtendebāt. Indutiomarus & Cingētorix. ex quibus alter: simul atq; de Cesaris legionūq; aduentu cognitū est: ad eū uenit se suosq; oēs in officio futuros: neq; ab amicitia populi ro. defecturos: cōfirmauit. queq; i treuiris gererent ostēdit. ac Indutiomarus eq̄tatu: peditatūq; cogere. usq; q̄ p̄ etatē i armis eē nō poterāt: in siluā arduēnā: abditis que ingēti magnitudine: p̄ medios fines treuiroꝝ a flumine rheno ad initū: remoz̄ p̄inet: bellū pare iſtituit. Sed postea q̄ nōnulli p̄ncipes ex ea ciuitate: & familiaritate Cingētorix adducti: & aduētū nostri exercitus p̄territi ad Cesarē uenerūt: & de suis p̄uatim rebus ab eo petere ceperūt. qm ciuitati cōsulere nō posset: uertus ne ab hominibus desereret. Indutiomarus legatus ad Cesarē mittit. sese idarco a suis discedere: atq; ad eū uenire uoluisse: quo facilius ciuitatē in officio cōtineret. ne omīs nobilitatis discessu: plebs p̄pter imprudentiā laberet. Itaq; eē ciuitatē in sua potestate: seseq; si Cesar

pirusti

diſgentia militū

Treuir  
Tranfrenanos

Legati

Subductiores  
breviores

Morini spe p̄de cōtū  
sistunt aduersū nros

orbe facto

pugna cū morinis

Labienus

Menapii

Supplicatio dierū. xxx.  
a Senatu decreta fuit

actuarial





mitteret: ad eum in castra uenturum: suas ciuitatisque fortunae eius fidei  
commissurum. Cesar & si intelligebat quod de causa ea dicerent: queque eum  
res ab instituto consilio deterreret: tamen ne esset in treuiris consumere  
cogeret: omnibus ad Britanniam bellum rebus comparatis Induciomarum  
ad se cum .cc. obsidibus uenire iussit. His adductis in uis filio: principumque  
eius omnibus: quos notatim euocauerat: consolatus. Induciomarum  
hortatusque est: ut in officio permaneret. nihil tamen secus principibus  
treuironum ad se conuocatis: hos sigillatim Cingetorigi conciliauit. quod  
tamen merito eius a se fieri intelligebat: tamen magni interese arbitrabatur:  
eius auctoritatem inter suos quam plurimum ualere: cuius tamen egregiam in se  
uoluntatem perspexisset. Id tulit factum grauius Induciomarum: suam  
gratiam inter suos minui. & quod iam inimico in nos animo esset: multo  
grauius hoc dolore exarsit. His rebus constitutis. Cesar ad portum  
icium cum legionibus uenit. ibi cognoscit. lxx. naues que in belgis facte  
erant tempestate reiectas: cursum tenere non potuisse. Atque eodem unde  
erant profecte: reuertisse. reliquis patas ad nauigandum. atque omnibus in/  
structas tuenie eodem equatus totius gallie uenit. numero militum  
iiii. principesque ex omnibus ciuitatibus ex quibus paucos: quorum in se  
fidem perspexerat relinquere in gallia reliquos obsidum loco secum ducere  
decreuerat. quod cum ipse abesset: motum gallie uerebatur. Erat una cum  
ceteris Dumnorix hedui: de quo ante a nobis dictum est. Hunc secum  
ducere ipse constituerat quod eum cupidum rerum nouarum cupidum impium  
magni animi: magne inter gallos auctoritatis cognouerat. Accede/  
bat huc quod in concilio heduorum Dumnorix dixerat sibi a Cesare  
regnum ciuitatis deferri. quod dictum hedui grauius ferebatur. neque de/  
precandi causa: aut recusandi legatos ad Cesarem mittere audebant. Id  
factum ex suis hospitibus Cesar cognouit. Ille omnibus primo precibus  
petere contendit: ut in gallia relinquere. partim quod religionibus  
impediri sese diceret. Posteaque id obstinate sibi negari uidit: omnem  
spe sperandi adempta principes gallie sollicitare: reuocare singulos:  
hortarique cepit: ut in continenti remanerent. metu territare: non sine  
causa fieri: ut gallia omni dignitate spoliaretur. id est consilium Cesaris  
ut quos in conspectu gallie interficere uerere: hos omnes in Britanniam  
traductos necaret. Fidem reliquis interponere. iuramentum poscere:  
ut que esset ex usu gallie intellexissent: consilio administrarent.  
hec a compluribus ad Cesarem deferebant. quod re cognita Cesar: quod tamen  
ciuitati hedue dignitatis tribuebat coercendum atque deterrendum  
quibuscumque rebus posset. Dumnorigem statuebat. quod longius eius

portus icium

principes  
treuironum  
non manent

amentiam progredi uidebat: prospiciendum neque sibi ac reip. nocere  
posset. Itaque circiter .xxv. dies in eo loco comoratus: quod corus/  
uentus nauigationem impediebat: qui magnam partem omnium temporis  
in his consueuit sufflare: dabat operam ut Dumnorigem in officio  
continere: nihil tamen secus omnia eius consilia cognosceret. Tandem  
idoneam tempestatem nactus: milites egresque concedere nauem iubet.  
At impeditis omnium animis: Dumnorix cum equibus heduorum a castris:  
insciente Cesare: domum discedere cepit. Qua re nuntiata Cesar  
intermissa profectio: atque omnibus rebus postpositis: magnam  
partem equatus ad eum insequendum mittit: retrahique imperat: si uim  
faciat: neque pareat: interfici iubet. Nihil hunc se absente pro sano  
facturum arbitratus: qui presentis impium neglexisset. Ille autem  
reuocatus resistere: ac se manu defendere: suorumque fidem implorare  
cepit: sepe clamitans liberum se: libereque esse ciuitatis. Illi ut erat  
imperatum: circumstant hominem: atque interficiunt. At hedui egres  
ad Cesarem omnes reuertuntur. His rebus gestis: Labieno cum tribus  
legionibus & equitum milibus duobus in continentem relicto: ut  
portus tueretur: & rem frumentariam prouideret: queque in gallia  
gereretur: cognosceret: consiliumque pro tempore: & pro re caperet:  
ipse cum legionibus quinque & pari numero equitum: quem in continenti  
reliquerat: ad solis occasum nauem soluit. & leni africo prouectus:  
media circiter nocte uento intermisso: cursum non tenuit: & longius  
delatus est: orta luce: sub sinistra Britanniam relictam conspexit.  
Tum rursus estus commutationem secutus: remis contendit: ut eam  
partem insule caperet: qua optimum esse egressum superiori estate  
cognouerat. Qua in re admodum fuit militum uirtus laudanda: qui  
uictoribus grauiusque nauibus non intermisso remigandi labore  
longarum nauium cursum adegerunt: Accessum est ad Britanniam omnibus  
nauibus meridiano fere tempore: neque in eo loco hostis est uisus.  
Sed ut postea ex captiuis cognouit Cesar cum magne manus eo  
conuenissent: multitudine nauium perterrita quod cum annotinis puatisque  
qualis sui quisque commodi causa fecerant: amplius octingenteuno  
erant uise tempore: a littore discesserant. ac se in superiora loca  
abdiderant. Cesar exposito exercitu: ac loco castris idoneo capto  
ubi ex captiuis cognouit: quo in loco copie consedissent. cohortibus  
decem ad mare relictis: & equitibus trecentis: qui presidio nauibus  
essent de tertia uigilia ad hostes contedit. eo minus uentus nauibus  
quod in littore molli atque apro delegatas ad anchoram relinquebat.

corus

circumstant

Nauigatio in Britanniam  
Africus Ventus meridie

egressio Cesaris in Britanniam





Effedis

Et presidio nauibus. Q. Atriu[m] prefectit. Ipse noctu progressus milia passu[m] circiter. xii. hostiu[m] copias conspicatus est. Illi equatu atq[ue] effedis ad flumen progressi: ex loco superiore: nostros prohibere: & plium committere ceperunt. repulsi ab equatu se in siluas abdiderunt: locu[m] nocti egregie & natura: & opere munitu[m]. que[m] domestici belli ut uidebatur causa: iam ante preparauerat. Na[m] crebris arboribus succis: o[mn]es introitus erant p[er]clusi. Ipsi ex siluis rari p[er]pugnab[ant]: nostrosq[ue] intra munitiones ingredi p[ro]hibeb[ant]. At milites legio[n]is. vii. testudine facta: & aggere ad munitiones adiecto: locu[m] ceperunt: eosq[ue] ex siluis expulerunt: paucis uulneribus acceptis. Sed eos fugientes longius Cesar p[er]sequi uetuit: & q[uo]d loci natura[m] ignorabat: & q[uo]d magna p[ar]te diei consumpta munitioni castrorum tempus relinqui uolebat. Postridie eius diei mane tripartito milites equitesq[ue] in expeditione[m] misit: ut eos qui fugerant persequeretur. ut aliquantu[m] itineris progressis: cum iam extremi essent in prospectu equites a. Q. Atrio ad Cesar[em] uenerunt. qui nuntiarent superiori nocte: maxima cohorta tempestate: p[ro]pe o[mn]es naues afflictas: atq[ue] in litore reiectas esse. q[uo]d neq[ue] anchore: funesq[ue] sustineret: neq[ue] gubernatores: nauteq[ue] uitam tempestatu[m] pati possent. Itaq[ue] ex eo concursu nauium: magnum esse incommodu[m] acceptum. His rebus cognitis Cesar: legiones equatuq[ue] reuocari: atq[ue] in itinere consistere iubet. ipse ad naues reuertitur: eade[m] fere que ex litteris: nuntisq[ue] cognouerat: coram perspicit. sic ut missis circiter. xl. nauibus: relique tam[en] refici posse magno negotio uiderentur. Itaq[ue] ex legionibus fabros deligit: & e continenti alios accersiri iubet. Labienno scribit: ut q[ua] plurimas possit: his legio[n]ibus que sunt apud eum naues instituat. Ipse & si res erat multo operis: ac laboris: comodissimum esse statuit: o[mn]es naues subduci & cu[m] castris una munitione coniungi. In his rebus circiter dies. x. consumit. nec nocturnis quide[m] temporibus: ad laborem militum intermissis: subductis nauibus: castrisq[ue] egregie munitis: ead[em] copia: qual[is] antea presidio nauibus reliquit: ipse eod[em]: unde redierat: proficiscit[ur]: eo cum uenisset: maiores iam undiq[ue] in eu[m] locu[m] copie Britanno[rum] conuenerat. Summa impii belliq[ue] administrandi comuni consilio p[er]missa e[st]: Cassiuellauno cuius fines a maritimis ciuitatibus flumen diuidit. quod appellatur thamesis: a mari circiter passu[m] milibus. lxxx. hinc superiori tempore: cu[m] reliquis ciuitatibus continua bella intercesserant. Sed nostro aduentu[m] permoti Britanni. hunc

Thamesis. flu. sup. Cassiuellanus Britanno[rum]

Toti

toti bello: imperioq[ue] prefece[re]nt. Britannie pars interior ab his incolitur: quos natos in insula ipsi memoria proditum dicunt. maritima pars ab his qui prede ac belli inferendi causa: ex belgio transierant. Qui omnes fere his nominibus ciuitatum appellant: quibus orti ex ciuitatibus eo peruenerunt: & bello illato ibi permanserunt. atq[ue] agros colere ceperunt: hominum est infinita multitudo: celeberrimaq[ue] edificia: fere gallica[rum] co[m]similia. pecorum numerus magnus. ut unu[m] tam[en] ere ut nummo aureo: aut anulis ferreis ad certu[m] p[er]dus examinatis pro numis. Nasce[re] ibi plumbu[m] album in mediterraneis regionibus: in maritimis ferru[m]: sed eius exigua est copia: ere ut unu[m] importato. Materia cuiusq[ue] generis ut in gallia est: preter fagum: atq[ue] abietem. Leporem & gallina[m] & anser[em] gustare: fas no[n] putat. Hec enim alunt animi uoluptatisq[ue] causa. Loca sunt temperatiora q[uam] in gallia: remissioribus frigoribus. Insula natura triquetra: cuius unum latus est contra galliam. huius lateris alter angulus: qui est ad ca[pi]tum: quo fere omnes gallicae naues: appellantur: ad orientem solem: inferior ad meridiem spectat. Hoc pertinet circiter milia passu[m] quingenta. Alterum uergit ad Hispaniam: atq[ue] occidentem solem. q[uo]d ex parte e[st] Ibernia: dimidio minor: ut estima[re]t[ur]: q[uam] Britania: sed pari spatio transmissus: atq[ue] ex gallia est in Britannia[m]. In hoc medio cursu est insula: que appellatur mons. co[m]plures preterea minores subiecte insule existimantur. de quibus insulis nonnulli scripserunt: dies continuo: triginta sub bruma esse noctes. nos nihil de eo percontationibus reperiebamus: nisi certis ex aqua mensuris breuiores esse: q[uam] in continenti noctes uidebamus. Huius e[st] longitudo lateris ut fert illorum opinio: septingentoz[um] milium. Tertium est contra septentrionem: cui parti nulla est obiecta terra: sed eius angulus lateris maxime ad germania[m] spectat. hoc milia passu[m] octingenta in longitudinem esse existimatur. Ita o[mn]is insula est in circuitu uicis centum milibus passu[m]. ex his omnibus longe sunt humanissimi: qui cantium incolunt: que regio e[st] maritima o[mn]is: neq[ue] multu[m] gallica differunt co[m]suetudine. Interiores pleriq[ue] frumeta no[n] serunt: sed lacte: & carne uiuunt. pellibusq[ue] sunt uestiti. o[mn]es uero se Britanni ultro glasto inficiunt: quod ceruleum efficit colorem. atq[ue] hoc horridiores sunt: in pugna aspectu. capilloq[ue] sunt p[er]misso: atq[ue] o[mn]i parte corporis rasa. preter caput: & labru[m] superius. Vxores habent deni: duodeniq[ue] iter se co[m]munes: & maxie

diebus q[ua]ntas noctisq[ue]

uicis centu[m] milib[us] passu[m] e[st] insula

p[er]misso capillo

de britannie inhabitacione

Britannie uertus

religio

Triquetra

Ibernia

mons insula

no[n] ee vera q[ua] diant de dieb[us] q[ua] noctib[us] apud britanos

Cantium regio maritima

lacte & carne uiuunt glasto coloru[m] ceruleo fi

Vxores .xx. communes





prelium

Q. Laberius durus  
-Tri. ple. interficit

Tamesis. An.  
Cassiuellaunus. dux

fratres: cum fratribus: & pariter cum liberis. Sed si qui sunt ex his  
nati: eorum habent liberi. a quibus primū uirgo queq; adducta ē.  
Equites hostium essedariū acriter prelium cum equitatu nostro  
in itinere cōflixerunt. tñ ut nostri omnibus partibus superiores  
fuerint: atq; omnes in siluas collesq; cōpulerint: sed compluribus  
interfectis cupidius insecuti: nonnullos ex suis amiserunt. At illi  
intermisso spatio: imprudētibus nostris: atq; occupatis t̄ minucione  
castrorum: subito se ex siluis eiecerūt: impetuq; in eos facto: q̄ erāt  
in statione pro castris collocati: acriter pugnauerunt. duabusq;  
missis subsidio cohortantibus a Cesare: atq; his p̄mis legionū duarū  
cū ee intermisso perexiguo loci spatio: inter se cōstitissent: nouo  
genere pugne p̄teritis nostris: p̄ medios audacissime pruperūt.  
seq; inde incolumes receperunt. Eo die. Q. Laberius durus tri-  
militum interficit. Illi pluribus submissis cohortibus repellitur.  
toto hoc genere pugne cum sub oculis omnium ac pro castris di-  
micaretur: intellectum est nostros propter grauitatem armorū:  
q̄ neq; insequi cedentes possent: neq; a suis discedere auderent:  
minus a pros esse ad huius generis hostes: equites autē magno cū  
periculo prelio dimicare: propterea q̄ illi etiā consulto plerūq;  
cederēt: & cū paululū a legionibus nostris remouissent ex essedis  
desiliret: & pedibus dispari p̄lio contēderēt. Accedebat ad hec ut  
nunq̄ cōfert: sed rari: magnisq; interuallis p̄liaretur. Statimq;  
dispositas haberēt: atq; alios alii deinceps exciperent: integriq; &  
recētes defatigatis succederēt. Postero die p̄cul a castris hostes  
in collibus cōstitērūt: rariq; se ostēdere: ac lentius q̄ p̄die nostros  
equites prelio laceffere ceperūt. Sed meridie: cū Cesar pabulādi  
gratia: tres legiones: atq; omnē eq̄tatum cū. C. Trebonio legato  
misisset: repēte ex omnibus partibus ad pabulatores aduolauerūt:  
sic uti ab signis legionibusq; nō absterēt. Nostri acriter in eos  
impetu facto repulerūt: neq; finē sequēdi fecerūt. quo subsidio  
confisi equites: cum post se legiones uiderent: precipites hostes  
egerunt: magnoq; eorum numero interfecto: neq; sui colligēdi  
neq; consistēdi: aut ex essedis desilēdi facultatem dederūt. Ex  
hac fuga protinus: que undiq; conuenerant auxilia discesserūt.  
neq; post id tēpus unq̄ summis nobiscū copiis hostes cōtenderūt.  
Cesar cognito consilio eorū: ad flumen tamesim in fines cassiuel-  
launi exercitum duxit: quod flumen uno omnino loco pedibus:  
atq; hoc egre transiri potest: eo cū uenisset aiaduertit ad alterā

extarent  
capite solo

fluminis ripā magnas esse copias hominū instructas. Ripa autē  
erat acutis sudibus prefixis munita. Eiusdemq; generis sub aqua  
defixe sudes flumine tegebantur. His rebus cognitis a captiuis:  
perfugisq; Cesar p̄misso eq̄tatu cōfestim legionē subsequi iubet.  
Sed ea celeritate: atq; impetu milites ierūt: cū capite solo ex aq̄  
riparūq; dimitterēt: ac se fuge mādarēt. Cassiuellaunus: ut supra  
demonstrauimus: omni spe deposita contentionis dimissis: ampli-  
oribus copiis: milibus circiter quattuor essedariorū relictis: itinera  
nostra seruabat: paululūq; ex uia excedebat. Locisq; impeditis:  
atq; siluestribus se occultabat: atq; his regionibus quibus nos iter  
facturos cognouerat pecora: atq; homines ex agris in siluas cō-  
pellebat. Et cum equitatus noster liberius uastandi: predandiq;  
causa se in agros eiecerat: omnibus uis semitisq; essedarios ex siluis  
emittebat. Et cum magno periculo nostrorum equitum: cū his  
cōfligebat: atq; hoc metu latius uagari phibeat. Relinquebat  
ut neq; longius ab agmine legionum discedi Cesar pateretur: &  
tantū in agris uastandis: incendiisq; faciendis: hostibus noscere.  
quantum labore atq; itinere legionarii milites efficere poterant.  
Interim Trinobantes prope firmissima earum regionum ciuitas:  
ex qua Mandubratius adolescens Cesaris fidē secutus: ad eum in  
continentē galliā uenerat: cuius pater Imanuetius in ea ciuitate  
regnū obtinuerat: interfectusq; erat a Cassiuellauno: ipse fuga  
mortem uitauerat: legatos ad Cesarē mittit. pollicenturq; sese et  
dedituros: & impata facturos. Pecūt ut Mādubratū ab iniuria  
Cassiuellauni defēdat: atq; in ciuitatē mittat qui p̄lit: impiūq;  
obtimeat. His Cesar imperat obsides ad numerū. xl. frumētumq;  
exercitui. Mandubratūq; ad eos mittit. Illi imperata celeriter  
fecerunt. obsides ad numerū: frumentūq; miserunt. Trinoban-  
tibus defensis: atq; ab omni militū iniuria prohibitis: Ceumagni  
sengoriaci ancaltres: bibrogi: cassi: legationibus missis: sese Cesari  
dederūt. Ab his cognoscit nō lōge ex eo loco oppidum Cassi-  
uellauni abesse: siluis paludibusq; munitū. quo satis magnus hoīm  
pecorisq; numerus conuenerit. Oppidum autē Britāni uocant:  
eum siluas impeditas uallo: atq; fossa munitū: quo incursionis  
hostium uitande causa: cōuenire consuerant. eo proficiscit cum  
legionibus. locū repperit: egregie natura: atq; opere munitum.  
Tamen hunc duabus ex partibus oppugnare contēdit. Hostes

Sudes  
Ars ppul  
hostes aq;

Cassiuellaunus dux

Abud gner? ppulandi

Trinobantes ciuitas

Mandubratius adolescens  
filius Imanuetij regis

Trinobantes  
Ceumagni  
Sengoriaci  
Ancaltres  
Librogi  
Cassi

legatos ad  
militū do-  
trine

Oppidū Cassiuel-  
launi munitū





paulisper morati: militum nostrorum impetum non tulerunt: seseque ex alta parte oppidi eiecerunt. Magnus ibi numerus pecorum repletus: multique in fuga sunt comprehensi: atque interfecti. Dum hec in his locis geruntur: Cassiuellaunus ad celtum quod est a mare ut supra demonstrauimus: quibus regionibus quattuor reges preerant: Cingetorix. Caruilus. Taximagulus. Segonax: nuntios mittit: atque his imperat: ut coactis omnibus copiis: castra naualia de improviso adortantur: atque oppugnent. Hi cum ad castra uenissent: nostri eruptione facta: multis eorum interfectis: capto etiam nobili duce Cingetorige: suos incolumes reduxerunt. Cassiuellaunus hoc primo nuntiato: tot detrimentis acceptis: uastatis finibus: maxime etiam permotus defectione ciuitatum: legatos per Acrebatem comum de ditione ad Cæsarem mittit. Cæsar cum statuisset hyemem in continenti propter repetitos gallie motus agere: neque multum estatis superesset. atque id facile extrahi posse intelligeret: obsides impati: et quod in annos singulos uectigalis Po. Ro. Britannia penderet: constituit. Interdicit: atque impati Cassiuellauno: ne Madubratto neu trinobantibus bellum faciat. Obsidibus acceptis: exercitum reducit ad mare. naues inuenit reiectas. His deductis quod et captiuorum magnum numerum habebat: et nonnulli deperierant naues: duobus comitatibus exercitum reportare constituit. Ac sic accidit ut ex tanto nauium numero: tot navigationibus: neque hoc: neque superiore anno: ulla omnino nauis que milites portaret desideraret. At ex his que inanes ex continenti ad eum remitterentur: et portis comeatibus expositis militibus: et quas post Labienus faciendas curauerat: numero. lxx. perpauca locum caperent: relique fere omnes reicerentur. Quas cum aliquandiu Cæsar frustra expectasset: ne anni tempore navigatione excluderetur. quod equinoctium suberat: necessario angustius milites collocauit. Ac summa tranquillitate consecuta. Secunda cum soluisset uigilia prima luce terram attingit: omnesque incolumes naues perduxit. Subductis nauibus: concilioque gallorum samarobrino peracto: quod eo anno frumentum in gallia propter siccitates: angustius prouenerat: coactus est aliter: ac superioribus annis exercitum in hybernis collocare legionesque et plures ciuitates distribuere: ex quibus unam in morinos ducendam. C. Fabio legato dedit. Alteram in neruos. Q. Ciceroni. Tertiam in essuos L. Roscio. Quartam in remis cum. T. Labieno in confinio treuitorum hyemare iussit. Tres in Belgio collocauit. His. M. Crassum.

Celtum regio maritima. In qua et hi reges preerant

Cingetrix  
Caruilus  
Taximagulus  
Segonax

Cassiuellaunus legatos ad Cæsarem mitti de ditione

Conditiones pacis

duobus comitatibus

collocauit in nauibus

Samarobrino

Collocatio legionum ad hyemandum

ad castra  
prelium

Britannia  
gallia p. r.

equinoctium

et L. Munatium Plancum. et C. Trebonium legatos prefecit. unam legionem: quam proxime trans Padum conscripserat. et cohortes. v. in eburones: quorum pars maxima est inter mosam et rhenum: qui sub impio Ambiorigis et Catuolci erant milites. His militibus. Q. Titurium Sabinum: et L. Auriuculum Cottam legatos preesse iussit. Ad hunc modum distributis legionibus: facillime inopie frumentarie se mederi posse existimauit. Atque harum tamen omnium legionum hyberna: preter eam: quam L. Roscio in pacatissimam: et quietissimam partem ducendam dederat: militibus passuum centum continebatur. Ipse interea quoad legiones collocasset: munitionemque hyberna cognouisset: in galliam morari constituit. Erat in carnutibus summo loco natus Tasgetius. Huius maiores in sua ciuitate regnum obtinuerant. Hinc Cæsar pro eius uirtute: atque in se beniuolentia: quod in omnibus bellis singulari eius opera fuerat usus: maiorum locum restituerat. Tertium iam nunc annum regnantem inimici palam multis etiam ex ciuitate eius autoribus eum interfecerunt. deferentem ea res ad Cæsarem. Ille ueritus: quod ad plures res pertinebat: ne ciuitas eorum impulsu deficeret. L. Plancum cum legione ex belgio: celeriter in carnutes proficisci iubet: ibique hyemare. Quorum opera cognouerat: Tasgetium interfectum: hos comprehensos ad se mittere. Interim ab omnibus legatis: questoribusque: quibus legiones tradiderat: certior factus est: in hyberna peruentum. Locumque hybernis esse munitum. Diebus circiter. xv. quibus in hyberna uentum est: initium repentini tumultus ac defectionis ortum est: ab Amborige. et Catuulco: qui cum ad fines regni sui Sabino Cortemque peruenissent: frumentumque in hyberna comportassent: induciomari treuiri nuntius suis concitauerunt: subitoque oppressis lignatoribus: magna manu ad castra pugnatum uenerunt. Cum celeriter nostri arma cepissent uallumque ascendissent: atque una ex parte Hispanis equibus emissis equestri prelio superiores fuissent: desperata re hostes suos ab oppugnatione reduxerunt. Tum suo more conclamauerunt: uti aliqui ex nostris ad colloquium prodiret. Habere sese que de re communi dicere uellent. quibus rebus controversias minui posse sperarent. mittit ad eos colloquendi causa. C. Carpineius eques Romanus familiaris. Q. Titurii. et Q. Iunius ex Hispania quidam: qui iam ante missum Cæsarem ad Amborigem uentitare consueuerat. Apud quos Amborigis ad hunc modum locutus est. Sese pro Cæsaris in se beneficis plurimum ei confidere debere: quod eius opera stipendio

eburones inter mosam et rhenum

hyberna

Tasgetii mors

Carnutes

Initium repentini tumultus

Legati cesarianorum ad Amborigem

Verba amborigis ad Cæsarem





liberatus esset. Quod aduaticas finitimus suis p̄dere cōsueisset. q̄q̄  
ei filius: & fratris filius ab cesare remissi eēt: quos aduatici obsidū  
numero missos apud se in seruitute & cachenis tenuissent: neq̄ id  
quod fecerat de oppugnatione castrorū: aut iudicio aut uolūtate  
sua fecisse: sed coactu ciuitatis: suaq̄ esse eiusmodi impia: ut non  
minus haberet in se iuris multitudo: q̄ ipse in multitudinē ciuitati  
porro hanc fuisse belli causam: q̄ repentine galloꝝ coniurationi  
resistere nō potuerit. Il se facile ex humilitate sua p̄bare posse:  
q̄ non adeo sic impitū rerū: ut suis copiis po. Ro. supari posse  
cōfidat. sed esse gallie cōmune cōsiliū: omnibus hybernīs Cesaris  
oppugnādis. hunc esse dictum diem: nequa legio altere legioni  
subsidio uenire posset: non facile gallos gallis negare potuisse.  
presertim cū de recuperanda cōmuni libertate consilium initum  
uideret. quibus qm̄ p̄ pietate satisfecerit: habere se nūc rationē  
offitii: pro bñficiis Cesaris monere: orare Tituriū pro hospitio:  
ut sue ac militum saluti cōsulat. Magnam manum germanorum  
conductā rhenū transisse. Hāc affore biduo: ipsoꝝ esse cōsiliū:  
uelint ne p̄usq̄ finitimi sentiāt: eductos ex hybernīs milites: aut  
ad Ciceronē aut ad Labienū deducere: quoz̄ alter milia passūū  
circiter quinquaginta alter paulo āplius ab his absit. Illud se pol/  
licere: & iureiurando cōfirmare tutū iter per fines daturum. qđ  
cum faciat & ciuitati sese cōsulere: q̄ hybernīs leuet: & Cesari p̄  
eis meritis gratiā referre. Hac oratiōe habita discedit Ambiorix  
Carpmeius & Iuntus: que audierāt ad legatos deferūt. Illi repē/  
tina re turbati. & si ab hoste ea dicebātur: nō tamen negligēda  
existimabāt. Maximeq̄ hac re pmouebant: q̄ ciuitatē ignobilē  
atq̄ humilē eburonū: sua spē po. Ro. bellū facere ausam: uix  
erat credendū. Itaq̄ ad cōsiliū rem deferūt: magnaq̄ inter eos  
existit cōtrouersia. L. Aurunculeius: cōpluresq̄ tribuni militū:  
& primoz̄ ordinum centuriones: nihil temere agēdum: neq̄ ex  
hybernīs iussu Cesaris discedendū existimabāt: q̄ta suis magnas  
copias germanoz̄ sustineri posse munitis hybernīs docebāt. rem  
esse testimonio q̄ primū hostiū imperū: multis ultero uulneribus  
illaus fortissime sustinuerūt. Re frumētaria nō premi. Interea  
& ex pximis hybernīs: & a Cesare cōuētura subsidia. postremo  
quid eēt leuius: aut turpius: q̄ autore hoste de sūmis rebus cape  
cōsiliū? Cōtra ea Titurius sero facturū clamitabat cū maiores  
manus hostium adiunctis germanis conuenissent. & cum aliquid

finis orōnis Ambiorix

Consilia p̄ncipū cesaris

Titurij s̄p̄a

calamitatis in pximis hybernīs eēt acceptū. breuē consulēdi esse  
occasionem. Cesarem arbitratū profectum in Icaliam: nec aliter  
carnutes interficiēdi Tasgeti cōsiliū fuisse capturos: neq̄ ebu/  
rones si ille adesset: tanta contentione nostra ad castra uēturos  
esse. nō hostē autorē: sed rem expectare: subesse rhenū: magno  
esse germanis dolori Aruisti mortē. & superiores nr̄as uictorias:  
ardere galliā tot cōtumelias acceptis: sub po. Ro. impio redactā:  
supiore gloria rei militaris extincta. Postremo qđ hoc sibi per/  
suaderet: sine certa re Amborigē ad eiusmodi cōsiliū descēdisse.  
Suā sententiā in utraq̄ parte esse tutā: si nihil eēt durius: nullo  
cum piculo ad proximā legionē peruēturos. Si gallia om̄is cum  
germanis consentiret: unā esse in celeritate positā salutē. Cotte  
quidē: atq̄ eoz̄ qui dissentirent conciliū: quē haberet exitū? In  
quo si presens periculū nō sit: at certe longinq̄ obsidione famel  
esset timēda. Hac in utraq̄ parte habita disputatiōe: cū a Cotta  
p̄misq̄ ordinibus acriter resisteretur. uincite inquit si ita uultis:  
Sabini & clariore uoce: ut magna p̄ militū exaudiret. Neq̄ is  
sum inqt: qui grauissime ex uobis mortis piculo terreat: hi sapiēt  
etsi grauius quid acciderit: abs te rationem reposcēt. qui si per te  
liceat: perendino die cū proximis hybernīs cōiuncti: cōmunē cū  
reliq̄ belli casum sustineāt: nō recti & relegati lōge ab ceteris  
aut ferro: aut fame intereāt. Cōsurgit ex cōcilio cōprehēdunt  
utrūq̄: & orant: ne sua dissensione & p̄tinacia rē in sūmo piculo  
deducāt: facilem esse rem seu maneant: seu p̄fiscantur: si modo  
unum omnes sentiant: ac probent. Contra in dissensionē nullam  
se salutē perspicere. Res disputatione ad mediam noctē p̄ducit.  
tandē dat Cotta manus permotus superat sententiā Sabini. pro/  
nuntiatur prima luce ituros: consumit uigiliis reliq̄ pars noctis:  
cum sua quisq̄ miles circūspiceret: quid secū portare posset: quid  
ex instrum̄to hybernoz̄ relinquere cogeret. Om̄ia excogitantē  
qua re nec sine periculo maneatur: & langore militū: & uigiliis  
periculū augeat. Prima luce: sic ex castris p̄fiscant: ut quibus  
eēt p̄uasum: nō ab hoste: sed ab homine amicissimo Amborige  
cōsiliū datū: lōgissimo agmine magnisq̄ impedim̄tis. At hostes  
postea q̄ ex nocturno fremitu: uigiliisq̄ de profectioe eorum  
senserūt collocatis insidiis: bipedito in siluis oportuno cōsilio: atq̄  
oculto loco a militibus passuum circiter duobus: Romanorum  
aduentū expectabant. Et cū se maior pars agminis in magnam

Dissentio p̄ncipū in consilio

perendino die

meatur

longissimo agmine





ad uallē dimississet: ex utraq; parte eius uallis subito sese ostēderūt  
nouissimosq; pre more: & p̄mos phibere ascensu: atq; iniquissimo  
nostrorum loco prelium committere ceperunt. Tum demum  
Titurius: qui nihil ante p̄uidisset trepidare & cōcurrere: cohortesq;  
disponere: hec tamen ipsa timide: atq; ut eū omnia deficere  
uiderent. qđ plerūq; his accidere solet: qđ in ipso negotio cōsiliū  
cape cogunt. At Cotta qđ cogitasset hec posse in itinere accidere  
atq; ob eā causā p̄fectiois autor nō fuisse: nulla in re cōmuni  
saluti deerat: & in appellādis cohortādīsq; militibus imperatoris:  
& in pugna militū officia prestabat. Cum propter lōgitudinem  
agminis minus facere: omnia per se obire: & qđ quoquo loco faciendum  
esset: prouidere non possent. Iusserūt pronuntiare: ut  
impedimenta relinquerent: atq; in orbē cōsisterēt. qđ cōsiliū:  
etsi in eiusmodi casu reprehēdendū: nō est: tñ incōmode accidit.  
nam & nostris militibus spem minuit: & hostes ad pugnādū alacriores  
effecit. qđ non sine sūmo timore: & desperatione id factū  
uidebat. Preterea accidit: qđ fieri necesse erat: ut uulgo milites  
ab signis discederēt: que q̄sq; eorū carissima habebat ab impedimētis  
petere atq; arripe p̄peraret: clamore ac fletu omnia cōplerētur.  
At barbaris cōsiliū nō defuit. nā duces eorū tota acie p̄nuntiare  
iusserūt: neq; ab loco discederet. Illoz esse predā atq; illis reseruari:  
quecūq; Romani reliquissent: p̄inde omnia in uictoria posita  
existimarēt. Erant & uirtute & numero pugnādi pares nostri:  
tāetsi a duce: & a fortuna deserebant. tamen omnē spem salutis  
in uirtute ponebant: & quoties queq; cohortis procucurrerat: ab  
ea parte magnus hostiū numerus cadebat. qua re animaduersa  
Ambiorix p̄nuntiare iubet: ut procul tela cōiiciant: neu p̄p̄ius  
accedāt: & quā in partē Romani impetū fecerint: cedāt leuitate  
armoz; & quotidiana exercitacōe nihil his noceri posse. rursus se  
ad signa recipiētē insequēt. quo p̄cepto ab his diligētissime obseruato:  
cū quepiā cohortis ex orbe excesserat: atq; impetū fecerat:  
hostes uelocissime refugiebāt. Interim eam partē nudari necesse  
erat: & ab latere: aperto tela recipi. Rursus cū in eū locū unde  
erāt egressi reueri ceperāt: & ab usq; cesserāt: & ab usq; p̄xime  
steterant circūueiebantur. Sin autem locū tenere uellent: neq;  
uirtuti locus relinquebat: neq; a tanta multitudine cōiecta tela  
conferti uitare poterant. Tamen tot incōmodis cōflictari: tot  
uulneribus acceptis: resistebāt: & magna parte diei cōsumpta: cū

a prima luce ad horam octauā pugnaretur: nihil quod ipsis eēt  
indignū cōmittebāt. tū. T. Baluētio qui superiore anno primum  
pilum duxerat: uiro forti: & magne autoritatis: utrunq; femur  
tragula traiecit. Q. Lucanius eiusdē ordinis fortissime pugnās:  
dum circūuēto filio subuenit: Interficatur. L. Cotta. legatus  
omnes cohortes: ordinesq; cohortās: in aduersū ol fūda uulnerat.  
His rebus permotus. Q. Titurius: cū procul Ambiorigem suos  
cohortātem conspexissent: interpretē suum. Gn. Pompeium ad  
eum mitti rogatum. ut sibi militibusq; parcat. Ille appellatus  
rēdit. si uelit secū colloqui licere: sperare a multitudine impetrari  
posse: qđ ad militū salutem pertineat: ipsi uero nihil nocitū iri.  
Inq; eam rem se suamq; fidē interponere. Ille cū Cotta Saucio  
communicat: si uideatur pugna cum salute ut excedant: & cum  
Ambiorige una colloq̄nt. sperare de se ac militū salute impetrari  
posse. Cotta se ad armatū hostē iturū negat: atq; in eo p̄seuerat.  
Sabinus quos in presentia tribunos militū circum se habebat: &  
primoz; ordinū cēturiones se sequi iubet. & cū p̄p̄ius Ambiorigē  
accessisset: iussus arma abicere imperatū facit. suisq; ut idē faciāt  
imperat. Interim dum de conditionibus inter se agunt: longiorq;  
consulto ab Ambiorige instituit sermo: paulatim circūuentus  
interficatur. Tum uero suo more uictoriā cōclamant: atq; ulu-  
latum tollit. Impetuq; in nostros facto ordines p̄turbāt ibi. L.  
Cotta pugnās interficitur: cū maxima parte militū reliqui se in  
castra recipiūt: unde erant egressi. ex qbus. L. Petrosidius aq-  
lifer cū magna multitudine hostiū premere: aquilā intra uallū  
proiecit. ipse pro castris fortissime pugnās occidit. Illi egre ad  
noctē oppugnationē sustinent. noctu ad unū desperata salute:  
se ipsi interficiūt. pauci ex p̄lio lapsi incertis itineribus: p̄ siluas  
ad. T. Labienū legatū in hyberna pueniūt: atq; eum de rebus  
gestis certiores faciūt. Hac uictoria sublatus Ambiorix statim  
cū equitatu in aduaticos: qui erant eius regni finitimi p̄ficat:  
neq; diem neq; noctē intermittit: pedicatumq; sese sequi iubet. re  
demonstrata: aduaticosq; cōcitatis: postero die in neruios puenit.  
Hortatq; ne sui imperpetuū liberandi: atq; ulciscēdi Romanos  
pro his quas acceperant iniuriis: occasionē dimittāt. Interfectos  
esse legatos duos: magnamq; partē exercitus interisse demonstrat.  
nihil esse negotiū subito oppressam legionem: que cum Cicerone  
byemet interfici. se ad eā rē p̄fiteē adiutorē: facile hac oratiōe

primū pilū duxit

indueros Cotta uulner

noctū. iri

mos galloz uictoria uulū

Aquilifer

ad noctē. i. usq; ad not

Ambiorix p̄ aduaticos  
alios finitimos p̄p̄ios  
tat.





nein. concitant  
ad hyberna Ciceronis legati  
Ambiorix cu magna manu  
aduolat.

neruis persuadet. Itaq; confestim dimissis nuntiis ad centrones  
grudios. leuacof. pleumosios. gordunnos: qui omnes sub eorum impio  
sunt: quae maximal manus possunt cogunt: & de iprouiso ad Ciceronis  
hyberna aduolat: nondum ad eum fama de Tituri morte placata.  
Huc quoque accidit: quod fuit necesse: ut nonnulli milites: qui ligna/  
tionis munitionisque causa in siluas discessissent: repente equitum  
aduentu interciperent. His circumuentis magna manu eburones:  
aduatici neruis: atque horum omnium socii & clientel legionem oppugnare  
incipiunt. nostri celeriter ad arma concurrunt: uallum conscendunt:  
egre si dies sustinet: quod omnem spem hostes in celeritate ponebant:  
Atque hac adepti uictoriam impetu se fore uictores confidebant.  
Mittunt ad Cesarem confestim a Cicerone littere: magnis propositis  
premissis si preuissent. obsessis omnibus uis missi intercipiunt. Noctu  
ex materia quam munitionis causa comportauerat: turrem admodum  
centum. xx. excitant incredibile celeritate. que deesse operi uide/  
bantur perficiuntur. Hostes postero die multo maioribus copiis  
coactis: castra oppugnant: fossam complent. eadem ratione qua  
pridie: ab nostris resistitur. Hoc idem deinceps reliquis diebus.  
nulla pars nocturni temporis ad laborem intermittitur. non igitur  
non uulneratis facultas quietis datur: multe preuiste sudores: magnus  
muralium pilorum numerus instituitur. turrem contabulant: pinne  
loriceque ex cratibus attexunt: ipse Cicero cum tenuissima ualitu/  
dine esset: ne nocturnum quidem tempus ad quietem relinquebat:  
ut ultero militum concursu: ac uocibus sibi parcere cogere. Tunc  
duces principesque neruiorum: qui aliquem sermonem aditum causamque  
amicicie cum Cicerone habebant: colloqui sese uelle dicunt. facta  
potestate: eadem que Ambiorix cum Titurio egerat commemorat:  
omnem esse in armis galliam: germanos rhenum transisse: Cesaris reli/  
quorumque hyberna oppugnasse. Addunt etiam de Sabini morte:  
Amborigem ostentant fidei faciunde causa: errare eos dicunt si  
quicquam ab his presidii sperent: qui suis rebus diffidant: sese tamen scire  
hoc esse in Cicerone pro. quod Romano animo: ut nihil nisi hyberna recuset.  
atque hac lueterascere consuetudinem nolint: licere illis scolumibus  
per se ex hybernis discedere. & in quascumque partes uelint sine metu  
proficisci. Cicero ad hec unum modo respondit. non esse consuetudinem  
Populi Romano. accipere ab hoste armato conditionem: si ab armis  
discedere uelint: se adiutore utantur. legatosque ad Cesarem mittant:  
sperare pro eis iusticia: que perierit impetraturos. Ab hac spe repulsi

lignationis

obsessis  
vys.

pinne  
lorice

neruis: uallo pedum. xi. & fossa pedum. xv. hyberna cingunt. hec ex  
superiorum annorum consuetudine a nobis cognouerant: & quosdam  
de exercitu habebant captiuos: ab his docebantur. Sed nulla fer/  
ramentoque copia: que esset ad hunc usum idonea: gladius cespices  
circumcidere: manibus sagulisque terram exhaurire nitentur. Qua  
quidem ex re hominum multitudo cognosci potuit: nam minus  
horis tribus milium pedum quodecim in circuitu munitionem profecerunt.  
reliquisque diebus turrem ad altitudinem ualli falces: testudinesque quas  
idem captiuus docuerant facere: ac parare ceperunt. Septimo op/  
pugnationis die maximo cohorto uero: feruentes fusili ex argilla  
gladiis fudis & feruifaceta iacula in casas que more gallico stramine  
erant recte: iacere ceperunt. Hec celeriter ignem comprehenderunt:  
& ueteri magnitudine in omnem locum distulerunt castrorum. Hostes  
maximo clamore sicuti parata iam: atque explorata uictoria: turrem  
testudinesque agere: & scalis uallum ascendere ceperunt. At tanta militum  
uirtus: atque ea presentia animi fuit: ut cum ubique flamma torrerent:  
maximaque telorum multitudine premerent: suaque omnia impedimenta  
atque omnes fortunas conflagrare intelligerent: non modo demigrandi  
causa de uallo decederet nemo: sed pene ne respiceret quidem quisquam  
ac tamen omnes acerrime fortissimeque pugnarent. Hic dies nostris longe  
grauissimus fuit: sed tamen hunc habuit euentum: ut eo die maximus  
numerus hostium uulneraret: atque interficeret: ut se sub ipso uallo  
constipauerant: recessumque premissum ultimum non dabant. Paulum quidem  
intermissa flamma: & quodam loco turri adacta: & contingente uallum  
tertie cohortis: centuriones ex eo quo stabant loco recesserunt. suosque  
omnes remouerunt: nutu uocibusque hostes si introire uellent uocare  
ceperunt. quorum progredi ausus est nemo: tum ex omni parte  
lapidibus coniectis deturbati: turremque successa est. erant in ea legio  
fortissimi uiri centuriones: qui primis ordinibus appropinquarent  
T. Pullus & L. Vorenius. ut perpetuas controversias inter se habebant  
quinam ante ferebant. omnibusque annis de locis summis simulatibus  
contendebant. Ex his pullo cum acerrime ad munitionem pugnaret:  
quid dubitas inquit Vorene aut quem locum tue pro laude uirtutis  
spectas? Hic dies de nostris controversis iudicabit. Hec dum dix/  
isset procedit ex castris: munitionemque: quae parte hostium confertissima  
uisa est erumpit. ne Vorenius quidem uallo sese continet: sed omnium  
ueritus existimationem subsequitur. Tum mediocri spatio relicto:  
Pullo pilum in hostes immitit. atque unum ex multitudine procurrentem

Sagulis

ea presentia animi fuit

constipare

Duo centuriones fortis  
vni quod punitio gestorum





*suos inimicos suffragia  
p. re. p. ii.*

erant. quo percusso & exanimato: hunc scutis protegunt: in hostem  
uniuersi tela conuincunt: neque dant ingrediendi facultatem. transigit  
scutum Pulloni: & uerutum in balteo defigitur. Auertit hic casus  
uaginam. & gladium educere conatam dextram morat manum:  
impeditumque hostes circumstant. Succurrit inimicus illi Vore-  
nus: & laboranti subuenit. ad hunc se confestim a Pullone omnis  
multitudo conuertit. illic uero occurrit oculus gladio: cominusque  
re gerit Vorenus: atque uno interfecto: reliquos Paulum prope-  
llit. dum cupidius instat in locum deiectus inferiorem cecidit. Huic rursus  
circuuento fert subsidium Pullo: atque ambo incolumes copulibus  
interfectis summa cum laude: sese intra munitiones recipiunt. sic  
fortuna in contentione: & certamine utrumque seruauit: ut alter  
alteri inimicus auxilio salutisque esset. neque diiudicari posset uter: utri  
anteferendus uideretur. Quanto erat indies grauior atque asperior  
oppugnatio: & maxime quod magna parte militum confecta uulne-  
ribus: res ad paucitatem defensorum peruenerat: tanto crebriores  
littere nuntique ad Cesarem mittebantur: quorum pars deprehensa  
in conspectu nostrorum militum eum cruciatu necabatur. Erat  
unus intus neruius nomine Vertica loco natus honesto qui a prima  
obsidione ad Ciceronem profugerat: suamque ei fidei presterat:  
huius seruo spe libertatis magnis persuadet promissis ut litteras ad Ce-  
sarem deferat. Has ille in iaculo allegatas effert. & gallus iter gallos  
sine ulla suspitione uersatus: ad Cesarem peruenit. ab eo de periculo  
Ciceronis legationisque cognoscit. Cesar acceptis litteris circiter hora  
xi. diei: statim nuntium in bellouocum ad M. Crassum questorem  
misit: cuius hyberna aberant: ab eo milia passuum. xxv. Iubeet  
media nocte legionem proficisci celeriterque ad se uenire: exit cum  
nuntio Crassus. alterque ad C. Fabium legatum mittit ut in atrebatum  
fines legionem adducat: qua sibi sit iter faciendum. Scribit La-  
bieno si reip. comodo facere possit: cum legione ad fines neruiorum  
ueniat. reliquam partem exercitus: quod paulo aberat longius: non  
putat expectandum. equites circiter quadringentos ex proximis  
hybernis colligit. Hora circiter tertia ab antecursoribus de Crassi  
aduentu certior factus: eo die milia passuum. xx. procedit. Crassum  
samarobrini preerat. legionemque attribuit. quod ibi impedimenta ex-  
ercitus: obsides ciuitatum: litteras publicas: frumentumque omne:  
quod eo tolerande hyemis causa deuexerat: relinquebat. Fabius  
ut imperatum erat: non ita multum moratus in itinere: cum legione

*qui in itinere ad Cesarem  
fuerunt delate*

*Cesaris preparatio ad  
suos inimicos*

*Antecursores*

*Ventus*

occurrit. Labienus interitu Sabini: & cede cohortium cognita:  
cum omnes ad eum treuironum copie uenissent: ueritus ne ex hybernis  
fuge similem profectionem fecissent: ut hostium impetum sustinere  
non posset. presertim: quos recentis uictoria efferris sciret: litteras  
Cesari dimittit: quod cum periculo legionem ex hybernis educturus  
esset: rem gestam in eburonibus prescribit. docet omnes pediatum  
equitatumque copias treuironum: tria milia passuum longe ab suis  
castris confedisisse. Cesar consilio eius probato: etsi opinione trium  
legionum deiectus ad duas redierat: tamen unum communis salutis  
auxilium in celeritate ponebat. uenit magnis itineribus in nerui-  
orum fines: ibi ex captiuis cognoscit: que apud Ciceronem gerant  
quatenus in periculo res sit. tum cuidam ex equitibus gallis magnis  
promissis persuadet: uti ad Ciceronem epistolam deferat. Hanc grecis  
conscripserat litteris mittit: ne intercepta epistola nostra ab hostibus  
consilia cognoscantur. si adire non possit: monet ut tragula cum  
epistola ad amicum deligata: intra munitionem castrorum abiiciat.  
In litteris scribit se cum legionibus profectum celeriter affore.  
hortatur: ut pristina uirtutem retineat. gallus periculum ueritus.  
ut erat preceptum tragulam mittit. hec casu ad turrim adhesit: neque  
ab nostris biduo animaduersa. Tertio die a quodam milite con-  
spicitur. dempta ad Ciceronem deferatur: ille perlectam in conuentu  
militum recitat: maximaque omnes leticia afficit: tum fumi incendiorum  
procul uidebantur. que res omnem dubitationem aduentus legionum  
expulit. Galli re cognita per exploratores: obsidionem relinquunt  
ad Cesarem omnibus copiis contendunt. Ee erant armatorum cir-  
citer milia. lx. Cicero data facultate: gallum ab eodem Verticone  
quem supra demonstrauimus repperit: qui litteras ad Cesarem deferat  
huc admonet: iter caute diligenterque faciat: prescribit in litteris:  
hostes ab se discessisse. omnemque ad eum multitudinem conuertisse. quibus  
litteris circiter media nocte Cesar allatis suis facit certiores eosque  
ad dimicandum animo confirmat. Postero die luce prima mouet  
castra: & circiter milia passuum quattuor progressus: trans uallem  
& riuum: hostium multitudinem conspiciatur. erat magni periculi  
res tantulis copiis in quo loco dimicare. Tamen quoniam liberatum  
obsidione Ciceronem sciebat: equo animo remittendum de celeritate  
existimabat. confedit: & quod equissimo loco potest castra communit.  
atque hec etsi erant exigua: per se uix hominum milium septem:  
presertim nullis cum impedimentis: tamen angustius uiaz quam maxime

*modus affrendi litteras*

*Verticone*





potest contrahit. eo consilio: ut in summā contēptionē hostibus  
ueniat. interim speculatoribus in omnes partes dimissis explorat:  
quo commodissime itinere ualles transire possit. eo die paruulis  
equestribus plus ad aquā factis utriq; sese loco suo cōtinēt. Galli  
q; ampliores copias: que nondum uenerant expectabant. Cesar  
si forte timoris simulatione hostes in suum locum ducere posset.  
ut citra uallem pro castris prelio contenderet. Si id efficere non  
posset: ut exploratis itineribus minore cū periculo uallē riuumq;  
transiret. Prima luce hostium equitatus ad castra accedit: plūq;  
cum nostris equitibus cōmittit. Cesar cōsulco equites cedere: seq;  
in castra recipe iubet: simul ex omnibus partibus castra altiori  
uallo muniti: portasq; obstruit. atq; in his administrandis rebus  
q; maxime cōcurari: & cū simulatione agi timoris iubet. Quibus  
omnibus rebus hostes inuitati: copias traducunt: aciemq; in quo  
loco constituunt. nostris etiam uallo deductis: propius accedūt.  
& rela intra munitionem ex omnibus partibus cōiciunt. preco/  
nibusq; circūmissis p̄nuntari iubēt: seu q; gallus: seu Romanus  
uelit ante horam tertiam ad se transire: sine periculo licere. post  
id tempus non fore potestatem. ac sic nostros contempserūt: ut  
obstructis in speciē portis: singulis ordinibus cespitum: q; eas nō  
posse introrumpere uidebantur: alii uallum manu scindere: alii  
fossas complere inciperēt. Tunc Cesar omnibus portis eruptiōe  
facta: equitatuq; emisso: celeriter hostes in fugā dat: sic uti om/  
nino pugnādi causa resisteret nemo: magnūq; ex his numerum  
occidit. atq; omnes armis exiit. Longius prosequi ueritus: q; silue  
paludesq; intercedebant: neq; etiā paruulo detrimēto illū locum  
relinqui uidebat. omnibus suis incolumibus copis eodem die ad  
Ciceronem peruenit. Instructas turrel: testudines: munitionesq;  
hostium admiratur. legione producta: cognoscit non decimum  
quenq; esse reliquum milicē sine uulnere. ex his omnibus iudicat  
rebus quāto cum periculo: & quanta cum uirtute sint res admi/  
nistrate. Ciceronem pro eius merito: legionemq; collaudat. cen/  
turiones sigillatim: tribunosq; milicum appellat: quoz; egregiam  
fuisse uirtutem testimonio Ciceronis cognouerat de casu Sabini  
& Cotte certius ex captiuis cognoscit. Postero die cōtūde habita  
rem gestam proponit. milites consolatur: & cōfirmat. quod de/  
trimentum culpa & temeritate legati sit acceptum: hoc equiore  
animo ferendum docet: q; beneficio deoz; immortalū: & uirtute

proliu

Erupcio cesaris

Intercedebant

Contio cesaris

eoꝝ expiato incōmodo: neq; hostibus diutina letatio: neq; ipsis  
longior dolor relinquatur. Interim ad Labienū per remos in/  
credibili celeritate de uictoria Cesaris fama perfertur: ut cū ab  
hybernis Cicerōis milia passuum abesset circiter sexaginta: eoꝝ  
post horam nonam Cesar peruenisset: ante mediam noctem ad  
portas castrorum clamor oriretur. Quo clamore significatio  
uictorie gratulatioq; ab remis Labieno fieret. Hac fama ad tre/  
uiros perlata: Indutiomarus: qui postero die castra Labiens  
oppugnare decreuerat: noctu pfugit: copiasq; omnes in treuiros  
reducit. Cesar cū sua legione Fabium remittit in hyberna: ipse  
cum tribus legionibus circum samarobrinam trinis hybernis hy/  
emare constituit. & quod tanti motus Gallie extiterant totam  
hyemem in exercitu ipse manere decreuit. Nam illo incōmodo  
de Sabini morte perlato: omnes fere gallie ciuitates: de bello cō/  
sulabant. nuntios legationesq; in omnes partes dimittebant. & qd  
reliqui consilii caperēt: atq; unde initium belli fieret explorabāt  
nocturnaq; in locis desertis consilia habebant. Neq; ullum fere  
totius hyemis tēpus intercessit: sine sollicitudine Cesaris. qn aliquē  
de consiliis & motu galloꝝ nuntiū acciperet. In his a. L. Roscio  
questore: quē legioni tertiedecime prefecerat certior est factus:  
magna galloꝝ copia eaz; ciuitatum que armorice appellātur:  
oppugnādi sui causa conuenisse: neq; longius milia passuū octo  
ab hybernis suis abfuisse. Sed nuntio allato de uictoria Cesaris  
discessisse. adeo ut fuge similis discessus uideret. ac Cesar princi/  
pibus. cuiusq; ciuitatis ad se uocatis: alias territādo cū se scire que  
fierent: alias cohortādo denuntiaret: magnam partem gallie in  
offitio tenuit. camen Senones que est ciuitas in primis firma: &  
magne inter gallos auctoritatis Cauarinum quē Cesar apud eos  
regem constituerat: cuius frater Moritasgus aduentu in galliam  
Cesaris. cuiusq; maiores regnū obtinuerant: interficere publico  
cōsilio conati: cū ille presensisset: ac profugisset usq; ad fines in/  
secuti regno: domoq; expulerūt: & missis ad Cesarem satisfaciūdi  
causa legatis: cū us omnē ad se Senatū uenire iussisset: dicto au/  
dientes non fuerunt: tantum apud homines barbaros ualuit esse  
reptos aliquos principes belli inferendi. cātamq; omnibus uo/  
luntatum cōmutationē attulit: ut preter heduos: & remos: quos  
precipuo semper honore Cesar habuit: alteros pro uetere ac  
perpetua erga populum Romanum fide. alteros pro recētibus

Letatio

Samarobrina

Armorice

Senones





belli gallici officii: nulla fere fuerit ciuitas: non suspecta nobis. Idq; adeo haud scio mirandū ne sit: cū cōpluribus aliis de causis: cum maxime q̄ ei: qui uirtute belli omnibus gentibus p̄ferbant: t̄cum se eius opinionis deperdidisse: ut q̄a populi Romani imp̄pta ferrēt: grauissime dolerēt. Treuiri uero atq; Indutiomarus totius hyemis nullum tempus intermiserunt: cum trans rhenum legatos mitterent. ciuitates sollicitarēt. pecunias pollicerentur: magna parte exercitus nostri interfecta: multo minorē supesse dicerent: partē. neq; tamen ulli ciuitati germanorū persuaderi potuit: ut rhenu transiret: cum se his expertos dicerent: Arrius iusti bello: & tencatherorum transitu: nō esse fortunā amplius temprandam. Hac spe lapsus Indutiomarus nihilominus copias cogere: exercere a finitimis equos parare: exules dānatosq; tota gallia magnis p̄miis ad se allicere cepit. ac tantā sibi tā his rebus in gallia auctoritatem cōparauerat: ut undiq; ad eum legationes: concurrerent: gratiāq; atq; amicitia publice priuatimq; peterēt. Vbi intellexit ultro ad se ueniri: altera ex pte senones carnutesq; consuetia facinoris instigare: altera neruos aduaticosq; bellum Romanis parare: neq; sibi uoluntariorum copias defore: si ex finibus p̄gredi cepisset. armatū conciliū indicat. hoc more galloꝝ est initium bellorum: quo lege cōmuni omnes puberes & armati conuenire consuerunt. Qui ex his nouissimus conuenit in conspectu multitudinis omnibus cruciatibus affectus necatur. In eo concilio Cingetorigem alterius principē factiois: generū suū: quem supra demonstrauimus Cesaris secutum fidem: ab eo non discessisse hostē iudicat. bonaq; eius publicat. His rebus cōfectis in concilio pronuntiat accersitum se a senonibus & carnutibus: aliisq; q̄ pluribus gallie ciuitatibus. Huc iterū per fines remorū: eorumq; agros populaturū. ac priusq; id faciat: castra Labieni oppugnaturum: queq; fieri uelit precipit. Labienus cum & loci natura & manu munitissimis castris sese cōtineret de suo ac legionis piculo nihil timebat. Sed neq; occasionem rei benegerende dimitteret cogitabat. Itaq; a Cingetorige atq; eius propinquis oratione Indutiomari cognita: quam in concilio habuerat: nuntios mittit ad propinquas ciuitates: equitesq; undiq; euocat. Iis certum diem conueniēdi dicit. Interim prope quotidie cū omni equitatu Indutiomarus sub castris eius uagabatur: alias ut situm castrorum cognosceret: alias colloquendi: aut territandi causa:

modus galloꝝ cogendi concilij

equites plerunq; omnes tela intra uallum cōiciebant. Labienus suos intra munitiones cōtinebat: timorisq; opinionē quibuscunq; poterat rebus augebat. Cū maiore indies cōtemptione Indutiomarus ad castra accederet: nocte una intromissis equibus omnium finitimarū ciuitatum: quos accersendos curauerat: tanta diligētia omnes suos custodis intra castra cōtinuit: ut nulla ratione ea res enuntiari: aut ad treuiros p̄ferri posset. Interim ex cōsuetudine quotidiana Indutiomarus ad castra accedit: atq; ibi magnā partē diei consumit. eqtes tela cōiciunt: & magna cōtumelia uerborū nostros ad pugnā uocāt. nullo ab nostris dato respōso: ubi usū est: sub uesperū dispersi: ac dissipati discedūt. Subito Labienus duabus portis omnē eq̄tatū emittit p̄cipit: atq; iter dicit p̄teritis hostibus: atq; in fugam coniectis: qd̄ fore sicut accidit uidebat: omnes unū peterēt Indutiomarus: neu quis quenq; p̄us uulneret: q̄ illum interfectū uideret: q̄ mora reliquorū illū spatiū nactum effugere nolebat. magna p̄ponit: ut q̄ occiderint p̄mia: sūmittit cohortes: equibus subsidio. Comprobat hominis cōsiliū fortuna. ut cū unū omnes peterent: in ipso fluminis uado de p̄bensus Indutiomarus interficitur: caputq; eius refertur in castra. redeūtes equites quos possunt coniectantur: atq; occidūt. Hac re cognita omnes eburonum & treuironum: que cōuenerāt copie discedūt. pauloq; habuit: post id factum: Cesar quietiorem galliam.

Indutiomarus interficitur

#### C. Iulii Cesaris. belli Gallici Cōmentarius Sextus.

Vltis decaulis Cesar maiorem gallie motum expectās per. M. Syllanum. C. Antistium regnum. T. Sextiū legatos delectū habere instituit. Simul a. Cn. Pōpeio proconsule petit: quoniā ipse ad urbē cū imperio reip. causa maneret: quos ex cisalpina gallia consulis sacramento rogauisset ad signa uenire: & ad se p̄ficisci iuberet: magni interesse etiā in reliquū tēpus: ad opinionē gallie existimās: tātal uideri Italie facultates: ut siqd̄ esset in bello detrimenti acceptum. non modo id breui tempore resarciri: sed etiā maioribus augeri copiis posset. qd̄ cū Pōpeius & reip. & amicitie tribuisset: celeriter cōfecto per suos delectu: tribus ante exactā hyemem: & cōstitutis: & adductis legiōibus:

delectū





duplicatoque earum cohortium numero: quod cum. T. Titurio amiserat:  
& celeritate: & copiis docuit: quod populi Romani disciplina: atque  
opes possent. Interfecto Indutiomaro: ut docuimus: ad eius propinquos  
quos a treuiris imperium deferret. Illi finitimos germanos sollicitare  
& pecuniam polliceri: non desistunt. cum ab proximis impetrare  
non possent: ultiores ceperant. Inuenit nonnullis: ciuitates inter se  
iure iurando confirmant: obsidibusque & de pecunia cauent. Ambiorigem  
sibi societate: & federe adiungunt. Quibus rebus cognitis Cesar:  
cum undique bellum parari uideret: neruios aduaticos ac menapios:  
adiunctis cisrhemanis omnibus germanis esse in armis. Senones ad  
imperatum non uenire: & cum carnutibus finitimisque ciuitatibus  
consilia communicare: a treuiris germanos crebris legationibus sol-  
licitari: Maturius sibi de bello cogitandum putauit. Itaque nondum  
hyeme confecta: proximis quatuor legionibus coactis de improviso  
in fines neruiorum contendit & priusquam illi aut conuenire: aut  
profugere possent: magno pecoris ac hominum numero capto:  
atque ea preda militibus concessa: uastatisque agris: in ditionem ue-  
nit: atque obsides sibi dare coegit. Eo celeriter confecto negotio  
rursus legiones in hyberna reduxit. Consilio gallicae primo uere ut  
instituerat indicto: cum reliqui propter senones carnutes: treuirosque  
uenissent: initium belli: ac defectionis hoc esse arbitratus: ut omnia  
postponere uideretur: concilium in luteciam parisiensium transferre.  
Confines erant hi senonibus: ciuitatemque patrum memoria con-  
iunxerant. Sed ab hoc consilio abfuisse existimabantur. Hac re  
pro suggestu pronuntiata: eodem die cum legionibus in senones  
proficiscitur. magnisque itineribus eo uenit. Cognito eius aduentu:  
Acico qui princeps eius consilii fuerat: iubet in oppida multitudinem  
conuenire. Conantibus priusquam id effici possent: adesse Romanos nun-  
tiatur. necessario sententia desistunt. legatosque deprecandi causa  
ad Cesarem mittunt. per heduos: quorum antiquitas erat in fide  
ciuitas: libenter Cesar precibus heduis dat ueniam: excusationemque  
accipit. quod aestiuum tempus instantis: belli non questionis esse ar-  
bitratur. Obsidibus imperatis. Cesar hos heduis custodiendos  
tradit eodem carnutes legatos obsidesque mittunt: uti deprecatoribus  
remis: quorum erant in clientela. eadem fuerunt responsa. peragite  
consilium Cesar: eque imperat ciuitatibus. Hac parte gallicae pacata  
totus & mente & animo in bellum treuiorum & Ambiorigis insistit.  
Cauriniam cum equitatu senonum secum proficisci iubet: nequis aut

Cisrhemanis

Cesar se impunito ad fines  
neruiorum contendit

Lute-  
ciam

ex huius iracundia: aut ex eo quod metuerat: odio ciuitatis motus  
existat. His rebus constitutis: quod per explorato habebat Ambiorigem  
per se non esse concertaturum: reliqua eius consilia animo circumspectabat.  
Erant menapii propinqui eburonum finibus: perpetuis paludibus  
siluisque muniti: qui ex gallia de pace ad Cesarem legatos nunquam  
miserant: cum uis esse hospitium Ambiorigi sciebat. Itaque per treuiros  
uenisse germanos in amicitiam cognouerat. hec prius illi detrahenda  
auxilia existimabat: quam ipsum bello laceraret: ne desperata salute:  
aut se in menapios abderet: aut cum transrhemanis congregari con-  
geretur. Hoc inito consilio: exercitus impedimenta: ad Labienum  
in treuiros mittit. duasque legiones ad eum proficisci iubet. ipse cum  
legionibus expeditis quinque in menapios proficiscitur. Illi nulla  
coacta manu loci presidio freti in siluas: paludesque confugiunt. suaque  
eodem conferunt. Cesar partem copiarum cum C. Fabio legato: &  
M. Crasso questore: celeriterque effectis potibus: adit tripartito  
exercitu: edificia uicosque incendit: magno pecoris: atque hominum  
numero potitur. Quibus rebus coacti menapii legatos ad eum  
pacis perinde causa mittunt. Ille obsidibus acceptis hostium se ha-  
biturum numero confirmat: si aut Ambiorigem: aut eius legatos  
finibus suis recepissent. Is confirmatis Comium Accebatem cum  
equitatu: custodis loco in menapios relinquit. ipse in treuiros  
proficiscitur. dum hec a Cesare geruntur: treuiros magnis coactis  
peditatus equitatusque copiis: Labienum cum una legione: que in  
eorum finibus hyemauerat: adoriri parabat. itaque ab eo non longius  
bidui uia aberant: cum duas uenisse legiones missu Cesaris cognos-  
cunt: positis castris a militibus passuum. xv. auxilia germanorum  
expectare constituunt. Labienus hostium cognito consilio speras  
temeritate eorum fore aliquam dimicandi facultatem: presidio  
cohortium quinque cum impedimentis: relicto cum uiginti quinque  
cohortibus magnoque equitatu: contra hostem proficiscitur: & mille  
passuum intermisso spatio castra communit. Erat inter La-  
bienum: atque hostem difficili transitu flumen: ripisque preruptis.  
Hoc neque ipse transire habebat in animo: neque hostes transituros  
existimabat. augebat quondam spes: loquitur in consilio palam:  
quoniam germani appropinquare dicuntur. sese suas exercitusque  
fortunas in dubium non deuocaturum. & postremo die: prima  
luce castra morurum. Celeriter hec ad hostes deferuntur: ut ex  
magno gallosum equitum numero: nonnullos gallos gallicis rebus

deuocaturum





fauere natura cogebat. Labienus noctu tribunis militū p̄misq̄  
ordinibus conuocatis: qd sui consiliū sit pponit. Et quo facilius  
hostibus timorū det suspicionem: maiore strepitu: & tumultu q̄  
populi Romani fere cōsuetudo: castra moueri iubet. His rebus  
fuge similem profectioem fecit. Hec quoq̄ per exploratores  
ante lucem in tāra propinquitate castrorū: ad hostes deferunt.  
Vix agmen nouissimum extra munitiones processerat: cū galli  
cohortari inter se: ne speratam predam ex manibus dimitterent:  
longū esse: perterritis Romanis germanorū auxiliū expectari:  
neq̄ suam pati dignitatem: ut tantis copiis tam exigua manū:  
preferam fugientem: atq̄ impeditā adoriri nō audeant: flumen  
transire: & in quo loco prelium committere non dubitant. Que  
fore suspicatus Labienus: ut omnes citra flumen eliceret: eadem  
usus simulatione itineris: placide progrediebatur. tum premissis  
paulum impedimentis: atq̄ in tumultu quodā collocatis: habetis  
inquit milites: quā petistis facultatem. hostem impedito: atq̄ in  
quo loco tenetis. prestare eandē nobis ducibus uirtutem: quam  
sepenumero imperatori p̄stitistis. atq̄ illum adesse: & hec coram  
cernere existimate. Simul signa ad hostē cōuertit: aciemq̄ dirigi  
iubet: & paucis turmis presidio ad impedimēta dimissis: reliquos  
egres ad latera disponit. Celeriter nostri clamore sublato: pila in  
hostes immittūt. Illi ubi p̄ter spē: quos fugere credebāt: infestis  
signis ad se ire uiderunt: impetum modo ferre non potuerūt. ac  
primo cōcursu in fugam cōuersi p̄ximas siluas petiuerūt. quos  
Labienus equitatu cōsectatus magno numero interfecto: com/  
pluribus capis: paucis post diebus ciuitatē recepit. Nam germani  
qui auxilio ueniebāt: percepta treuitorum fuga: se domum re/  
ceperunt. Cum uis p̄pinq̄ Indunomari: qui defectiōis autores  
fuerant: comitati eos ex defectiōe excesserant. Cingētorigi quē  
ab initio permansisse demōstrauimus: principatus atq̄ imperium  
est traditum. Cesar postq̄ ex menapiis in treuitos uenit: duabus  
de causis rhenū transire cōstituit. Quarum una erat: q̄ auxilia  
contra se treuitis miserant. Altera ne Ambiorix ad se receptum  
haberet. His constitutis rebus paulū supra eum locū: quo antea  
exercitū traduxerat: facere pontem instituit. nota atq̄ instituta  
ratione: magno militū studio: paucis diebus opus efficitur. firmo  
in treuitis ad pōtem presidio relicto: nequis ab eis subito motus  
oriretur. reliq̄s copias: equatūq̄ traducit. Vbi qui ante obsides

Verba Labieni ad milites

preliū

Victoria Labieni cōm  
Treueros

dederant: atq̄ inditionem uenerant: purgandi sui causa: ad eum  
legatos mittunt: qui doceant: neq̄ ex sua ciuitate auxilia in tre/  
uitos missa: neq̄ ab se fidem lesam petūt: atq̄ orant: ut sibi parcat  
ne communi odio germanorum innocentes: pro nocētibus penas  
pendant. si amplius obsidē uellet: dare pollicent. Cognita Cesar  
causa: repperit a sueuis auxilia missa eē. Vbi horū satisfactioē  
accepit: aditus utiq̄ i sueuos p̄quirit. Interim paucis post diebus  
fit ab ubi certior: sueuos omnes in unum locum copias cogere:  
atq̄ his nationibus: que sub eorum sunt imperio denuntiare: ut  
auxilia peditatus: equitatusq̄ mittāt. His cognitis rebus rem fru/  
mentariam prouidet. castris idoneum locum delegit. Vbi impat  
ut pecora deducant: suaq̄ omnia ex agris in oppida conferant.  
sperans barbaros atq̄ imperitos homines inopia cibariorum ad/  
ductos: ad iniquam pugnandi conditionem posse deducti. Mādat  
ut crebros exploratores in sueuos mittant: queq̄ apud eos gerant  
cognoscant. Illi imperata faciūt: & paucis diebus iter missis: referūt  
sueuos omnes posteaq̄ certiores nuntii de exercitu romanorū  
uenerant: cum omnibus suis: sociorumq̄ copiis quas coegissent:  
penitus ad extremos fines sese recepisse. Siluam esse ibi infinita  
magnitudine: que appellatur: Bacenis: ac longe introrsus p̄tinere  
& pro natio muro obiectam. cheruscos a sueuis: sueuosq̄ a che/  
ruscis iniuriis incursionibusq̄ prohibere. ad eius initū silue sueuos  
aduentum romanorum expectare constituisse. Quoniam ad  
hunc locum peruentum est: non alienum esse uidetur: de galliē  
germaniq̄ moribus: & quo differāt ee nationes inter se pponere.  
In gallia nō solum in omnibus ciuitatibus: atq̄ in omnibus pagis:  
partibusq̄: sed pene etiam singulis domibus factiones sunt. earumq̄  
factionum principes sunt: qui summam autoritatem. eorum iudi/  
cio habere existimantur: quorum ad arbitrium: iudiciumq̄ summa  
omnium rerum cōsiliorumq̄ redeat. Idq̄ eius rei causa antiquitus  
institutum uidetur: nequis ex plebe contra potentiorē auxiliū  
egeret. Suos enim opprimi quisq̄: & circumueniri non patitur.  
neq̄ aliter si faciat: ullam inter suos habet autoritatē. Hec eadem  
ratio est: in summa totius galliē. nanq̄ omnes ciuitates in partes  
diuise sunt duas. Cum Cesar in galliam uenit alterius factionis  
principes erant hedui: alterius sequani. It cum per se minus uale/  
rent: q̄ summa autoritas antiquitus erat in heduis: magneq̄ eorū  
erant cliētele. germanos atq̄ Arrioustum sibi adiunxerant. eosq̄

Cesar cōsuetos

Bacenis Sylua  
p̄uor s̄omb?

Hic intermissa historia de  
moribus galliē ac germani  
& quo differant inter se in  
hec interponit.

hedui  
sequani principes duarū fa





ad se magnis iacturis pollicitationibusq; pduxerant. Prelus uero compluribus factis secundis: atq; omni nobilitate beduorum in-  
terfecta: tantum potentia antecesserant: ut magnam partem cli-  
entium: ab heduis ad se traducerent. obsidesq; ab his principum  
filios acciperent: & publice iurare cogere: nihil se contra seq;  
nos consilii inituros. & partem finitimi agri per uim occupatam  
possiderent. gallieq; totius principatum obtinerent. q̄ necessitate  
adductus diuitiacus: auxilii petendi causa Romam ad senatum  
pfectus: imperfecta re redierat. Auentu Cesaris: facta cōmuta-  
tione rerū: obsidibus heduis redditus: ueteribus clientelis restitutus:  
nouis per Cesarem cōparatis: q̄ u qui se ad eoz; amicitiam aggre-  
gauerant: meliore conditione atq; imperio equiore se uti uidebāt:  
reliquis rebus: eorum gratia dignitateq; amplificata: sequari p̄n-  
cipatum dimiserant. In eorum locum remi successerant. quos q̄  
adequare apud Cesarem gratia intelligebatur: u qui propter ue-  
teres inimicicias nullo modo cū heduis cōiungi poterant: se remis  
in clientelam dederant. hos illi diligenter tuebātur. ita & nouam  
& repente collectam auctoritatem tenebant. eo tum statu res erat  
ut longe principes haberentur hedui. secundum locum dignitatis  
remi obtinerent. In omni gallia eorum hominum: qui aliquo  
sunt numero: atq; honore: genera sunt duo. nam plebs pene ser-  
uorū habetur loco: que nihil habet per se: nullo adhibet cōsilio.  
Pleriq; cū aut ere alieno: aut magnitudine tributoz; aut iniuria  
potentiorum premuntur: sese in seruitutem dicant nobilibus. In  
hos eadem omnia sunt iura: que dominis in seruos. Sed de his du-  
obus generibus alterum est druidum: alterum equitum. Illi rebus  
diuinis intersunt. sacrificia publica: ac priuata pcurant. religioes  
interpretantur. ad hos magnus adolescentium numerus discipline  
causa concurrat. magnoq; u sunt apud eos honore. Nam fere de  
omnibus controuersis publicis priuatisq; constituunt. & si quod  
est admissū facinus: si cedes facta: si de hereditate: de finibus: cō-  
trouersia est: uidem discernunt. premia penasq; constituunt: Siq;  
aut priuatus: aut publicus eorum decreto non stetit: sacrificiis  
interdicūt. Hec pena apud eos ē grauissima: quibus ita est inter-  
dictum: u numero impiorum: ac sceleratorum habētur. uis omnes  
decedunt. aditum: sermonemq; defugiunt: nequid ex contagione  
incommodi accipiant. neq; uis petentibus ius redditur. neq; honos  
ullus communicatur. Is autem omnibus druidibus preest unus

Chentes

hedui  
remi p̄nicipes

plebs galloz; seruo-  
rum loco h̄et

Duo ḡna. Druides  
equites

Interdictū

qui summam inter eos habet auctoritatem. hoc mortuo: aut si quis  
ex reliquis excellit dignitate: succedit: aut si sunt plures partes:  
suffragio druidum. Nonnunquam etiam de principatu armis cō-  
tendunt. In certo anni tempore in finibus carnutum: que regio  
totius gallie media habetur: confidunt in loco consecrato. Huc  
omnes undiq; q̄ controuersias habent conueniunt. eorūq; iudicis  
decretisq; parent. disciplina in britania reperta: atq; inde i gal-  
liam translata esse existimatur. Et nunc qui diligentius eam rem  
cognoscere uolunt: plerunq; illo discendi causa proficiscuntur.  
druides a bello abesse consuerunt. neq; tributa una cum reliquis  
pendunt. militie uacationem: omniūq; rerū habent immunitatem:  
tantis excitati p̄mis: & sua sponte multi in disciplinā conueniunt:  
& a propinquis parentibusq; mittuntur. magnum ibi numerū uer-  
suum ediscere dicuntur. Itaq; nonnulli annos uiginti in disciplina  
permanent. neque fas esse existimant ea litteris mandare: cum  
in reliquis uere rebus publicis: priuatisq; rationibus grecis litteris  
utantur. Id mihi duabus de causis instituisse uidentur: q̄ neq; in  
uulgus disciplinam efferri uolunt. neq; eos: qui discunt litteris cō-  
fisos minus memorie studere. quod fere plerisq; accidit: ut pre sidio  
litterarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant. In  
primis hoc uolunt persuadere: non interire animas: sed ab aliis  
post mortem transire ad alios. atq; hoc maxime ad uirtutem ex-  
citari putāt: metu mortis neglecto. multa preterea de syderibus:  
atq; eorum motibus: de mundi ac terrarum magnitudine: de rerū  
natura: de deorum immortalium ui: ac potestate disputant. &  
iuuentuti tradunt. Alterum genus est equitū. u cum est usus: atq;  
aliquod bellum incidit: quod fere ante Cesaris aduentum quot  
annis accidere solebat: uti aut ipsi iniurias inferrent: aut illatas  
propulsarent: omnes in bello uersantur: atq; eorum ut quisque  
est genere: copisq; amplissimus: ita plurimos circum se amictos  
clientesq; habet. Hanc unam gratiam potentiamq; nouerunt.  
Natio est omnium galloz; admodum dedita religionibus: atq;  
ob eam causam: qui sunt affecti grauioribus morbis: quiq; in pre-  
luis periculisq; uersantur: aut pro uictimis homines immolāt: aut  
se immolatuos uouent: administrisq; ad ea sacrificia druidibus  
utuntur: q̄ pro uita hominis nisi uita hominis reddatur: nō posse  
deorum immortalium numen placari arbitrantur. publiceq; eius-  
dem generis habent instituta sacrificia. alii immani magnitudine

Chentes

per fidio litterarū  
memoria re  
mittit

de Druidis

Inter-

Carnuti regio Toti  
gallie media est

pendit

grecas litteras uocabant  
in rationibus reb; suis

remittant

Druidaz opo

De equitib;

Ambados clientes

hōies p̄ uictimis immolāt





simulacra habent. quorum contexta uiminibus membra uiuis hominibus complent: quibus succensit circumuenti flamma examinantur homines. Supplicia eorum qui in latrocinio: aut in aliqua noxa sit deprehensi: gratiora diis immortalibus esse arbitrantur. Sed cum eius generis copia deficit: etiam ad innocentium supplicia descendunt. deum maxime Mercurium colunt. huius sunt plurima simulacra. hunc omnium uentorem artium ferunt. Hunc uiarum atque itinerum ducem. hunc ad questus pecunie mercaturasque: habere uim maximam arbitrantur. Post hunc Appollinem & Martem & Iouem & Mineruam. de his eandem fere: quam relique gentes habent opinionem. Appollinem morbos depellere. Mineruam operum atque artificiorum initia tradere. Iouem imperium celestium tenere. Martem bella gerere. Huic si plio dimicare constituerunt ea que bello ceperunt: plerumque deuouent. que superauerunt animalia capta immolant. reliquasque res in unum locum conferunt. multis in ciuitatibus harum rerum extructos tumulos: locis consecratis: conspici licet. neque sepe accidit: ut neglecta quispiam religio: aut capta apud se occultare: aut posita tollere audeat: grauissimumque ei rei supplicium cum cruciatu constitutum est. Galli se omnes ab Dite patre prognatos predicant. Idque ab druidibus proditum dicunt. ob eam causam spatia omnis temporis: non numero dierum: sed noctium finiunt. dies natales: & mensium: & annorum initia: sic obseruant: ut noctem dies subsequatur. In reliquis uite institutis hoc fere a reliquis differunt: quod suos liberos: nisi cum adoleuerint: ut munus militie sustinere possint: palam ad se adire non patiuntur. filiumque in puerili etate in publico in conspectu patris assistere turpe ducunt. Viri quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperunt: tantas ex suis bonis estimatione facta cum dotibus communicant. Huius omnis pecunie coniunctim ratio habet: fructusque seruantur: uter eorum uita superat ad eum pars utriusque cum fructibus superiorum temporum peruenit. Viri in uxores: sicuti in liberos: uite necisque habent potestatem & cum pater familie illustriore loco natus decessit: eius propinqui conueniunt: & de morte si res in suspensionem uenit: de uxoribus in seruilem modum questionem habent. & si compertum est: igni atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt. Funera sunt pro cultu gallorum magnifica: & sumptuosa. omnia queque uiuiscordi fuisse arbitrantur: in ignem inferunt: etiam animalia: ac paulo

Galli adire patre diuifoso  
prognatos

pueri in conspectu  
patris assistere pu  
turpe erat

Viru in uxores

nephas

Mercurius

Appollo

Mars

Iupiter

Minerua

natales

formatus

funera

supra hanc memoriam serui & clientes: quos ab eis dilectos esse constabat: iustis funeribus confectis: una cremabantur. Que ciuitates commodius suam rempublicam administrare existimantur: habent legibus sancitum. Siquis quid de Republica a finitimis rure: aut fama acceperit: uti ad magistratum deferat: neue cum alio communicet: quod sepe homines temerarios: atque impios: falsis rumoribus terreri: & ad facinus impelli: & de sumis rebus consilium capere cognitum est. magistratus que uisa sunt: occultant. queque esse ex usu iudicauerit: multitudini produnt. de republica nisi per consilium loqui non conceditur. Germani hac multum ab consuetudine differunt. nam neque druides habent: qui rebus diuinis presint: neque sacrificiis student. deorum numero eos solos ducunt: quos cernunt. & quorum opibus aperte iuuant. Solem & uulcanum & lunam. reliquos ne fama quidem acceperunt. Vita omnis in uenationibus atque in studiis rei militaris consistit. ab paruulis duriciet ac labori student. qui diutissime impuberes permanserunt: maximam inter suos ferunt laudem. Hoc alii staturam: alii uires neruosque confirmari putant. Intra annum uero uicesimum femine noticiam habuisse in turpissimis habent rebus. cuius rei nulla est occultatio: quod & promiscue in fluminibus perluuntur. & pellibus aut paruul renonum tegumentis utuntur. magna corporis parte nuda. Agriculture non student: maiorque pars uictus eorum in lacte: caseo: carne: consistit. neque quisquam agri modum certum: aut fines habet proprios. Sed magistratus ac principes in annos singulos gentibus cognationibusque hominum: qui cum una coierunt. quantum eis: & quo loco usum est: agri attribuunt. atque anno post alio transire cogunt. eius rei multas afferunt causas: ne assidua consuetudine capti studium belligerendi agricultura commutent. ne latos fines parare studeant: potentioresque humiliores possessionibus expellant ne accuratius ad frigora atque aestus uitandos edificent: neque oriantur pecunie cupiditas. qua ex re factiones diuisionesque nascuntur: ut animi equitate plebem contineant. cum suas quisque opes cum potentissimis equari posse uideat. Ciuitatibus maxima laus est: quam latissime circum se uastatis finibus solitudines habere. Hoc proprium uirtutis existimant: expulsos agris finitimos cedere neque quenquam prope audere consistere. Simul hoc se fore: tutiores arbitrantur. repente incurisissimum timore sublato. cum bellum

Iustus Impiissimus

ad Germanorum mores tran  
git

Solem. Vulcanum. Lunam

pro impubertate committunt  
illis consequantur

renonum





ciuitas aut illatū defendit. aut infert. Magistratus qui ei bello  
presint: ut uite necisq; habeant potestatem deliguntur. In pace  
nullus communis est magistratus: sed principes regionum: atq;  
pagorū: inter suos ius dicunt: controuersiasq; minuunt. Latro/  
cinia nullam habent infamiam. que extra fines cuiusq; ciuitatis  
fiunt. atq; ea iuuentutis exercende: ac desidie minuende causa  
fieri predicant. Atq; ubi quis ex principibus in consilio se dixit  
ducem fore: qui sequi uelint: profiteantur. Coniungunt ii: qui  
& causam: & hominem probant: suumq; auxilium pollicentur:  
atq; ab multitudine collaudantur. Qui ex iis secuti non sunt:  
in desertorum ac proditorum numero habentur: omniumq; rerū  
iis postea fides derogatur. Hospitem uiolare fas non putant. q;  
quaq; de causa ad eos uenerunt: ab iniuria prohibent: sanctos  
habent. usq; omnium domus patent. uictusq; communicatur. Ac  
fuit a te tempus cū germanos galli superaret uirtute: ut ultero  
bella inferrent: propter hominum multitudinem: agriq; inopiā  
trans rhenum colonias mitterent. Itaq; ea que fertilissima sunt  
germanie loca circum Hercyniam siluam: quam Eratostheni &  
quibusdam grecis fama notam esse uideo. quam illi orcyntiam  
appellat: uulgo roctusages occuparūt: atq; ibi cōcederūt. que  
gens ad hoc tempus his sedibus sese continet. summamq; habet  
iustitie & bellice laudis opinionē. nūcq; in eadē iopia: egestate:  
patientia: qua germani permanent: eodem uictu & cultu corporis  
utuntur. Gallis autem prouintiarum propinquitat: & trāsmar/  
inarum rerum noticia: multa ad copiā atq; usul largit. paulatim  
assuefacti supari: multisq; uicti preliis: ne se quidē ipsi: cū illis  
uirtute cōparant. Huius hercynie silue: que supra demonstrata  
est: latitudo nouem dierum iter expedito patet. nō enim aliter  
finiri potest: neq; mensuras itinerum nouerunt. oritur ad hel/  
uetiorum & ne metum & tauriacorum finibus: rectaq; fluminis  
danubi regionibus pertinet ad fines dacorum: & anartium. hīc  
se flectit sinistrorsus: diuersis a flumine regionibus multarū gē/  
tium fines propter magnitudinē attingit. Neq; quis q̄ est huius  
germanie: qui se aut audisse aut adisse ad initū eius silue dicat.  
cum dierum iter. xl. processerit: aut quo ex loco oriatur: acce/  
perit. Multa in ea genera ferarum nasci constat. que reliquis  
in locis uisa non sint. ex quibus que maxime differant ab ceteris  
& memorie tradenda uideantur: hec sunt. Est bos erui figura:

cuius a media fronte inter aures unum cornu existit. excelsius  
magisq; directum. his que nobis nota sūt cornibus. ab eius summa  
sicut palme: ramiq; late diffunduntur. eadem est femine marisq;  
natura: eadem forma: magnitudoq; cornuum. Sunt item que  
appellantur alces. harum est cōsimilis capris figura. & uarietas  
pellium: sed magnitudine paulo antecēdunt. mutileq; sunt cor/  
nibus: & crura sine nodis: articulisq; habent. neq; quietis causa  
procumbunt: neq; siquo afflicte casu conciderunt: erigere sese  
ac subleuare possunt. His sunt arborei pro cubilibus. ad eas se  
applicant: atq; ita paulū modo reclinate quietem capiunt. q̄rū  
ex uestigis cū est animaduersum a uenatoribus quo se recipere  
consuerint: omnes eo loco subruunt aut incidunt ab radicibus  
arboreis: tantum ut summa species earum stantium relinquatur.  
hunc cum se cōsuetudine reclinauerint: infirmas pondere affli/  
gunt. atq; una ipse concidunt. Tertium est genus eorū: qui uri  
appellantur. u sunt magnitudine paulo intra elephantos: specie:  
& colore: & figura tauri magna uis eorum: & magna uelocitas.  
neq; homini: neq; fere quā conspexerunt: parcunt. hos studiose  
fouet captos interficiūt. hoc se labore durant adolescentes. atq;  
hoc genere uenationis exercent. & qui plurimos ex his interfe/  
cerūt: relatis in publicum cornibus: que sint testimonio: magnā  
ferunt laudem. Sed assuescere ad homines: & mansueti fieri: ne  
paruuli quidem excepti: possunt. amplitudo cornuum: & figura  
& species: multum nostrorū boum cornibus differt. hec studiose  
conquisita ab labris argento circumdudunt: atq; in amplissimis  
epulis pro poculo utuntur. Cesar postq; p ubios exploratores  
comperit sueuos sese in siluas recepisse: inopiam frumētū uertit:  
q; ut supra demonstrauimus: minime omnes germani agriculture  
student. Constituit nō progredi longius. sed ne omnino metum  
reditus sui barbaris tolleret: atq; ut eorū auxilia tardaret: re/  
ducto exercitu pte ultimā pontis: que ripas ubioꝝ cōtinebat:  
in longitudinem pedum ducentorum rescindit. atq; in extremo  
ponte turrim tabulatorum quattuor cōstituit: presidiumq; co/  
hortium duodecim: pontis tuendi causa: ponit. magnisq; eum  
locum munitionibus firmat. Et loco: presidioq; C. Volcatium  
Tullium adolescentem prefecit. ipse cum maturefcere frumēta  
inciperēt: ad bellū Ambiorigis profectus: per arduennā siluā:  
que ē totius gallie maxia: atq; ab ripis rheni finibusq; treuitorū

Latrocinant ex fines sine  
infamia

desertores proditores

Hospiti ius

Hercynia silua - Orcynia dicta  
strages Eratosthenes

Hercynia silua describitur

Ammatium iustitias

Los  
malis

Alces caprarum figura  
mutile.

Vri magnitudine ele  
specie tauri

Ad historiam redit

rescindit Viamā pontis  
ptem

Arduenna silua





ad neruol pertinet: milibusq; amplius quingentis in lōgitudinē  
patet. L. Minutium Basiliū cum omni equitatu premitit siqd  
celeritate itineris: atq; opportunitate tēporis proficere possit.  
monet: ut ignes fieri in castris prohibeat: nequa eius aduentus  
procul significatio fiat. sese confestim subsequi dicit. Basilius ut  
imperatū est: facit celeriter. cōtraq; omniū opinionē confecto  
itinerē: multos in agris inopinantes deprehendit: eorum iudicio  
ad ipsum Amborigem contendit: quo in loco cum paucis equi-  
tibus esse dicebatur. Multum cum in omnibus: cum ī re militari  
fortuna potest. nam magno accidit usu: ut in ipsum incautum:  
atq; etiā imperatū incideret. priusq; eius aduentus ab hominibus  
uideretur: q̄ fama ac nuntiis afferretur: sic magne fuit fortūe  
omni militari instrumēto: quod circū se habebat: erepto: rhedis  
equisq; comprehensis: ipsum effugere mortem. Sed hoc quoq;  
factum est: q̄ edificio circumdato silua: ut sunt fere domicilia  
gallorum. qui uitandi estus causa plerunq; siluarū ac fluminū  
petunt p̄p̄nuitates: comites familiaresq; eius: angusto in loco  
equitum nostrorum uim paulisper sustinuerūt. ut pugnātib;:  
illum in equum quidam ex suis intulit. fugientem silue texerūt.  
sic ad subeundum periculum: & ad uitandum multum fortuna  
ualuit. Amborige an copias suas iudicio nō cōduxerit: q̄ p̄lio  
dimicandū nō existimauerit. an tempore exclusus: & repētino  
equitum aduentu prohibitus fuerit: cum reliquum exercitum  
subsequi crederet: dubiū est: sed certe dimissis per agros nūtiis  
sibi quenq; consulere iussit. quoz; pars ī arduennam siluā: pars  
in continentem plaudes profugit. qui proximi oceano fuerunt:  
in siluis sese occulauerunt. qual estus efficere consuerint. multi  
ex suis finibus egressi: se suaq; omnia alienissimis crediderūt. Ca-  
tauoleus rex dimidie partis eburonum: qui una cum Amborige  
consiliū inierat: etate iam confectus: cū laborē belli: aut fuge  
ferre non posset: omnibus precibus detestatus Amborigem: q̄  
eius cōsiliū auctor fuisset: Taxo: cuius magna ī gallia germāiaq;  
copia est: se exanimauit. Segni cōdrusi ex gēte & numero ger-  
manorum: qui sunt iter eburones treuirosq; legatos ad Cesarē  
miserūt oratum: ne se in hostium numero duceret: neue omniū  
germanorū: qui essēt citra rhenum causam esse unā iudicaret.  
nihil se de bello cogitasse. nulla Amborigi auxilia misisse. Cesar  
explorata re: questione captiuorum: siqui ad eos eburones ex

Amborigis fuga

Catauoleus rex eburonū

Taxus. arbor Venenosa

Segni condusi

fuga cōuenissent: ad se ut reducerent: imperauit. Si ita fecisset:  
fines eorum se uiolaturum negauit. Tum copias in tres partes  
distribuit: impedimenta omnium legionum ad Vatuca con-  
tulit. Id castelli nomē est. hoc fere ē in medijs eburonū finibus:  
ubi Titurius atq; Aurunculeius hyemandi causa confederant.  
hunc cum reliquis rebus locum probrat: cum q̄ superioris anni  
munitiones integre manebant: ut militum laborem subleuaret.  
presidio impedimentis legionem quartamdecimam reliquit. Vnā  
ex utriusq; tribus: quas proxime conscriptas ex italia traduxerat. Et  
legioni castrisq; Q. Tullium Ciceronem prefecit. ducentosq;  
equites attribuit. partem exercitus. T. Labienū cum legionibus  
tribus ad oceanū uersus in eas partes: que menappios attingūt:  
proficisci iubet. C. Trebonium cum pari legionum numero. In  
eam regionem: que aduaticis adiacet: depopulandā mittit. Ipse  
cum reliquis tribus ad flumen scalden: quod influit in mosam:  
extremaq; arduēne partes ire cōstituit. quo cū paucis equibus  
profectum Amborigem audiebat. discedens post diem septimū  
sese reuersurū confirmat. quam ad diē ei legioni: que in p̄sidio  
relinquebatur: deberi frumētū sciebat: Labienum Treboniūq;  
hortatur: si reipublice commodo facere possint: ad eū diem re-  
uertantur. ut rursus cōmunicato consilio: exploratisq; hostium  
rationibus: aliud initium belli capere possint. Erat ut supra de-  
monstrauimus manus certa nulla: non presidium: nō oppidum:  
quod se armis defenderet: sed in omnes partes dispersa multitudo  
ubicunq; aut uallis abdita: aut locus siluestris: aut palus īpedita  
spem presidii: aut salutis aliquam offerebat: cōfederat. hec loca  
uicinitatibus erant nota. magnamq; res diligentiam requirebat.  
non in summa exercitus tuenda. nullū enim poterat uniuersis  
perterritis: ac dispersis: periculum accidere. sed in singulis mili-  
tibus conseruandis. que tamen ex parte res ad salutē exercitus  
pertinebat. nam & prede cupiditas multos longius euocabat. ac  
silue incertis occultisq; itineribus confectos adire prohibebant.  
Si negotium confici: stirpemq; hominum sceleratorum interfici  
uellent: dimittende plures manus: diducendiq; erant milites. Si  
continere ad signa manipulos uellet. ut instituta ratio: & con-  
suetudo exercitus romani postulabat. Locus ipse erat presidio  
barbaris. neq; ex occulto insidiandi: & dispersos circumueniendi  
singulis deerat audacia. & in eiusmodi difficultatibus: quantum

Vatua in medijs  
eburonū finibus

scalden

scalden

Vatua

Confertos





diligentia prouideri poterat: prouidebat. ut potius in nocendo aliquid pretermittetur: et si omnium animi adulescendum ardebant: quod cum aliquo detrimento militum noceretur. dimittit ad finitimas ciuitates nuntios Cesar: omnes ad se uocat. spe prede: ad diripiendos eburones: ut potius in siluis gallorum uita: quam Legionarius miles periclitetur. simul ut magna multitudine circumfusa pro tali facinore: stirps ac nomen ciuitatis tollatur. Magnus undique numerus celeriter conuenit. Hec in omnibus eburonum partibus gerebantur. diesque apparebat septimus: quem ad diem Cesar ad impedimenta legionemque reuerti constituerat. Hic quantum in bello fortuna possit: quantos afferat casus cognosci potuit. dissipatis ac perterritis hostibus: ut demonstrauimus: manus erat nulla: que paruam modo timoris causam afferret. trans rhenum ad germanos peruenit fama: diripi eburones: atque ultro omnes ad predam euocari. cogunt equitum duomilia sicambri: qui sunt proximi rheno: a quibus receptos ex fuga tenet heros atque usipites: supra docuimus transeuntes rhenum nauibus ratibusque triginta milibus passuum: infra eum locum ubi pontis erat imperfectus: presidiumque a Cesare relictum: primos eburonum fines adeunt. multos ex fuga dispersos excipiunt. magno pecorum numero: cuius sunt cupidissimi barbari potiuntur. Inuitati preda longius procedunt. non hos palus in bello: lacrocnisque natos: non silue morantur. quibus in locis sit Cesar ex captiuis querunt: profectum longius reperiunt. omnemque exercitum discessisse cognoscunt. atque unus ex captiuis: quid uos inquit hanc miseram: ac tenuem sectamini predam: quibus iam licet esse fortunatissimos? tribus horis ad Vatuca[m] uenire potestis. Huc omnes suas fortunas exercitus romanorum contulit. presidium tantum est. ut murus quidem angustis possit. neque quis quod egredi extra munitiones audeat. obiecta spe germani: quam nacti erant predam: in occulto relinquent. ipsi ad Vatuca[m] contendunt. ubi eodem duce: cuius hec inditio cognouerant. Cicero qui omnes superiores dies preceptis Cesaris cum summa diligentia milites in castris continuisset ac ne calonem quidem quem extra munitionem egredi passus esset: septimo die diffidens Cesarem de numero dierum fidem seruaturum: quod longius progressum audiebat: neque ulla de eius reditu fama afferebatur. simul eorum permotus uocibus: qui illius patientiam pene obsessionem appellabant. siquidem ex castris egredi

Sicambri

heri  
usipites

Calonem

non liceret: nullum eiusmodi casum expectans: quo nouem oppositis legionibus: maximoque equitatu dispersis: ac pene delectis hostibus: in milibus passuum tribus offendi posset. quique cohortes frumentatum in proximas segetes mittit. quas inter & castra unus omnino collis itererat. Copules erant ex legionibus egri relictis ex quibus qui hoc spatium dierum conualuerant: circiter. ccc. sub uexillo una mittuntur. magna preterea multitudo calonum: magna uis iumentorum: que sub castris subsederant. facta potestate sequitur. hoc ipso tempore: & casu germani equites iterueniunt: protinusque eodem illo quo uenerant cursu: ab decumana porta in castra irrumperere conantur. nec prius sunt uisi obiectis ab ea parte siluis: quam castris propinquarent. usque eo: ut quod sub ualle tenderent mercatores: recipiendi sui non haberent facultatem. Inopinantes nostri re noua perturbantur. ac uix primum impetum cohortis in statione sustinet. circumfunduntur ex reliquis hostes partibus: siquidem aditum reperire possent. egre nostri portas tuentur. reliquos aditus locus ipse per se: munitionumque defendit. totis trepidat castris. atque alius ex alio causam tumultus querit. neque quo signa ferantur: neque quam in partem quisque conueniat: prouident. Alius iam capta castra pronuntiat. alius delecto exercitu: atque Imperatore uictores barbaros uenisse contendit. Plerique nouas sibi ex loco religiones fingunt. Ceterumque & Tituru calamitatem: qui in eodem occiderint castello ante oculos ponunt. tali timore omnibus perterritis confirmatur opinio barbaris: ut ex captiuo audierant: nullum esse in eis presidium: prouidere conantur: seque ipsi adhortantur: ne tantam fortunam ex manibus dimittant. Erat eger cum presidio relictus. P. Sestius Baculus. qui primum pilum apud Cesarem duxerat. cuius mentionem superioribus preliis fecimus. ad diem quintum cibo caruerat. hic diffusus sue: ac omnium saluti inermis ex tabernaculo prodit. uidet imminere hostes: atque in summo esse rem discrimine. capit arma a proximis atque in porta consistit. Consequitur hunc Centurio eius cohortis: que in statione erat. paulisper prelium una sustinent. relinquit animus Sestium: grauibuscum acceptis uulneribus: egre per manus tractus seruatur. Hoc spatium interposito reliqui sese confirmant. tantum ut in munitionibus consistere audeant. speciemque defensorum prebeant. Interim confecta frumentatione milites nostri clamorem exaudiunt: precurrunt equites: quanto res sit in periculo

frumentatum

ab decumana porta

Castra romanorum a germanis inuaduntur.

p. Sestius Baculus





cognoscunt. Hic uero nulla munitio ē que perterritos recipiat. modo conscripti: atq; usus militaris imperiti: ad tribunū militū centurionesq; ora conuertunt. quid ab his precipiat expectāt. Nemo est tam fortis: qui rei nouitate perturbet. barbari signa pcul conspicati oppugnatione desistunt. redisse primo legiones credunt: quas lōgius discessisse ex captiuis cognouerant. post ea despecta paucitate ex omnibus partibus impetum faciunt. calones in proximum tumulū procurunt. hinc celeriter deiecti: se in signa manipulosq; coniciunt. Eo magis timidos perterrent milites. alii cuneo facto ut celeriter percurrerent: cēserunt: quoniam tam propiua sint castra: etsi pars aliqua circumuenta ceciderit: at reliquos seruari posse confidunt. Alii ut iugo cōsistāt: atq; eundem omnes ferant casum. hoc ueteres nō pbant milites: quos sub uexillo una profectos docuimus: itaq; inter se cohortati duce. C. Trebonio equite romano. qui eis erat prepositus: p medios hostes percurrunt. incolumesq; ad unum ī castra perueniunt omnes. hos subsecuti calones: equitesq; eodem impetu militum uirtute seruantur. At u qui in iugo cōsisterant: nullo etiam nunc usu reimilitaris percepto: neq; in eo quod pbauerāt consilio permanere: ut se loco superiore defenderent: neq; eam quam prodesse aliis uim celeritatēq; uiderant: imitari poterant. sed se in castra recipere conati ī iniquū locum dimiserunt. Centuriones: quorum nonnulli ex inferioribus ordinibus reliquarū legionū: causa uirtutis in superiores erant ordines huius legionis traducti: ne ante partam reimilitaris laudem amitterent: fortissime pugnantēs conciderunt. Militum pars horum uirtute summotis hostibus preter spem incolumis in castra peruenit. pars a barbaris circumuenta perit. Germani desperata expugnatione castrorum: q; nostros iam constitisse in munitionibus uidebant. cum ea preda: quam in siluis deposuerant: trans rhenū se receperunt. ac tātū fuit etiā post discessum hostium: terror: ut ea nocte: cum. C. Volusenus missus cum equitatu ad castra uenisset: fidem nō faceret: adesse cum incolumi Cesarē exercitu. Sic omnino timor animos preoccupauerat: ut pene alienata mente: delectis omnibus copiis: equitatum se ex fuga recepisse dicerent. neq; incolumi exercitu germanos castra oppugnatos fuisse contenderent. quem timorem Cesaris aduentus subtulit. Reuersus ille euentus belli non ignarus unum: q; cohortes ex

Calones

Milites romanos usq;  
ad castra sua peruenit

statione: & presidio esset emisse questus: ne minimo quidē casu locum relinqui debuisset: multum fortunam in repentino hostiū aduentu potuisse iudicauit. multo etiam amplius: q; pene ab ipso uallo portisq; castrorum barbaros auertisset. Quarum rerum omnium maxime admirandum uidebatur: qd germani qui eo consilio rhenum transissent: ut Ambiorigis fines depopularent: ad castra romanorum delati: optatissimum Ambiorigi beneficium obtulerint. Cesar ad uexandos rursus hostes profectus: magno coactō numero: ex finitimis: in omnes partes dimittit. omnes uici: atq; omnia edificia: que quisq; conspexerat incendebantur. preda ex omnibus locis agebatur. frumenta nō solum tanta multitudine iumentorum: atq; hominū consumebantur: sed etiam anni tempore: atq; hymbribus procubuerant: ut si qui etiam in presentia se occultassent: tamen ut deducto exercitu: rerum omnium inopia preeundum uideretur: ac sepe in eum locum uentum est. tanto in omnes partes diuiso equitatu: ut nō modo uisum ab se Ambiorigem in fuga circūspicerent captiui: sed nec plane etiam abuisse ex conspectu contenderent: ut spe consequendi illata: atq; ī finito labore suscepto: qui se summam a Cesare gratiam incuros putarent: pene naturam studio uincerēt. semperq; paulum ad summam felicitē defuisse uiderēt. atq; ille latebris: aut saltibus se eripet. & noctu occultare: alias partes: regionesq; petere: non maiore equitum presidio q; quatuor: quibus solis uitam suam committere audebat. tali modo uastatis regionibus: exercitum Cesar duarum cohortiū danno durocoterum remorum reducit. Concilioq; ī eum locum gallicie inducto: de coniuratione senonum & cornutū questionem habere instituit. Et de Accone qui princeps eius consili fuerat: grauiore sententia pronuntiat. ac more maiorum supplicium sumpsit. Nonnulli iudicium uerti profugerunt: quibus cū aque & igni interdixisset: duas legiones ad fines treuitorum: duas in lingonibus & reliquis in senonū finibus adduxit. & ī hibernis collocauit. frumētoq; exercitus prouiso: ut instituerat in italia ad conuentus peragendos profectus est.

Inuocoterū remorum





C. Iulii Caesaris. belli gallici  
commentarius septimus.

Eiusta gallia Cesar: ut instituerat in italiam  
ad conuentus peragendos proficiscitur. ibi  
cognoscit de Clodii cede. Senatusq; consulto  
certior factus: ut omnes italie iuniores con-  
iurarent: delectum tota prouincia habere i-  
stituunt. Ee res in Galliam transalpinam ce-  
leriter perferuntur. addunt ipsi & affligunt  
rumoribus galli: qd res poscere uidebant: retineri urbano motu  
Cesarem. neq; i tantis dissensionibus ad exercitum uenire posse. hac  
impulsi occasione: q iam ante se populi romani imperio: subditos  
doleret: liberius atq; audacius de bello iure consilia incipiunt. idcirco  
inter se principes gallie consilium siluestribus: ac remotis locis que-  
runt: de Acconii morte. posse hunc casum recedere ad ipsos demon-  
strant. miserant communem gallie fortunam omnibus pollicitationibus  
ac promissis deposcunt: q belli initia faciant. & sui capitis piculo galliam  
in libertatem uindicent. Impius rationem habendam dicunt: plus q eorum  
clademina consilia efferant: ut Cesar ab exercitu intercludat. Id  
e facile: q neq legiones absente impatore: audeant ex hybernis  
egredi: neq ipator sine presidio ad legiones puenire possit. postremo  
i acie prestare interfici: q non ueterem belli gloriam libertatemq; qm a  
maioribus acceperant recuperant. Is rebus agitat: profert carnutes  
se nullum piculum communis salutis causa reculare: principesq; se ex  
omnibus bellum facturos pollicentur. & quoniam i presentia de obsidibus  
cauere inter se non possent: ne res efferat: ut iureiurando ac fide  
santia. petunt collatis militaribus signis: qd more eorum grauissima  
cerimonia continent: ne facto initio belli a reliquis deserant. Tunc  
collaudatis carnutibus: dato iureiurando ab omnibus q aderant:  
tempore eius rei constituto a consilio disceditur. Vbi ea dies uenit:  
Carnutes Cocuato & Conetodumo duabus: despatibus hominibus  
genabin dato signo concurrunt. ciuesq; romanos: q negotiandi causa  
ibi constitierat: iul. C. Fusium Cottam honestum equitem romanum: q rei  
frumentarie iussu Caesaris perat: interficiunt. bonaq; eorum diripiunt.  
celeriter ad omnes gallie ciuitates fama perferunt. Nam ubi maior:  
atq; illustrior incidit res: clauore per agros regionesq; significat. hac  
alii deinceps excipiunt: & proximis tradunt: ut tunc accidit. nam que

Carnutes bellum adueniunt  
mors. C. Fusii Cotte

rumor gal

Carnutes

Iuramentum  
gallorum

genabi oriente sole gesta essent: ante primam confecta uigilia  
in finibus aruernorum audita sunt. quod spatium est milium pas-  
suum circiter. clx. Simili ratione ibi Vercingetorix Celtici  
filius aruernus: summe potentie adolescens: cuius pater princi-  
patum gallie totius obtinuerat: & ob eam causam: q regnum  
appetebat: ab ciuitate erat interfectus: conuocatis suis clientibus:  
facile eos incendit. cognito eius consilio ad arma concurrunt:  
prohibetur ab Gobanitione patruo suo: reliquisq; principibus:  
qui hanc temptandam fortunam non existimabant. expellitur  
ex oppido gergouie. non tamen desistit: atq; in agris habet de-  
lectum egentium: ac perditorum. hac coacta manu: quoscunq;  
adit ex ciuitate: in suam sententiam perducit. hortatur ut com-  
munis libertatis causa: arma capiant. magnisq; coactis copiis  
aduersarios suos a quibus paulo ante erat eiectus: expellit ex  
ciuitate. rex ab suis appellatur. dimittit quoquo uersus legati-  
ones: obrestatur ut in fide maneant. celeriter sibi senones: pisios:  
pictones: cadurcos: turones: aulercos: lemonices: andos: reliquosq;  
omnes: qui oceanum attingunt: adiungit: omnium consensu ad  
eum defertur imperium. qua oblata potestate omnibus his ci-  
uitatibus obsides imperat. certum numerum militum celeriter  
ad se adduci iussit. Armorum quantum queq; ciuitas domi qd  
ante tempus efficit: constituit. Imprimis equitatu studet.  
summe diligentie summam imperii seueritatem addit. magnitudine sup-  
plicii dubitantes cogit. nam maiore commisso delicto igne atq;  
omnibus tormentis necat. Leuiori de causa: auribus defectis: aut  
singulis effossis oculis: domum remittit. ut sint reliquis documento &  
magnitudinis poene pterreat alios. Is supplicium celeriter coacto  
exercitu. Lucsterium Cadurcum summe hominem audacie cum pre copi-  
arum i rutios mittit. ipse i bituriges proficiscitur. eius aduentu bituriges  
ad heduos: quorum erant i fide legatos mittunt: subsidium rogatum.  
quo facilius hostium copias sustinere possit. hedui de consilio lega-  
torum: quos Cesar ad exercitum reliquerat copias equitatus. pedita-  
tusq; subsidio: biturigibus mittunt q cum ad flumen ligerim uenisset:  
qd bituriges ab heduis diuidit: paucos dies ibi morari: neq; flu-  
men transire ausi: domum reuertunt. Legatisq; nostris renuntiant: se  
biturigum perfidiam ueros reuertisse quibus id consilium fuisse cognoue-  
runt: ut si flumen transisset: una ex pre ipsi: altera aruerni circumsi-  
terent. Id ea decem qm legatis pronuntiarunt: an perfidia adducti fecerint

Aruerni  
Vercingetorix

Senones  
Pisios  
Pictones  
Cadurcos  
Turones  
Aulercos  
Lemonices  
Andos

bituriges

ligon

Circumfretor





quod nihil nobis constat: non uidetur pro certo esse proponendum. Bituriges earum decessu: statim cum aruernis iunguntur. his rebus in Italiam Cesari nuntiatis: cum iam ille uirtute. Cn. Pompeii urbanae res commodiorem in statum peruenisse scelleret: in transalpinam Galliam profectus est. eo cum uenisset: magna difficultate afficiebat: qua ratione ad exercitum peruenire posset. Nam si legiones in prouinciam accerseret: se absente: in itinere prelio dimicaturus intelligebat. si ipse ad exercitum contenderet: ne uis quidem: qui eo tempore quieti uiderentur: suam salutem recte committere uidebat. Interim Luciterius Cadurcus in rutenos missus: eam ciuitatem aruernis conciliat. progressus in nitiobriges & gabales: ab utrisque obsides accipit: & magna coacta manu: in prouinciam narbonem uersus eruptionem facere contendit. Qua re nuntiata Cesar omnibus consiliis ante uertendum existimauit: ut narbonem proficisceretur. eo cum uenisset: timentes confirmat: presidia in rutenis prouincialibus uolcis: artomicis tolosatis: circumque narbonem: que loca erant hostibus finitima constituit. partem copiarum ex prouincia supplementumque quod ex Italia adduxerat: in heluetios: qui fines aruernorum contingunt. conuenire iubet. His rebus comparatis: represso iam Luciterio: & remoto: quod intrare intra presidia periculosum putabat: in heluios proficiscitur. & si mons cebenna qui aruernos ab heluiis discludit: durissimo tempore anni altissima niue iter impediabat: tamen discussa niue sex in altitudinem pedum: atque ita uis patefactis: militum sudore: ad fines aruernorum peruenit. quibus oppressis inopinantibus: quod se cebenna ut muro munitos existimabant: ac ne singulari quidem homini: unquam eo tempore anni semite patuerant: militibus imperat: ut quam latissime possunt uagrentur. & quam maximum hostibus terrorem inferant. Celeriter hec fama ac nuntii ad Vercingentorigem perferunt: quem perterriti omnes aruerni circumsistunt: atque obsecrant: ut suis fortunis consulat. neue ab hostibus diripiantur: presertim cum uideat omne ad se bellum translatum. quorum ille precibus permotus: castra ex biturigibus mouet: in aruernos uersus. At Cesar biduum in his locis moratus: quod hec de Vercingentorige: usus uentura opinione perceperat: pro causa supplementi: equitatusque cogendi ab exercitu discedit. Brutum adolescentem his copiis prefecit. Hunc monet: ut in omnes partes equites quam latissime peruagrent: daturum se operam ne longius eriduo a castris absit. his constitutis rebus: suis inopinantibus: quod

Luciterius Cadurcus

Harbona  
ruteni  
Volci  
Artonia  
Tolosates

Cebenna mons

discedit

maximus potest itineribus ueniam peruenit. ibi nactus recte equitatum: quem multis ante diebus eo premiserat: neque diurno: neque nocturno itinere intermisso: per fines beduorum in Lingones contendit. ubi due legiones hyemabant ut siquid etiam de sua salute ab beduis iniret consiliu: celeritate precurreret. eo cum peruenisset: ad reliquas legiones mittit: prius quam in unum locum omnes cogit: quod de eius aduentu aruernis nuntiari posset. Hac re cognita Vercingentorix rursus in bituriges exercitum reducit. atque inde profectus gergobinanorum oppidum: quod ibi heluetico prelio uictor Cesar collocauerat: beduisque attribuerat: oppugnare instituit. magnam hec res Cesari difficultatem ad consilium capiendum afferebat. si reliquam partem hyemis uno in loco legiones contineret: ne sit: pedarii beduorum expugnatis: cum cetera Gallia deficeret: quod nullum in eo amicis presidium uideretur positum esse. si maturius ex hybernis educeret: ne ab re frumentaria duris subuectionibus laboraret. prestare uisum est tamen: omnes difficultates petere: quam tanta contumelia accepta: omnium suorum uoluntates alienare. Itaque cohortatus beduos de supportando comatu: premitit ad boios: qui de suo aduentu doceant: hortenturque ut in fide maneat: atque hostium impetum magno animo sustineant. duabus agedini legionibus atque impedimentis totius exercitus relictis: ad boios proficiscitur. Altero die cum ad oppidum senonum: Vellaunodunum uenisset: neque post se hostem reliqueret: quo expeditione refrumentaria uteretur: oppugnare instituit. Idque biduo circumuallauit. tertio die missis ex oppido legatis: de ditione: arma conferri: iumenta produci: sexcentos obsides dari iubet. ea qui conficeret. C. Trebonium legatum reliquit: ipse ut quam primum iter faceret genabum carnutum proficiscitur. qui tunc primum allato nuntio de oppugnatione Vellaunoduni: cum longius eam rem ductum rei existimaret: presidium genabi tuendi causa: quod in eo mitterent: comparabat. Huc biduo peruenit: castris ante oppidum positus: diei tempore exclusus: in posterum oppugnationem differt: queque ad eam rem usui sint: militibus imperat. & quod oppidum genabum pontis fluminis ligeris continebat: ueritus ne noctu ex oppido profugerent: duas legiones in armis excubare iubet. Genabenses paulo ante mediam noctem: silentio ex oppido egressi: flumen transire ceperunt: quare per exploratores nuntiata Cesari: legiones: quas expeditionis esse iusserat portis incensis incommittit: atque oppido potitur: pro paucis

Vienno

gergobina boiorum

narbonem

Agedina

Vellaunodunum oppidum

Carnuualant

genabenses excubare.





ex hostium numero desideratis: quin cuncti caperent: q̄ pot̄is  
atq; itinerū angustie multitudinis fugam intercluserāt. oppidū  
diruit. atq; scēdit. predā militibus donat. exercitū ligeri traducit.  
atq; in biturigum fines peruenit. Vercingetorix ubi de Cesaris  
aduentu cognouit: oppugnatione destitit: atq; obuiā Cesari p̄/  
ficiscitur. Ille oppidū oppugnare istituerat. Quo ex oppido cū  
legati uenissent oratū ut sibi ignosceret: suęq; uite cōsuleret: ut  
celeritate reliq̄ res cōficeret: q̄z pleraq; erat consecutus: arma  
cōferri: equos p̄duci: obsides dari iubet. p̄te iā obsidū tradita: cū  
reliq̄ administrarēt: cēturionibus: & paucis militibus itromissis  
qui arma iumenta q; cōquererēt: equitatus hostiū p̄cul uisus ē.  
qui agmen Vercingetorix ātecesserat quē simul atq; oppidani  
cōspexerūt: atq; in spem auxilii uenerūt: clāore sublato arma  
capere: portas claudere: murū cōplere ceperunt. Centuriones  
oppido: cū ex significatione gallorum. noui aliquid ab eis iniri  
cōsiliū itellexissent: gladius districtis portas occupauerūt: suos q;  
omnes scolumes receperūt. Cesar ex castris eq̄tatu educi iubet:  
prelium equestre cōmittit. laborantibus iā suis: germanos eq̄tes  
circa. cccc. submitit: quos ab initio secū habere istituerat. eoz;  
impetū galli sustinere nō potuerūt. atq; i fugam cōiecti multis  
amissis: sese ad agmē receperūt. quibus p̄ligatis: rursus oppidani  
perterriti: cōphensos eos: quoz; opera plebem cōcitaram existi/  
mabant: ad Cesarem perduxerunt. seseq; ei dederunt. Quibus  
confectis Cesar ad oppidū auaricum: quod erat maximū: mū/  
tissimūq; i finibus biturigū: atq; agri fertilissima regione p̄fectus  
est. q̄ eo oppido recepto ciuitatem biturigum se in potestatem  
redactaturū cōfidebat. Vercingetorix tot cōtinuis incōmodis  
Vellaunoduni. genabi. nouioduni acceptis: suos ad concilium  
cōuocat. docet lōge alia ratiōe esse bellum gerēdum: atq; antea  
gestum sit. omnibus modis huic rei studendū: ut pabulatiōe aut  
commeatu romani prohibeantur. Id eē facile: atq; equitatu ipsi  
abundent. & q̄ anni tempore subleuēt. pabulū secari nō posse  
necessario dispersos hostes ex edificis petere. hos om̄es quotidie  
ab equibus diripi posse. p̄terea salutis causa cōmoda negligēda  
uicos atq; edificia incendi oportere. Hoc spatio a boia quoquo  
uersus: quo pabulandi causa adire posse uideātur. Harum ipsi  
rerum copiam suppetere: q̄ quorum in finibus bellum geratur.  
eorum opibus subleuentur. romanos aut inopiam non laturos:

Administrarent

Auaricū oppidū

Biturigiū ciuitates  
oppidoz; nom̄ ab Cesare  
capta

aut magno periculo longius a castris processuros: neq; teresse:  
ipsos ne interficiant: i pedimentis ne exuant: quibus amissis bellū  
geri non possit. p̄terea oppida incendi oportere. que nō mū/  
tionie: & loci natura ab omni sine periculo cura. neu suis sic ad  
detractandū militiā receptacula: neu romanis p̄posita ad copiā  
cōmeatus: predamq; tollēdā. Hec si grauius aut acerba uideāc̄  
multo illa grauius estimare: liberos cōiuges i seruiturē abstrahi  
ipsos interfici. que sint. necesse accidere uictis pati. omniū cōsiliū  
hac sententia probata: uno de amplius. xx. urbes biturigū icē/  
dunt. hoc idem sic in reliquis ciuitatibus: in omnibus partibus  
incendia conspiciuntur. que etsi magno cum dolore ferebāt: ta/  
men hoc sibi solati p̄ponebant: q̄ explorata uictoria: celeriter  
amissa recuperaturos confidebant. deliberaē de auarico i cōmuni  
concilio incendi placeret: an defendi. procumbit gallis omnibus  
ad pedes p̄turigel: ne pulcherrimam prope totius gallicę urbem:  
que presidio & ornamento sic ciuitati suis manibus incēdere co/  
gerentur: facile se loci natura defensuros dicūt: q̄ p̄pe ex oibus  
p̄ribus flumine: & palude circumdata unū habeat & p̄ angustū  
aditū. dat̄ perentibus uentia. dissuadente primo Vercingetorige  
post: cōcedere: & precibus ipsoz; & misericordia uulgi. defēsores  
idonei oppido deliguntur. Vercingetorix minoribus Cesarem  
itineribus subsequitur. & locum castris deligit: paludibus siluisq;  
municum ab auarico lōge milia passuū. xvi. ibi p̄ certos ex/  
ploratores: in singula diei tēpora: que ad auaricum agerentur:  
cognoscebat: & quid fieri uellet: i perabat. omnes nostras pabu/  
lationes obseruabat. dispersosq; cū longius necessario p̄cederēt:  
adoriebatur. magnoq; incōmodo afficiebat. etsi quantū ratione  
provideri poterat: ab nostris occurrebat: ut incertis tēporibus:  
diuersisq; itineribus iret. Castris ad eā p̄te oppidi positis: Cesar:  
que intermissa a flumine & a paludibus aditū: ut supra diximus:  
angustum habebat: aggerē apparare: uineas agere: turrel duas  
constituere cepit. nam circūuallare: loci natura prohibebat. de  
refrumentaria boios: atq; heduos adhortari: nō destitit: quorū  
alteri qd̄ nullo studio agebāt: nō multū adiuuabant. alteri nō  
magnis faculcatibus: q̄ ciuitas erat exigua & infirma: celeriter  
qd̄ habuerūt: cōsūperūt. sūma cū difficultate refrumentarie  
affecto exercitu: tenuitate boiorū indulgētia heduoꝝ: incēdit  
edificiorū: usq; eo: ut cōplures dies multos frumēto caruerit: &

Auaricus Urbs

adoriebatur

nō magno Audio





Abigo. abactu

In opere

memisse

parentare

edens locus

Collis descriptio

Verba Vercingetorigis ad suos  
Verba galloꝝ contra Vercingetorigem

pecore e longinquis uicis abacto: extremā famē sustētarēt. nulla tamē uox ē ab his audita po. ro. maiestate: & superioribus uictoris indigna. Quinetiā Cesar cū in opere singulari legiōes appellaret: et si acerbius inopiā ferrēt: se dimissurū oppugnationē diceret: uerū ab eo: ne id faceret: petebāt. sic se cōplures ānos illo spante meruisse: ut nullā ignominia acciperēt. nusquā infecta re discederent: hoc se ignominie laturōs loco: si inceptā oppugnationē reliquissent: p̄stare omnes perferre acerbitates: q̄ nō ciuibus ro. q̄ genabi p̄fidia galloꝝ interissent: parētārēt. Hec eadē centurionibus: tribunisq; militum mandabāt: ut per eos ad Cesarē deferrent. Cū iam muro appropinquassēt tres: ex captiuis Cesar cognouit: Vercingētorigē cōsumpto pabulo castra mouisse. p̄p̄ius auaricū: atq; ipsū cū equitatu expeditisq; qui inter equites preliari consuessēt: insidiarū causa profectū: quo nostro postero die pabulatum uētuos arbitrabat. Quibus rebus cognitis medianocite silētio p̄fectus: ad hostiū castra mae peruenit. Illi celeriter p̄ exploratores aduētū Cesaris cognito: caros sp̄dimenta q; sua in arctiores siluas abdiderunt. Copias omnes in loco edico: atq; aperto instruxerunt. qua renuntiata Cesar celeriter sarcinas conferri: arma expediti iussit. Collis erat breuiter ab infimo accliuus. hūc ex om̄ibus fere partibus palus difficilis: atq; sp̄dita cingebat: non latior pedibus quiuagica hoc se colle sc̄ruptis pontibus: galli fiducia loci continebant. Generatimq; distributi in ciuitates: omnia uada: ac saltus eius paludis obtinebant. sic animo parati: ut si eam paludem romani perumpere conarētur: hesitantes premerent ex loco superiore: ut q̄ iniquitatē conditionis perspicerent: inani simulatione sese ostentare cognoscerent. Indignātes milites Cesar: q̄ cōspectum suum hostes perferre possent: cātulo spatio interiecto: & signū plū exposcentes edocet q̄nto detrimēto: & quot uirorū fortium morte: necesse sit cōstare uictoriam: quos cū sic animo paratos uideret: ut nullum pro sua laude periculum recusarent: summe se iniquitatis condemnari debere: nisi eorum uitam: sua salute habeat cariorē. Sic milites cōsolatus: eodem die reducit ī castra. reliqua que ad oppugnationē oppidi pertinebāt: administrare instituit. Vercingētorigē cū ad suos redisset: p̄ditōis ilimulatus: q̄ castra p̄p̄ius romanos mouisset: q̄ cū om̄i eq̄tatu discessisset: q̄ eius discessu romani tāta opportunitate & celeritate uenissēt:

non hec om̄ia fortuito: aut sine cōsilio accidere potuisse: regnū illū gallie malle cesaris cōcessu: q̄ ipsorum habere beneficio: tali modo accusatus ad hec respondit. Quod castra mouisset: factū topia pabuli: etiam ipsis hortatibus: q̄ p̄p̄ius rōanos accessisset: persuasū loci opportunitate: qui se ipsū mūtione defenderet: equitū uero operam: neq; ī loco palustri desiderari debuisse: & illis fuisse utile: quo sint p̄fecti: summam imperii se cōsulco nulli discedentem tradidisse. ne si multitudinis studio ad dimicandum impelleret. cui rei propter animi mollicie studere om̄es uideret. q̄ diutius laborem ferre nō possēt. Romani si casu iteruenirēt fortune: si alicuius indicio uocati. huc habendā gratiam: q̄ & paucitatē eoz; ex loco superiore cognoscere: & uirtutē despiciere potuerint: qui dimicare non ausi: turpiter se ī castra receperit. Imperium se a cesare p̄ prodicionem nullū desiderare: qd̄ habere uictoria posset. que iā esset sibi: ac oībus gallis explorata. quin etiam ipsis remitteret: si sibi magis honores tribuere: q̄ a se salutē accipere uideant. Hec ut intelligatis inquit: sincere a me p̄nuntari: audire rōanos milites. producitq; seruos: quos ī pabulatione paucis ante diebus exceperat: & fame uisculisq; excruciatuerat. iā ante edocti: que interrogati pronūtiarent: milites se eē legionarios dicūt: fame & inopia adductos clam ex castris exisse: siqd̄ frumētū: aut pecoris in agros reperire possent: simili omnem exercitū topia premi: nec iā uires sufficere cuius q̄: nec ferre operis laborem posse. Itaq; statuisse impatorem: si nihil in oppugnatione oppidi p̄fecissent: triduo exercitū deducere. Hec inquit a me Vercingētorigē beneficia habetis: que p̄ditionis in simulatione. cuius opera sine uestro sāguie: tācū exercitū uictorē fame cōsuptum uideris: quem turpiter se ex fuga recipientem: ne qua ciuitas suis finibus recipiat: a me p̄sum est. Conclamat omnis multitudo: & suo more armis concrepat: quod facere ī eo consuerūt cuius ratiōem approbat: sūmum eē Vercingētorigē ducē: nec de eius fide dubitandū ne maiori bellū administraret. Statuunt ut decem milia hominum delecta ex omnibus locis in oppidū mittant: nec solis biturigibus cōmunē salutē cōmittendā censent: q̄ penes eos: si id oppidū retinissent: summam uictorie constare sc̄lligebant. Singulari militū nostroz; uirtuti cōsilia cuiusq; mōi galloꝝ occurrerāt ut ē sūme genus sollertie: atq; ad om̄ia imitāda & efficienda: que ab quoquo tradūt: aptissimum

Responso Vercingetorigis ad gallos

Captiui romani interrogant

Verba Vercingetorigis

Clamor Galloꝝ de eoz; mo





nam & laqueis falces auertebant: quos cum destinauerant tormētis  
introrsus reducebant. Et aggerē cuniculis subtrahēbāt: eo sciē-  
tius: quod apud eos magne sunt ferrarie: atque omne genus cuniculorum  
notum: atque usitatum est. totum autem murus ex omni parte tribus contabu-  
lauerat. Atque has coriis itexerat. tunc crebris diurnis nocturnisque  
eruptioibus aut aggeri ignem inferebāt: aut milites occupatos  
in ope adoriebantur: & nostrarum turrium altitudinem: quantum  
has quotidianus agger expresserat: commissis suarum turrium malis  
adequabant. Muri autem omnes gallici hac fere forma sunt. trabes  
directe perpetue in longitudinem paribus interuallis distantes:  
inter se binos pedes in solo collocantur. eae reuertiuntur extrorsus  
& multo aggere uestiunt. ea autem: que diximus interualla: gradibus  
in fronte saxis effarciuntur his collatis & coagminatis: &  
coagminatis: alius super ordo adiicitur: ut illud interuallum seruet.  
neque inter se contingant trabes. sed paribus intermissis spatiis: singule  
singulis saxis interiectis apte contineantur. sic deinceps omne opus  
contexitur: dum iuxta muri altitudo expleat. hoc cum in speciem  
uarietateque opus deforme non est: alternis trabibus: ac saxis: que  
rectis lineis suos ordines seruat: tunc ad utilitatem: & defensionem  
urbium summam habet opportunitatem. quod & ab incendio lapis:  
& ab ariete materia defendit. que perpetuis trabibus pedes quadra-  
genos: plerumque introrsus reuincta neque perumpi: neque distrahi  
potest. His tot rebus impedita oppugnatione. milites cum toto tempore  
frigore: & assiduis hymbribus tardarent: tamen continenti labore  
omnia hec superauerunt. diebus. xxv. aggerem latum pedes. ccc.  
xxx. altum pedes. lxxx. extruxerunt. cum ille murum hostium  
pene contingeret: cesar cum ad opus consuetudine excubaret: mi-  
litesque hortaretur: neque omnino tempus ab opere intermitteret:  
pauloante tertia uigiliam est animaduersum fumare aggerem:  
quem cuniculo hostes succederant. Eodemque tempore toto muro  
clamore sublato: duabus portis ab utroque latere turrium eruptio  
fiebat. Alii faces: atque aridam materiam de muro in aggerem eminus  
iaciebant: picem reliquasque res quibus ignis excitari potest fude-  
bant: ut quo primum curreretur: aut cui rei ferretur auxiliium uix  
ratio iniri posset. tamen quod instituto cesaris: semper due legiones pro  
castris excubabant: pluresque partibus temporibus in opere erant:  
celeriter factum est: ut alii eruptionibus resisterent: alii turrem redu-  
cerent. aggeremque intersciderent. Omnis uero ex castris multitudo

Adorior. 17

Muroz gallic formz

Agger mte  
magnitudinis

oppugnatio oppidi

Cuniculo

ad restringendum concurreret: cum in omnibus locis consumpta  
iam reliqua parte noctis pugnaret: semperque hostibus spes uic-  
torie redintegraret: eo magis quod deustos pluteos turrium uidebant  
nec facile adire apertos: ad auxiliandum animaduertebant: semperque  
ipsi recetes defessis succederent: accidit inspectantibus nobis quod  
dignum memoria uisum: pretermittendum non existimauimus:  
quidam ante portam oppidi gallus per manus: seu ac picis tradi-  
tas glebas. in ignem proiebat. e regione turris scorpione ab latere  
dextro trahentis exanimatusque cecidit. hunc ex proximis unius  
iacentem transgressus eodem illo munere fungebat. eadem rati-  
one ictu scorpionis exanimato: alteri successit tertius. & tertio:  
quartus. Nec ille prius est a propugnatoribus uacuis relictus locus:  
quam restincto aggere: atque omni ea parte summotis hostibus finis  
est pugnae factus. omnia experti galli: quod res nulla successerat:  
postero die consilium ceperunt ex oppido profugere: hortante &  
iubente Vercingetorige. id silentio noctis conati: non magna  
iactura suorum sese effecturos sperabant. propterea quod neque longe ab  
oppido castra Vercingetorigis aberant: & palus que perpetua in-  
tercedebat: romanis ad insequendum tardabat. itaque hoc facere noctu  
apparabant: cum matrem familie repente in publicum procurrerunt  
flentesque proiecte ad pedes suorum omnibus precibus petierunt ne  
se & communes liberos hostibus ad supplicium dederent. quas ad  
captendam fugam natura & uirium infirmitas impediret. ubi eos  
perstare in sententiam uiderunt: quod plerumque in summo periculo  
timor misericordiam non recipit: coclamare & significare de fuga  
romanis ceperunt: quo timore perterriti galli: ne ab equitatu  
romanoz uie preoccuparentur: consilio destiterunt. Postero die  
cesar promota turri: perfectisque operibus: que facere instituerat: mag-  
no cohorto hymbre: non inutilem hanc ad capiendum consilium  
tempestatem arbitratus est. quod paulo incautius custodiam in muro  
dispositam uidebat. suosque languidius in ope uersari iussit. & quid  
fieri uellet: ostendit. legiones intra uineas in occulto expeditas co-  
hortatur: ut aliquando pro tantis laboribus fructum uictorie  
perciperent. ut qui primi murum ascendissent: premia proposuit:  
militibusque signum dedit. illi subito ex omnibus partibus euolauerunt  
murmque celeriter complerunt. Hostes re noua perterriti: muro  
turribusque deiecti: in foro ac locis patetioribus cuncti constiterunt.  
hoc animo: ut siquid ex parte obuiam contraueniret: acie instructa

plutei Turrim

Scorpione exanimati.

Mulier clamor de fuga

Vineas

Constitim





depugnarent. ubi neminem in equum locum sese dimittere: sed toto undique muro circumfundi uiderunt: ueriti ne omnino spes fuge tollerent abiectis armis: ultimas oppidi partes continentem impetu percuerrunt. parsque ibi cum angusto exitu portarum se ipsi premerent: a militibus pariter egressa portis: ab equibus est interfecta. nec fuit quisquam qui prede studeret. sic & genabi cede & labore operis incitatis: non eate confectis: non mulieribus non infantibus pepercerunt. denique ex omni numero qui fuit circiter milium. XL. ut dicitur. quod primo clamore audito: se ex oppido eiecerunt: incolumes ad Vercingetorigem peruenerunt. quos ille multa iam nocte silentio: ex fuga excepit. ueriti ne qui in castris ex eorum concursu: & misericordia unguis seditio oriret. ut procul in uia dispositis familiaribus suis: principibusque ciuitatum disparandos deducendosque ad suos curaret: que cuique ciuitati pars castrorum ab initio obuenerat. Postero die concilio conuocato: consulatus hortatusque est: ne se admodum animo dimitterent: ne perturbarentur incommodo: non uirtute neque acie uicisse Romanos: sed artificio quodam: & scientia oppugnationis. cuius rei fuerint ipsi imperiti. errare si qui in bello omnes secundos rerum prouentus expectent. sibi nunquam placuisse Auaricum defendi. cuius rei testes ipsos haberet: sed factum imprudentia bicurigum: & nimia obsequentia reliquorum uti hoc incommodum reciperetur. id tamen se celeriter maioribus commodis sanaturum. Nam que ab ceteris Gallie ciuitates discederent: has sua diligentia adiuncturum: atque unum consilium totius Gallie effecturum. cuius consensu ne orbis quidem terrarum possit oblitere. Idque se prope iam effectum habere. interea equum esse ab illis communis salutis causa impetrari: ut castra munire instituerent: quo facilius hostium repentinos impetus sustinerent. fuit hec oratio non ingrata Gallis: & maxime quod ipse animo non defecerat: tanto accepto incommodo neque se in occultum abdiderat: & conspectum multitudinis fugerat: plusque animo preuidere & presertire uidebat: quod re integra. Primo incedendum Auaricum: post deserendum consulerat. itaque ut reliquorum imperatorum res aduersae auctoritatem minuunt: sic huius ex contrario dignitas incommodo accepto in dies augebatur. simul in spem ueniebant eius affirmatione: de reliquis adiungendis ciuitatibus. primumque eo tempore Galli castra munire instituerunt: & sic sunt animo consternati homines insueti laboris: ut omnia que imperarentur: sibi patienda existimarent: nec minus quam est pollicitus

urbis clades. ut oppidi ab romanis caperentur

Infirmos

Oratio Vercingetorigis

obsequia

res aduersae minuit auctoritatem imperatorum

Vercingetorigis animo laborabat: ut reliquis ciuitates adiungeret: atque eas bonis pollicitationibus alliciebat. huic rei idoneos homines deligebat: quorum quisque aut oratione subdola: aut amicitia facillime posset quod Auarico expugnato refugerant: armados: uestiendosque curat. simul ut diminute copie redintegrarentur: imperat. certum numerum militum ciuitatibus: quem & quam ante diem in castra adduci uelit. sagitariosque omnes: quorum erat permagnus numerus in Gallia congreget & ad se mitti iubet. His rebus celeriter quod Auarico depugnatus erat: expleat. iterum Teutoatus Ollouconis filius rex nicobrigum: cuius pater ab senatu nostro amicus erat appellatus: cum magno equum suorum numero: & quos ex agraria conduxerat: ad eum peruenit. cesar Auarico complures dies commoratus: summamque ibi copiam frumenti: & reliqua comestus nactus: exercitum ex labore: atque inopia refecit. iam prope hyeme confecta: cum anni tempore ad gerendum bellum uocaretur: & ad hostem proficisci constitisset: siue eum ex paludibus siluisque elicere: siue obsequio premeri posset: legati ad eum principes beduorum ueniunt oratum: ut maxime necessario tempore ciuitati subueniat: summo esse in periculo rem: quod cum singuli magistratus antiqui creati atque regiam potestatem annum obtinere consueverunt: duo magistratum gerant: & se uterque eorum legibus creatum esse dicat. horum esse alterum Couictolitanum florentem & illustrem adolescentem: alterum Cotum antiquissima familia natum. atque ipsum hominem summe potentie & magne cognitionis: cuius frater Valetiacus proximo anno eundem magistratum gesserit: ciuitatem omnem esse in armis: diuisum senatum: diuisum populum: suas cuiusque eorum clientelas: quod si diutius alatur controversia: fore uti pars cum ciuitatis parte confligat. id ne accidat: positum in eius diligentia: atque auctoritate. Cesar etsi a bello atque hoste discedere detrimetolum esse existimabat: tamen non ignorans quanta ex dissensionibus incommoda oriri consueverunt: ne tanta & tam conuincta populo Romano ciuitas: quam ipse semper aluisset: omnibusque rebus ornasset: ad uisum: atque arma discederet: atque ea pars que minus confideret auxilia a Vercingetorige accerseret: huic rei preuertendum existimauit. & quod legibus beduorum utique summum magistratum obtinerent: finibus excedere non liceret: neque deire: aut legibus diminuisse uideret: ipse in beduos proficisci statuit: senatumque omnem & quos inter controversia esset: etiam ad se euocauit. Cum prope omnis ciuitas eo conuenisset: docereque: paucis clam uocatis: alio

Subdola oratio

Tentonatus Ollouconis filius cum magna manu ad Vercingetorigem uenit auxiliandi causa

Legati principes beduorum ad cesarem: ut eorum ciuitati subueniret seditione laboranti

Seruo beduorum

Detrimetolum





loco alio tēpore: atq; oportuerit: fratrem a fratre renunciatum:  
cū leges duos ex una familia: uiuo utroq;: nō solū magistratus:  
creari ueterēt: sed etiā i senatu esse phiberent: totū magistratū  
deponere cogit. Conuictolanē: q per sacerdotes more ciuitatis:  
intermissis magistratibus eēt creatus: potestatem obtinere iussit.  
Hoc decreto interposito: hortatē beduos: ut controuersiarū ac  
dissensiois obliuiscerēt. atq; omnibus omissis his rebus: hinc bello  
seruirent: eaq; que meruissent premia: ab se deuicta gallia ex/  
pectarēt: egratūq; omnem: & peditum milia decem sibi celeriter  
mitterent: que in p̄sidiis rei frumentarie cā disponerent: exercitū  
in duas ptes diuisit. iiii. legiōes: i senones parisiōsq; Labieno du/  
cendas dedit. vi. ipse i aruernos ad oppidū gergoniam secundū  
flumē elauer duxit. equitatus partē illi attribuit: partē sibi re/  
liquit. Qua re cognita Vercingētorix: omnibus interruptis eius  
fluminis p̄tib; ab altera flumīs pte iter facere cepit. cū uterq;  
uterq; exisset exercitus i cōspectu: fereq; e regione castris castra  
ponebāt. dispositis exploratoribus: necubi effecto p̄te romani  
copias traducerent. erat in magnis cesaris difficultatibus res: ne  
maiorē estatis prem flumine impediret: q nō fere ante autūnū  
elauer uado trāsiri soleat. itaq; ne id accideret: siluestri loco cas/  
tris positus e regione unius eorū pontium: quos Vercingentorix  
rescindēdos curauerat. postero die cū duabus legiōibus i occulto  
restitit. reliquas copias cū omnibus impedimētis: ut cōsueuerat:  
misit demptis qbusdam cohortibus uti numerus legionū cōstare  
uideret. usq; longissime possent progredi iussit: cum iam ex diei  
tempore cōiecturā caperet: in castra peruentum: iisdē sublias:  
quarum pars inferior integra remanebat: pontē reficere cepit.  
celeriter effecto ope legiōibusq; & loco castris idoneo delecto  
reliquas copias reuocauit. Vercingētorix re cognita: ne contra  
suam uolūtātē dimicare cogeret: magnis itineribus antecessit.  
Cesar ex eo loco quintis castris gergoniā peruenit. equestriq;  
prelio eo die leui facto: p̄specto urbis situ: que posita i altissimo  
monte: omnes aditus difficiles habebat: de expugnatiōe nō p̄ul  
agendū cōstituit: q̄ rem frumentariam expedisset. at Vercingē/  
torix castris p̄pe oppidū positus: mediocribus circū se iteruallis  
separatim singulaz; ciuitatum copias collocauerat. atq; omnibus  
eius iugi collibus occupatis: qua despici poterat: horribilē speciem  
prebebat: p̄ncipesq; eaz; ciuitatū: quos sibi ad consiliū capiēdū

p sacerdotes magistratus  
phiberent

Cesar legiones p̄tium  
Legatos suos  
Clauis. Au.

quos castris

delegerat: prima luce ad se quotidie conuenire iubebat: seu qd  
communicandū: seu qd administrandum: uideretur: neq; ullum  
fere diē intermittebat: qn equestri prelio: iteriectis sagittarū:  
quid in quoquo eēt animi: ac uirtutis suorū periclitaret. Erat e  
regiōe oppidi collis sub ipsis radicibus montis egregie munitus:  
atq; ex omni pte circūcisus: quē si tenerēt nostri: & aque magna  
parte: & pabulatiōe libera: phibituri hostes uidebantur. Sed is  
locus p̄sidio ab us: non nimis firmo: tenebatur. tñ silēcio noctis  
cesar ex castris egressus: p̄ul q̄ subsidio ex oppido: ueniri posset:  
deiecto p̄sidio: p̄tus loco duas ibi legiōes collocauit: fossaq;  
duplicem duodenū pedū a maioribus castris ad minora p̄duxit.  
ut tuto ad repentinū hostiū incursum: etiam singuli commearē  
possent. Dū hec ad gergoniam gerūt: Conuictolanus beduus  
cui magistratū adiudicatum a cesare demonstrauimus: sollicitatus  
ab aruernis pecunia: cū quibusdam adolescentibus colloquitur:  
quorū erat p̄nceps Litauicus: atq; eius fratres amplissima familia  
nati adolescentes. Cū us primum communicat. hortaturq;: ut se  
liberos natos meminerit. unā esse beduorum ciuitatem que cer/  
tissimam gallie uictoriā detineat: eius autoritate reliq; cōtēnt.  
qua traducta: locū cōsistendi rōanis in gallia nō fore. esse non  
nullo se cesaris beneficio affectū: sic tamen ut iustissimū apud  
eū causā obtinuerit: sed plus cōmuni libertati tribuere. cur enī  
potius bedui de suo iure: & de legibus ad cesarē disceptaturi: qm  
romani ad beduos ueniant? Celeriter adolescentibus: & oratiōe  
magistratus: & p̄mio deductis: cum se uel principes eius consiliū  
fore profiterēt. ratio perficiēdi querebatur: q̄ ciuitatē temere  
ad suscipiendum bellū: adduci posse nō confidebant. placuit: ut  
Litauicus decē illis milibus que cesari ad bellū mitterent: p̄feti/  
ceret. atq; ea ducenda curaret: fratresq; eius ad cesarem p̄cur/  
rerent. reliq; q̄ ratiōe agi placeat: cōstituunt. Litauicus accepto  
exercitu: cū milia passuum circiter. xxx. ab gergonia abesset:  
conuocatis subito militibus lachrymans: quo p̄ficiamur inquit  
militēs omīs noster egratus: nobilitas omnis iterū p̄ncipes ciui/  
tatis Eporedorix: & Viridomarus: simulati p̄ditiōis ab rōanis  
indicta re iterfecti sūt. Hec ab ipsis cognoscite: qui ex ipsa cede  
fugerūt. nā ego fratribus: atq; omnibus p̄pinquis meis iterfectis:  
dolore phibeor: que gesta sunt p̄nūtiare. producantē u: quos ille  
edocuerat: que dici uellet: atq; eadē que Litauicus p̄nūtiauerat:

phiberent

sublias





multitudini exponunt. multos equites heduorū interfectos: q̄ colloquuti cum aruernis dicerentur: ipsos se inter multitudinem militum occultasse. atq; ex media cede profugisse. Conclamant hedui & Litauicū obsecrant. ut sibi consulat. quasi uero s̄q̄ ille consiliū sit res: ac nō necesse sit nobis gergouā cōtendere: & cū aruernis nosmet cōiungere? an dubitamus quī nefario facinore admissio romani una ad nos iterficiēdos cōcurrant? p̄de siquid in nobis animi est: p̄sequamur eorum mortē: qui indignissime interierint: atq; hos latrones iterficiamus. ostendit ciuēs rōanos qui eius p̄sidii fiducia una erant. magnum numerum frumenti commeatusq; diripit. ipsos crudeliter excruciatos iterficiat. nūtiōs tota ciuitate heduorū dimittit. eodem mendacio de cede equitū & principū permonet. hortatur ut simili ratione: atq; ipse fecerit: suas iniurias persequant. Eporedorix hedui summo loco natus adolescēs: & summe domi potētie: & una Viridomarus pari etate & gratia: sed genere dispari: quē cesar ab diuitiaco traditū: ex humili loco ad summam dignitatem perduxerat: in equitū numero: conuenerant nominatim ab eo euocati: ut erat inter se de principatu cōtentio: & in illa magistratus cōtrouersia: alter p̄ Conuictolitauē. alter p̄ Coto summis opibus pugnauerant. ex ut Eporedorix cognito Litauici consilio: media fere nocte rem ad cesarem defert. orat ne patiatur ciuitatē prauis adolescentiū consiliis ab amicitia populi romani deficere. quod futurum p̄uideat: si se tot hominū milia cum hostibus coniunxerint. quorum salutē neq; p̄p̄inqui negligere: neq; ciuitas leui momēto est iare possit. magna affectus sollicitudine: hoc nuntio cesar: q̄ semper heduoꝝ ciuitati precipue idulserat: nulla iterposita dubitatioe legiōes expeditas quattuor: equitatuq; omnē ex castris educit. nec fuit spatiū tali tempore ad contrahenda castra: q̄ res in celeritate posita eē uidebatur. Fabium Legatum: cum legiōibus duabus castris presidio relinquit. fratres Litauici: cum cōprehēdit iussisset: pauloāte: repperit ad hostes fugisse. adhortatus milites ne necessario tēpore itineris labore promoueantur: cupidissimis omnibus p̄gressus milia passuū. xxv. agmē heduoꝝ cōspicatus: immisso equitatu: iter eorum moratur. atq; impedit. interdicitq; omnibus: ne quenq; interficiāt. Eporedorigem & Viridomaz: quos illi iterfectos existibāt: inter eques uersari: suosq; appellare iubet. his cognitis & Litauici fraude p̄specta: hedui manus

Indubitate

tendere: ditionē significare: & pietis armis mortē deprecari: incipiunt. Litauicus cū suis cliētib; quibus nefas: more galloꝝ est: etiā i extrema fortūa deserere patros gergouā p̄fugit. Cesar nūtiū ad ciuitatē heduorum missis qui suo beneficio cōseruatos docerent: quos iure belli interficere potuisset: tribusq; horis noctis exeratui ad getē datis: castra ad gergouā mouit. Medio fere itinere eques a Fabio missi: q̄nto res i piculo fuerit: exponūt: summis copiis castra oppugnata demonstrant: cū crebro itegri defessis succederēt: nostrosq; assidue labore defatigarent. quibus p̄pter magnitudinem castrorū perpetuo esset uisum eodem in uallo p̄manēdum. multitudine sagittarum: atq; omni generis telorū: multos uulneratos. ad hec sustinēda magno ului fuisse tormenta. Fabiū discessu eoꝝ: duabus relictis portis. obstruere ceteras: pluteosq; uallo addere: & se i postez diē: simileq; casū apparare. His rebus cognitis Cesar: summo studio militū āte ortū solis: in castra puenit. dum hec ad gergouā gerunt: hedui p̄mis nūtiis a Litauico acceptis: nullū sibi ad cognoscēdū spatiū reliquūt. impellit alios auaricia: alios iracūdia: & temeritas que maxime illi hominū generi est innata: ut leuem audicionē habeant p̄ re comperta. bona ciuitum romanorum diripiunt. cedefaciunt: in seruitutē abstrahūt. adiuuat rem proclinatam: Cōuictolitauis: plebemq; ad furorem impellit. ut facinore admissio: ad sātatē reuertī pudeat. M. Aristiū. tri. militū iter ad legiōē facientē: fide data ex oppido cauillono educūt. idem facere cogunt eos. q̄ negotiādi cā ibi constiterant. hos continuo in itinere adorti: omnibus i pedimentis exuunt: repugnātes dies: nocteq; obsident. multis utriq; interfectis: maiorem multitudinē armatorum concitant. interim nuntio allato: omnes eorum milites in ptāce Cesaris teneri cōcurrūt ad Aristiū: nihil publico factum consilio demonstrant: questionē de bonis direptis decernūt. Litauici fratrumq; bona publicant. legatos ad Cesarē sui purgādi gratia mittunt. hec faciunt recuperandorum suorum causa. Sed contaminati facinore. & capti compedio: ex direptis bonis q̄ ea res ad multos p̄inebat: tiore pene exterriti cōsilia clā de bello inire incipiūt: ciuitatesq; reliquas legatiōibus sollicitant. que tā etsi Cesar itelligebat: tamen quam mitissime potest legatos appellat: nihil se p̄pter inscientiam: leuitatemq; uulgi grauius de ciuitate iudicare. neq; de sua in heduos beniuolentia diminuerē.

Contra gallos

pluteos





ipse maiorem gallie motū expectans: ne ab omnibus ciuitatibus  
circūfisteretur cōsilia inibat: quemadmodum a gergouia disce/  
deret. ac rursus omnem exercitū cōtraheret. ne profectio nata  
a tiore defectiōis: similis fuge uideret. Hec cogitanti: accidere  
uisa ē facultas bene rei gerendi. nam cum minora in castra: opif  
perspicendi causa: uenisset: animaduertit collē: q ab hostibus  
tenebatur: nudatū hominibus: qui superioribus diebus uix pre  
multitudine: cerni poterat. admiratus: querit ex perfugis causā:  
quorum magnus ad eū quottidie numerus cōfluebat. Cōstabat  
inter omnes: qd iā ipse Cesar: p exploratores cognouerat: dor/  
sum esse eius iugi prope equū: sed hunc siluestrem: & angustū:  
qua esset aditus ad alteram partē oppidi: uehementer huic illos  
loco timere. nec iā aliter sentire: uno colle ab rōanis occupato:  
si alterz amississent: quin pene circunuellati: atq; omni exitu: &  
pabulatione interclusi uiderent. ad hunc muniendum: omnes a  
Vercigētorige euocatos. Hac re cogita Cesar mittit cōplures  
equitū turmas: eisdē media nocte imperat: ut paulo tumultu/  
osiul: omnibus i locis uagarent. prima luce magnum numerum  
impedimētōrū ex castris detrahi: mulionesq; cū cassidibus: equū  
specie ac simulatione collibus circūuehi iubet. His paucos addit  
equites q latius ostentationis causa: uagarentur. longo circuitu  
eisdem omnes iubet petere regiōes. hec procul ex oppido uide/  
bantur: ut erat a gergouia despectus i castra: neq; tāto spatio:  
certi qd esset: explorari poterat. Legionem unam eodem iugo  
mittit: & paulum progressā inferiore loco cōstituit. siluisq; oc/  
cultat. augetur gallis suspicio: atq; omnes illo munitionū copie  
traducuntur. uacua castra hostium Cesar conspicatus: tectis i/  
signibus suor. occultatisq; signis militaribus: raros milites: q ex  
oppido animaduertēē: ex maioribus castris in minora tradu/  
cit. legatisq; quos singulis legionibus prefecerat: qd fieri uellet:  
ostendit. in p̄mis mouet: ut cōtineāt milites: ne studio pugnādi  
aut spe prede longius progrediant. quid iniquitas loci habeat  
incomodi: pponit. hoc una celeritate posse mutari: occasiois  
esse rem: nō preliu. His rebus expositis: signū dat: & ab dextera  
parte alio ascēsu eodē tempore ad heduos mittit: oppidi murus  
ab planitie: atq; initio ascēsus: recta regiōe: si nullus anfractus  
intercederet. M. cc. passus aberat. qcquid huic circuitus ad molli/  
endum cliuū accesserat: id spatiū itineris augebat. a medio fere

colle in lōgitudine: ut natura motū ferebat: ex grandibus saxis  
sex pedum murum: q nostrorum ipectum tardaret: pduxerant  
galli. atq; inferiore omni spatio uacuo relicto: superiorem p̄tē  
collis: usq; ad muz oppidi: densissimis castris cōpleuerant. milu/  
res signo dato celeriter ad munitionē perueniunt: eamq; tras/  
gressi trinīs castris potiuntur. Ac tāta fuit in castris celeritas: ut  
Fontomatus rex nitiobrigū: subito in tabernaculo oppressus:  
ut meridie congeuerat: superiore corporis parte nudata: uul/  
nerato equo: uix se ex manibus predantiū eriperet. cōsequutus  
id qd animo proposuerat Cesar: receptuicanti iussit. legioniq;  
decime: qua cū erat concionatus: signa constituit: ac reliquarum  
milites legionū: nō exaudito tube sono: q satis magna uallis i/  
tercedebat: tñ a tribūis militū: legatisq; ut erat a Cesare p̄ceptū  
retinebant. Sed elati spe celeris uictorie: & hostiū fuga & su/  
periorum temporum secundis preliis: nihil arduū adeo sibi esse  
existauerūt: quod non uirtute cōseq possent. neq; prius finem  
sequendi fecerūt: q muro: oppidi portisq; appropinqrunt. cum  
uero ex omnibus urbis p̄tibz orto clāore: qui lōgius aberant:  
repentino tumultū: p̄teriti cū hostem intra portas esse existi/  
marent. sese ex oppido eiecerūt. matress familie de muro uestem  
argentūq; iactabant: & pectore nudop̄ninentes: passis māibus  
obtestabant rōanos ut sibi parcerent. neu sicut auarici fecissēt  
ne a mulieribus quidem: atq; infantibus abstinerēt. nonnulli de  
muris per manus dimisse sese militibus tradebāt. Fabius cēturio  
legionis octaue: quē inter suos eo die dixisse cōstabat: exatari  
se a uarcensibus p̄mis neq; commissurum: ut prius quis q murū  
ascenderet: tres suos nactus māipulares: atq; ab his subleuatus:  
muz ascēdit. hos ipse rursus singulos exceptā: in murū extulit.  
Interim u: q ad alteram partē oppidi. ut supra demonstrauimus  
munitionis causa cōuenerant: p̄mo exaudito clamore: inde etiā  
crebris nūtū incitati: oppidū ab rōanis teneri: premissis equibus  
magno concursu: eo cōtenderūt. eorū ut quisq; primus uenerat  
sub muro cōsistebat. suorumq; pugnantium numerum augebat:  
quorum cum magna multitudo cōuenisset: matress familie: que  
pauloante romanis de muro manus tendebāt: suos obtestari: &  
more gallico passū capillum ostentare: liberosq; in conspectum  
p̄ferre ceperūt. erat rōanis neq; numero: neq; loco e q cōtētio.  
simul & cursu: & spatio pugne defatigati: non facile recentel

receptuicanti

passis manibus





atq; integros sustinebat. Cesar cum iniquo loco pugnari: hostiumque  
augeri copias uidisset: perterritus suis: ad T. Sextum legatum quem  
minoribus castris presidio reliquerat: mittit: ut cohortes ex castris  
celeriter educeret. & sub infimo colle ab dextro latere hostium  
constitueret: ut si nostros depulso loco uidisset: quo minus libere  
hostes insequerentur: terreret. ipse paulum ex eo loco cum legione  
progressus: ubi constiterat: euentum pugne expectabat: cum acer-  
rime cominus pugnaretur. hostes loco & numero: nostri uirtute  
confiderent: subito sunt hedui uisi: ab latere nostris aperto: quos  
Cesar ab dextera parte alio ascensu manus destinade causa miserat.  
si similitudine armorum uehementer nostros pertruerunt: ac caeteri  
dextris humeris exertis animaduertebant. quod si igne pacatum  
esse consueuerat: tamen id ipsum sui fallendi causa milites ab hosti-  
bus factum existimabant. eodem tempore. L. Fabius centurio:  
qui una murum ascenderant: circumuenti: atque interfecti muro  
precipitant. M. Petronius eiusdem legionis centurio: cum portas  
excidere conatus esset: a multitudine oppressus: ac sui desperans:  
multis iam uulneribus acceptis: manipularibus suis: qui illum sequuti  
erant: quoniam inquit me una uobis cum seruare non possunt: uestre  
quidem certe salutis prospiciam: quos cupiditate glorie adductus: in  
periculum deduxi. uos data facultate uobis consulit. simul irruit in  
medium hostes: duobus interfectis. reliquos a porta paulum subuo-  
uit: conantibus auxiliari: suis frustra inquit mee uite subuenire  
conamini: quem iam sanguis utresque deficiunt. deinde: hinc abite dum  
est facultas: uosque ad legionem recipite. Ita pugnant: post paulum  
concidit. ac suis salutis fuit. nostri cum undique premerentur. XLVI.  
centurionibus amissis deieci sunt loco. Sed intollerantius gallos  
insequentes legio decima tardauit. que pro presidio paulo equiore  
loco constiterat. Hanc rursus. XIII. legionis cohortes exceperunt.  
que ex castris minoribus educte: cum T. Sexto ceperant locum  
superiorem. Legionem ubi primum planitiem attigerunt: infestis  
contra hostes signis constitunt. Vercingetorix ab radicibus  
collis: suos intra munitiones reduxit. eo die milites sunt: paulomi-  
nus septingenti desiderati. Postero die Cesar contione aduocata:  
temeritatem cupiditatemque militum reprehendit: quod sibi ipsi iudi-  
cauissent: quo procedendum: aut quid agendum: uideretur: neque  
signo recipiendi dato constitisset. neque a tri. militum legatisque ceteri  
potuissent. exposuit quod iniquas loci posset. quid ipse ad Auaricum

manipularibus

M. Petronius suis  
saluti que consulens  
ipse morte operis

desiderati

Contio  
ad suos

sentisset: cum sine duce: & sic equatu deprehensis hostibus: explorata  
uictoria dimisisset: ne paruum modo detrimendum: in contentione:  
propter iniquitatem loci: accideret: quod opere eorum animi mag-  
nitudinem admiraret: quod non castrorum munitiones: non altitudo  
montis: non murus oppidi: tardare potuisset: tantopere licentiam  
arrogantiamque reprehendere: quod plus se: quam imperatorem de uictoria  
atque exitu rerum sentire existimarent: nec minus se ab milite mo-  
destiam: & continentiam: quam uirtutem: atque animi magnitudinem  
desiderare. Hac habita contione: & ad extremum oratione con-  
firmatis militibus: ne ob hanc causam animo permouerentur: ne  
quod iniquitas loci attulisset: uirtuti hostium tribuerent: eadem de  
profectione cogitans: que ante seuerat: legiones ex castris eduxit:  
acque idoneo loco constituit. Cum Vercingetorix: nihilominus  
in equum locum descenderet: leui facto equestri prelio atque secundo  
in castra exercitum reduxit. Cum hoc idem postero die fecisset: satis  
ad gallicam ostentationem minuendam: militumque animos con-  
firmandos: factum existimans in heduos castra mouit: ne tamen quidem  
insequitis hostibus. tertio die ad flumen elauer potes refecit: atque  
exercitum tradidit: ibi a Viridomaro: atque Eporodorige heduis  
appellatus discit: cum omni equatu Litauicum ad sollicitandos  
heduos profectum. opus esse ipsos precedere: ad confirmandam  
ciuitatem: etsi multis iam rebus perfidiam heduorum perspectam  
habebat: atque horum discessu ad maturari: defectionem ciuitatis  
existimabat: tamen retinendos eos non constituit: ne aut inferre  
iniuriam uideretur: aut dare timoris aliquam suspicionem. disce-  
dentibus his breuiter sua in heduos merita exponit: quos & quam  
humiles accepisset. & compulso in oppida: multatos agris: omni-  
bus ereptis copiis: imposito stipendio: obsidibus summa cum cotu-  
melia extortis: & quam infortunatam: quamque in amplitudinem de-  
duxisset: ut non solum in pristinum statum redisset: sed omnium tem-  
porum dignitate & gratiam antecessisse uiderent. His datis mandatis  
eos ab se dimisit. Nouiodonum erat oppidum heduorum ad ripas  
ligeris opportuno loco positum. huc Cesar: omnes obsides gallicae:  
frumentum: pecuniam publicam: suorum atque exercitus impedi-  
mentorum magnam partem: contulerat. huc magnum numerum  
equorum huius belli causa in Italia atque hispania coemptorum  
miserat. eo cum Eporodorige Viridomarusque uenisset: & de statu  
ciuitatis cognouissent: Litauicum Libraete ab heduis receptum:

Verba signa cesare  
uirtutis. ferentibus de his

flumen elauer

mandata ad heduos que Cesar de-  
ferenda.

Nouiodoni oppidum ad ripas  
Ligeris

In urbe libraete receptus huius  
murus ab heduis





quod ē oppidū apud eos maxime autoritatē: Cōuētolitauē:  
magistratū: magnamq; p̄tē senatus ad eum cōuenisse: legatos  
ad Vercigētorigē de pace & amicitia cōciliāda publice missos:  
non pretermittendū tantum commodum existimauerunt. Itaq;  
interfectis Nouiodū custodibus: quiq; eo negotiandi causa cō/  
uenerant: pecuniā: atq; equos iter se partiti sūt. obīdes ciuitatū  
Libraete ad magistratū deducendos curauerunt. oppidū quod  
a se teneri nō posse iudicabant: nequo esset usui romanis incē/  
derūt: frumētū qđ subito potuerūt nauibus auexerūt. reliquū  
flumine atq; incendio corruerunt. ipsi ex finitimis regionibus  
copias querere: cogere p̄sidia: custodiasq; ad ripas ligeris dispo/  
ponere: equitatumq; omnibus locis iniiciēdi cōris causa: ostētare  
ceperunt: si abire frumētaria romāos excludere: aut adductos  
inopia ex p̄uincia expellere possent. quā ad spem multum eos  
adiuuabat: qđ Liger ex niuib; creuerat: & omniō uado trāsiri  
non posse uiderēt. quibus rebus cognitis Cesar: maturandū sibi  
censuit: si esset in p̄ficiendis pontibus periclitandum: ut prius qđ  
essent maiores eo copie coacte: dimicaret. Nam ut commutato  
consilio iter in p̄uinciam cōuerteret: id ne metu quidem neces/  
sario faciendum existimabat. cum infamia atq; indignitas rei: &  
oppositis montes ceuēne: uiarumq; difficultas impediēbat: tum  
maxime quod abiuncto Labieno: atq; his legionibus: q̄s una  
miserat uehemēter timebat. Itaq; admodum magnis diurnis atq;  
nocturnis itineribus confectis: cōtra omnū opinionē ad ligeri  
peruenit. uadoq; per eq̄tes inuento. p̄ rei necessitate opportuno  
ut brachia modo: atq; humeri ad sustinēda arma liberi ab aqua  
esse possent: disposito eq̄tatu: qui uim fluminis refringeret. atq;  
hostibus p̄mo aspectu p̄turbatis: incolumem exercitū traduxit  
frumentumq; ī agris & copiā pecoris nactus: repleto his rebus  
exercitu: iter in senones facere instituit. Dū hec apud Cesarem  
gerunt: Labienus eo supplemēto: qđ nuper ex italia uenerat.  
relicto agendici: cū q̄ttuor legionibus lutetiam proficiscitur. Id  
est oppidū parisiensium qđ positum est ī insula fluminis sequane.  
cuius aduētū ab hostibus cognito magne ex finitimis ciuitatibus  
copie uenerunt. Sūma imperii traditur Camulogeno Aulerco:  
qui p̄pe confectus etate: tamen propter singularem scientiam  
rei militaris: ad eū est honorem euocatus. Is cū animaduertisset  
perpetuam esse paludē. que influeret ī sequanā: atq; illū omnē

locum magnopere īpediret. hic cōsedit: nostrosq; trāsitu p̄hibere  
instituit. Labienus p̄mo uineas agere: cratibus atq; aggere pa/  
ludem explere: atq; iter mūire cōabat. postqđ id difficiliter fieri  
animaduertit: silentio e castris tertia uigilia egressus: eodē quo  
puenerat itinere: Meledunū puenit. ī oppidū ī insula sequana  
positum: ut pauloante de lutetia diximus. de p̄hēsis nauibus cir/  
citer. ī. celeriterq; cōiūctis: atq; eo militibus īiectis: & rei noui/  
tate p̄turbatis oppidanis: quoz; magna p̄s erat ad bellū euocata:  
sine contēctione oppido potitē. refecto p̄te quem superioribus  
diebus hostes rescinderāt: exercitū traduxit. & secundo flumē  
lutetiā iter facere cepit. Hostes re cognita ab us: qđ a Meledūo  
fugerant. Lutetiam incēdi: p̄tesq; eius oppidi rescindi iubent.  
ipsi p̄specta palude: ad ripas sequane e regione lutetie: contra  
Labienū castra cōsidit. iam Cesar a gorgouia discessisse audi/  
ebatur: iā de heduoz; defectiōe: & secundo gallie motu r̄iores  
afferebāt. galliq; ī colloquiis interclusū itinere: & lēgeri Cesarē  
inopia frumenti: coactum ī p̄uinciam contendisse confirma/  
bant. bellouaci autem defectiōe heduorum. cognita: qui ante  
erant per se infideles manus cogere: atq; aperte bellum parare:  
ceperūt. Tū Labienus tanta rerum mutatione longe aliud sibi  
capiendū consilium: atq; antea senserat: intelligebat. Neq; iam  
ut aliquid acq̄reret: prelioq; hostes lacefferet: sed ut incolumem  
exercitū egendicū reduceret: cogitabat. Namq; altera ex p̄te  
bellouaci: que ciuitas in galliam maximam habet opinionem  
uirtutis īstabat. alterā Camulogēus p̄tato atq; īstructo exerci/  
tu tenebat. tū legiōes a p̄sidio atq; īpedimētis īterclusas maximū  
flumen distinebat. tātis subito difficultatibus obiectis: ab animi  
uirtute auxilium petendum uidebat. Sub uesperū consilio cō/  
uocato: cohortatus ut ea: que īperasset diligenter: industrieq;  
administrarent: naues quas a meleduno deduxerat: singulas eq/  
tibus romanis attribuit. & p̄ma cōfecta uigilia: quattuor milia  
passuū secūdo flumē progredi silētio: ibiq; se expectari iubet.  
quinq; cohortes q̄s mīme firmas ad dimicandū. eē existimabat:  
castris p̄sidio reliquit. quinq; eiusdē legiōis reliquas: de media  
nocte: cum omnibus impedimentis: aduerso flumine magno tu/  
multu p̄ficiatū imperat. cōquirat etiam luntres: has magno sonitu  
remorū incitatas: in eandem partem mittit. ipse post paulū silētio  
egressus: cū tribus legiōibus eum locum petit: quo naues appelli

Lutetia insula sequane

heduorum defectio

Bellouaci

sub uesperis

Liger fl.

De Labieno nunc est finis

Interea oppidū  
parisiensium

Sequana fl.





iusserat. eo cū esset uētū: exploratores hostium ut omī fluminis parte erant dispositi: inopinātes: q̄ magna subito erat cohōta tempestas: ab nostris oppmūt. exercitus: equitatusq̄ equitibus romanis administrantibus: quos ei negotio prefecerat: celeriter transmittitur. Vno fere tēpore: sub lucem hostibus nūtiatur ī castris romanorū preter consuetudinem: tumultuari: & magnū ire agmen aduerso flumine: sonitumq̄ remorum in eadem pte exaudiri: & paulo infra milites nauibus transportari. Quibus rebus auditis: q̄ existebāt tribus locis trāsire legiōes: atq̄ omēs perturbatos: defectiōe heduoꝝ: fugā parare: suas quoq̄ copias in tres partes distribuerunt. Nam presidio e regione castrorum relicto: & parua manu: & Iosedum uersus missa: que tantū p̄grederet: quantum naues processissent: reliqua copias contra Labienū duxerūt. p̄ma luce & nostri omnes erāt transportati: & hostiū acies cernebantur. Labienus milites cohortatus: ut sue pristine uirtutis & secūdisimorū preliorum tenerent memoriā atq̄ ipsū Cēsaem: cuius ductu se penumero hostes superassent: presentem esse existimarent: dat signum prelii. primo concursu: ab dextro cornu: ubi septima legio cōstiterat: hostes pellūt. atq̄ in fugam conuiciunt. ab sinistro quē locum quintadecima legio tenebat: cū primi ordines hostiū transfixi telis cōcidissent: tamē acerrimi reliqui resistebant: nec dabat suspensionē fuge quis q̄: ipse dux hostiū Camulogenus: suis aderat: atq̄ eos cohortabat. incerto nūc etiam exitu uictorie: cum septime legiōis tribunis esset nūtiatum: que in sinistro cornu gereretur: post tergum hostium legionem ostenderūt. signa intulerunt: nec eo quidem tempore quis q̄ loco cessit: sed circumuēti omnes interfecti sunt. eandem fortunā tulit Camulogenus. At ii qui presidio contra Labienum erant relicti: cū preliū commissum audisset: subsidio suis ierunt: collemq̄ ceperūt: neq̄ nostrorum militū: uictorūq̄ impetum sustinere potuerūt. sic cum suis fugientibus permixti: quos non silue montesq̄ texerūt: ab eq̄tatu sūt interfecti. Hoc negotio confecto Labienus reuertitur ad egedinū: ubi impedimenta totius exercitus relicta erant: inde cū omnibus copiis ad Cēsaem peruenit. defectiōe heduoꝝ cognita: bellū augēt: legationes in omnes partes circummittunt. quantum gratia: auctoritate: pecunia ualent: ad sollicitandas ciuitates nittūt: nacti obsides: quos cēsar apud eos deposuerat: horū supplicio dubitantes

Labienus suos cohortatus  
Signū dat belli

preliū

Victoria Labieni

terrunt. petūt a Verangētorige hedui ad se ueniat. ratiōesq̄ belligerendi cōmunicet. re impetrata: cōtendunt: ut ipsi sūma imperii tradat. & re in cōtrouersia deducta: totius gallie cōcilū Bibracte indicitur. eodē cōueniūt undiq̄ frequētes multitudines suffragiū ros permittitur. ad unum omnes Verangentorigem: probant: impatorem. Ab hoc concilio remi. Lingones Treuiri abfuerunt. illi q̄ amicitia romanorum sequebantur. Treuiri q̄ aberant longius: & ab germanis premebant. que fuit causa: q̄re tanto abessent bello: & neutris auxilia mitterēt. magno dolore hedui ferunt: se deiectos p̄ncipatu. querūtur. fortune commutationē: & Cēsarī indulgētia in se regrunt. neq̄ tamen suscepto bello: suū consiliū ab reliquis separare audent. inuici sūme spei adolescētes: Eporedorix: & Viridomarus Cigētorigi parēt. ipse imperat. reliq̄ ciuitatibus obsides. deniq̄ ei rei constituunt diem. huc omnes eq̄tes uiginti milia numero. celeriter cōuenire iubet. peditatu quē ante habuerat: se fore cōtētū dicit. neq̄ fortunā temptaturū: aut ī acie dimicaturū. Sed quoniam abūdet eq̄tatu: perfacile eē factu: frumētatiōibus: pabulationibusq̄: romanos prohibere: equo animo modo sua ipsi frumenta corrumpant. edificiaq̄ incendant. qua re familiaris iactura: p̄petuū imperiū. libertatemq̄ cōsequi uideant. His cōstitutis rebus: heduis seguasiāsq̄ q̄ sunt finitimi: eius prouintie: decem peditum imperat. Huc addit eq̄tes. dccc. ut preficit fratrem. Eporedorigis: bellūq̄ inferri allobrogibus iubet. altera ex pte gaballos p̄ximosq̄ pagos aruenos: ī heluios: itē rutenos: cadurcosq̄: ad fines uolgaz: a remicorumq̄ depopulandos mittit. Nihilominus clandestinis nuntis legationibusq̄ allobros sollicitat: quoz̄ mētes nondū a superiore bello residisse sperabat. horū principibus pecunias: ciuitati autem imperiū totius prouintie pollicetur. Ad hos omnes casus prouisa erant presidia cohortū duarum & uiginti. que ex ipsa prouintia a L. Cēsaem legato ad omnes ptes opponebant. heluii sua spē cū finitimis p̄lio cōgressi pellūt. & C. Valerio Doninotaurocaburi filio p̄ncipe ciuitatis: cōpluribusq̄ aliis īterfectis: intra oppida & muros cōpellūt. Allobroges crebris ad rhodanum dispositis p̄sidis: magna cum cura ac diligentia suos fines tuentur. Cēsar q̄ hostes eq̄tatu superiores eē intelligebat: & iterclusis omnibus itineribus: nulla re ex prouintia atq̄ Italia subleuari poterat: trās rhēnū ī germaniā mittit. ad eas ciuitates:

hedui Verangentorigis  
Appellat auxilium.

penitentia heduoꝝ

dimissio bellatoꝝ a Verangentorigis  
finitimi galloꝝ impatore

Cēsarīs Iulij gentia germanos  
transrhēnū auxiliare accit





quas superioribus annis pacauerat: equosque ab his accersit: & leuis  
armature pedites: qui inter eos preliari consueverant. eorum aduentu  
que nimis idoneis equis utebantur a tribunis militum: reliquosque equi-  
tibus romanis: atque euocatis: equos sumit: germanisque distribuit.

Interea dum hec geruntur: hostium copie ex aruernis: equosque  
qui toti gallie erant sperati: conueniunt. magno eorum coacto  
numero: cum Cesar in sequanos per extremos lingonum fines iter  
faceret: quo facilius subsidium prouincie ferri posset: circiter milia  
passuum decem a romanis castris Vercingetorix confedit.  
conuocatisque ad conciliu prefectis equitum: uenisse tempus uictori-  
e demonstrat: fugere in punitiam romanos: galliaque excedere.  
Id sibi ad presentem obtinendam libertatem satis esse: ad reliqua  
partem spatium: atque otium parum profici. maioribus enim coactis  
copiis reuersuros: neque finem bellandi facturos: proinde agmine  
impeditos adorianur: si pedites suis auxiliu ferat: atque in eo mo-  
rentur: iter facere non posse. si id quod magis futurum confidebat:  
relictis impedimentis: sue salutis consulant: & usu reque necessariarum  
& dignitate: spoliati iri. Nam de equitibus hostium: qui nemo  
eorum progredi modo extra agmen audeat: & ipsos quidem non  
debere dubitare. id quo maiore faciunt animo: copias se omnes  
castris habituras: & terrori hostibus futurum. proclamant equites  
sanctissimo iureiurando confirmari oportere: ne tacto recipiant:  
ne ad liberos: ne ad parentes: ne ad uxorem: aditus habeat: qui  
non bis per hostium agmen per equitasset. probata re ab om-  
nibus iureiurando adactis: postero die in tres partes distributo  
equitatu: due se acies a duobus lateribus ostendunt. una primo ag-  
mine iter impedire cepit. Qua re nuntiata Cesar suum quoque equitatu  
tripartito diuisu ire contra hostem iubet. pugnat una omnibus  
in partibus: consistit agmen impedimenta inter legiones recipiunt.  
si qua in parte nostris laborare: aut grauius premi uidebantur. eo  
signa inferri Cesar aciesque constitui iubeat. que res & hostes ad  
insequendum tardabat: & nostros spe auxilii confirmabat: tandem  
germani e dextro latere summum iugum nacti. hostes loco depel-  
lunt. fugientes usque ad flumen: ubi Vercingetorix cum pedestribus  
copiis considerat: persequunt: compluresque interficiunt. Qua re  
animaduersa reliquit: ne circumuenirentur: ueriti: se fugere mandant.  
omnibus locis sic cedens. Tres nobilissimi hedui capti: ad Cesarē  
perducuntur. Cotus prefectus equitum: qui controuersiam cum

Vercingetorix castra locat orat  
x. milia passuum ab romanis

Sacramenti galloz iuramentum

prelium

Victoria Cesaris

Tres heduoz nobilissimi  
capti

Conuictoliteque proximis comitibus habuerat. & Cauarillus qui post  
defectionem Litauici: pedestribus copiis profuerat. & Eporedorix  
quo duce ante aduentum Cesaris hedui cum sequanis bello con-  
tenderant. fugato omni equitatu: Vercingetorix copias suas ut  
pro castris collocauerat: reduxit. protinusque alexiam: quod est  
oppidum mandubioz: iter facere cepit. celeriterque impedimenta  
ex castris educi: & se sequi iussit. Cesar impedimentis in proximum  
collem deductis: duabus legionibus presidio relictis: sequutus quan-  
tum diei tempus est passum: circiter tribus milibus hominum ex  
nouissimo agmine interfectis. Altero die ad alexiam castra fecit.  
perpectu urbis situ: perterritisque hostibus: qui equitatu: quo max-  
ima parte exercitus confidebat: erat pulsus. adhortatus ad laborem  
militis: alexiam circunvallare instituit. ipsum erat oppidum in colle  
summo: admodum edito loco: ut nisi obsidione expugnari non posse  
uideretur. cuius collis radices duabus ex partibus flumina subue-  
bant. ante id oppidum planities circiter milia passuum tria in lon-  
gitudinem patebat. reliquis ex omnibus partibus colles: mediocri  
interiecto spatio: pari altitudinis fastigio: oppidum cingebat. sub  
muroque pars collis ad orientem solem spectabat: hunc omnem locum  
copie galloz compleuerant: fossamque & maceriam sex in altitu-  
dinem pedum prodixerant. eius munitionis que ab Romanis  
instituebat: circuitus undecim passuum tenebat. Castra opportunis  
locis erant posita: ubique castella uiginti quattuor facta: in quibus  
castellis interdum stationes ponebant: ne subito eruptio fieret.  
hec eadem nocte excubitoribus: ac firmis presidis tenebant. Ope  
instituto sic equestre prelium in ea planitie: quam intermissam col-  
libus trium passuum patere supra demonstrauimus. summa uel ab utrisque  
contendit. laborantibus nostris Cesar germanos summittit legio-  
nesque constituit. nequa subito eruptio ab hostium pediatu fiat  
presidio legionum addito: nostris animus augetur. hostes in fugam  
coniecti se ipsi multitudine impediunt: atque angustiis portis  
relictis coaceruantur: tum germani usque ad munitionem sequuntur.  
sic magna cedes: nonnulli relictis equis fossam transire: & maceriam  
transcendere: conantur paulum legiones Cesar quas pro ualle con-  
stituerat: promoueri iubet: non minus quam intra munitiones erant:  
perturbant. Galli uenire ad se confestim existimantes ad arma  
conclamant. nonnulli perterriti in oppidum irrumpunt. Vercinge-  
torix iubet portas claudi: ne castra nudent: multis interfectis:

Alexia oppidum mandubioz

editus locus erat oppidi situs  
obsidione  
subiure:

Maceria

Castella. 24.

equestris pugna

clades galloz





compluribus eqs captis: germani sese receperunt. Vercingetorix prius quam munitiones ab romanis perficiantur: consilium capit: omnem a se equatum noctu dimittere. discedentibus mandavit: ut suam quisque eorum civitatem adeat: omnesque qui per eam arma ferre possent: ad bellum cogant. sua in illos merita proponit: obtestaturque: ut sue salutis rationem habeant. ne se optime de communi libertate meritorium: hostibus in cruciatum dedant. quod si indiligentiores fuerint: milia delecta octuaginta una secum iteritura demonstrat. ratione inrita: exitu diebus triginta frumentum: sed paulo longius etiam tolerari posse: precando. His datis mandatis: qua opus erat intermissum: secunda vigilia silentio equatum emittit. frumentum omne ad se referri iubet. captis penam nisi qui non paruerint: constituit. pecus: cuius magna erat copia ab manducis compulsa: vicum distribuit. frumentum parce: et paulatim metiri: instituit. copias omnes quas pro oppido collocauerat: in oppidum recepit. his rationibus auxilia gallicae expectare: et bellum parat administrare. Quibus rebus cognitis ex profugis et captivis Caesar: haec genera munitionum instituit. fossam pedum viginti directis lateribus duxit. ut eius fossae solum tantum dederet: quantum summe fossae labra distaret. reliquis omnes munitiones ab ea fossa pedes. cccc. reduxit. Id hoc consilio: quoniam tantum esset necessarium spatium complexus: ne facile totum corpus militum corona cingeretur: ne de improviso: aut noctu ad munitiones hostium multitudo aduolaret. aut interdu tela in nostros optime destinatos: conicere possent. hoc itermissum spatio duas fossas quindecim pedum laterales: eadem altitudine perduxit. quarum interiori campetribus ac demissis locis: aqua ex flumine derivata complevit. post eas aggerem et vallum duodecim pedum extruxit. hinc loriceam pinnaeque adiecit grandibus ceruis eminentibus ad commissuras pluteorum: atque aggeres: qui ascensum hostium tardarent. et turrem toti optime circumdedit. que pedes. lxxx. iter se distaret. erat eo tempore et materiari: et frumentari: et tantum munitiones fieri: necesse diminutis nostris copiis: que longius ab castris progrediebantur: et nonnunquam opera nostra gallicae temptare atque eruptionem ex oppido pluribus portis facere: summa ut conabantur. Quare ad haec rursus opera addendum Caesar putavit: quo minori numero militum munitiones defendi possent. Itaque truncis arborum: aut admodum firmis ramis abscis: atque horum delabratis: atque praecutis cacuminibus: prope fossae quos pedes

Vercingetorix obsessus equatum ab se dimittere et auxilio in his mandatis. In urbes gallicae

Caesar haec genera munitionum instituit

fossa

lorica

materiam frumentari

Aliud genus munitionis

delabratis

interprofunde

quincuncem

culatibac

virtu

popu

interbant: et amabant

deni

plum

comi

hones militum materiam gallos

armorice et hones oceanum tingentes.

alte ducebantur. huc illi stipites dimissi: et ab infimo reuincti: ne reuelli possent: ab ramis eminebant. quini ordines reuincti inter se atque implicati. quo qui intrauerant: se ipsi accuratissimis uallis induebant. hos cippos appellabant: quibus obliquis ordinibus in acumine quincuncem dispositis: scrobes tres in altitudinem pedes fodiebant. paulatim angustiore ad infimum fastigio. Huc teretes stipites semissis crassitudine: ab summo praecuti: et praestri: dimittebantur. ita ut non amplius quattuor digitis ex terra eminent. Simul confirmandi et stabiliendi causa: singuli ab infimo solo pedes tres terra excultabantur: reliqua pars scrobis ad occultandas insidias: ut minibus ac uinculis impediatur. huius generis octoni ordines uincti ternos inter se pedes distabant. id ex similitudine floris lilium appellabant. Ante haec tales pedes longe: ferreis hamis infixae: totae in terram fodiebantur: mediocribusque intermissis spatii omnibus locis distabantur. quos stimulos nominabant. His perfectis: regiones sequutus: qui potuit equissimas: pro loci nature quattuordecim milia passuum complexus: partes eiusdem generis munitiones diuersas ab his contra exteriorem hostem perfecit: ut ne magna quidem multitudinem si ita accideret: eius discessu: munitionum praesidia circumfundere possent. aut cum periculo ex castris egredi cogere. dierum triginta pabulum frumentumque habere omnes conuenit iubet. dum haec apud alexiam geruntur: gallicae consilio principum indicto: non omnes hos: qui arma ferre possent: ut censuit Vercingetorix: conuocandos statuunt. sed certum numerum cuique ex ciuitate imperandum: ne tanta multitudine confusa: nec moderari: nec discernere suos: nec frumentationem habere: possent. Imperant heduis atque eorum clientibus: segustanis: ambluaretis: auleris: brannouicibus: brannouis: milia trigintaquinque. parem numerum aruernis adiuuatis: beleuteris: cadurcis: gaballis: uellauis: qui sub impio aruernorum esse consueuerunt. Senonibus. sequanis: bituribus: fantois: rutenis: carnutibus: duodena milia: bellouacis decem. totidem lemouicibus. octona. pictonibus: et turonis: et parisus: et heluetis. Senonibus: abianis: medio matricis: petrocotis: neruis: morinis: nitobrogibus quina milia: auleris cenomans totidem: atrebatibus quattuor bellocaisis: lxxviii et alercis: eburonibus trina. rauracis et boiis triginta Vniuersis ciuitatibus que oceanum attingunt: quaeque eorum consuetudine armorice appellatur: quo sunt in numero corio solites: rondones: abibari. cadetes: olissimi. lemouices: unelli. vi. ex his bellouaci

Cippos

Liliu

Tales pedes hamus ferreus

Stimulos

Ambitus Castrorum Cesaris

Conuocandi gallos

ab heduis. xxxv. milia supra clientibus heduis. Aluonnis parte inuenit

Ambitus





suum numerum non compleuerunt. quod se suo nomine: atque arbitrio: cum romanis bellum gesturos dicebant. rogati tamen a Commio pro eius hospitio vigintiduo milia miserunt. huius opera Commio ut ante demonstrauius: fideli atque utili superioribus annis erat usus in britanica Caesar. quibus ille pro meritis ciuitatem eius im- munum esse iusserat. iura legesque reddiderat. ipsique morinos attribuit erat. tamen tanta uniuersae galliae consensio fuit libertatis uindicandae & pristinae belli laudis recuperandae: ut neque beneficiis: neque amicitiae memoria mouerentur: omnesque & animo & opibus in id bellum incumberent. coactis equitum septem milibus & pedum circiter cxxl. haec in heduorum finibus recensentur. numerusque inibat. praefecti constituebantur. Commio Attrebatum: Viridomarus & Eporidorigi hedui. Vercassiae uero Aruerni cosobrinus Vercingetorix: summa imperii tradit. ut delecti ex ciuitatibus attribuerentur quorum consilio bellum administraretur. omnes alacres: & fiduciae pleni: ad alexiam proficiscuntur. neque erat omnium quisquam aspectum modo tantae multitudinis sustineri posse arbitrarent. praesertim accipere proelio cum ex oppido eruptione pugnaretur. & foris tante copiae equitatus: pedumque cernerent. atque qui alexiae obsidebant praeterita die: qua auxilia suorum expectauerant consumpto omni frumento: incerti quid in heduis gereretur: consilio coacto de exitu suarum fortunarum consultabant. Ac uariis dictis sententis: quarum pars deditioem: pars dum uires suppeterent: eruptionem censebant: non pretereunda oratio Critognati uidetur: propter eius singularem & nefariam credulitatem. Hic sumo in aruerni natali loco & magne habitus autoritatis: nihil inquit de eorum sententia dicturus sum: qui turpissimam seruitutem: deditioem nomine appellant: neque hos habendos ciuium loco: neque ad consilium adhibendos censeo: cum uis mihi res sit: qui eruptionem probant. quorum in consilio omnium nostrum consensu: pristinae residere uirtutis memoria uideat. animi est ista molitiae: non uirtutis: paulisper in opem ferre non posse. qui se ultro morti offerant: facilius reperiatur: quam qui patienter dolore: ferant. Atque ego hanc sententiam probarem. tantum apud me dignitas potest: si nullam: praeterquam uite nostrae iacturam fieri uiderem. Sed in consilio capiendum omnem galliam respiciamus: quam ad nostrum auxilium concitauimus. quod hominum milibus octuaginta uno loco interfectis: propinquis consanguineisque nostris animi fore existimatis. si pene in ipsis cadaueribus proelio decertare

Et oi gallia consti pedum  
xxi. milia. equum un.  
milibus?

Oratio Critognati uideli  
ssimi

Commio

cogentur? nolite hos uestro auxilio exspoliare: qui nostrae salutis causa suum periculum neglexerunt. nec stulticia: ac temeritate uestra: aut animi inbecillitate: omnem galliam prosternere: ac perpetuae seruituti subicere. An quod ad diem non uenerunt: de eorum fide constantiaque dubitatis? Quid ergo romanorum animus: in illis uel terribus munitionibus sine causa quotidie exerceri putatis? si illorum nuntius confirmari non potestis: omni aditu praesepo: ut utimini testibus: appropinquare eorum aduentum. cuius rei timore exercitum: diem noctemque in opere uersantur. Quid ergo mei consilium est facere? quod nostri maiores: nequaquam pari bello cimbrorum reuocatumque fecerunt. qui in oppida compulsi: ac simili inopia subacti: eorum corporibus: qui etate ad bellum inuiciles uidebantur: uitam tolerauerunt: neque se hostibus tradiderunt. cuius rei exemplum si non haberemus: tamen libertatis causa institui: & posteris produm pulcherrimum iudicarem. Nam quid illi simile bello fuit? depopulata gallia cimbris: magnaque illata calamitate: finibus quidem nostris aliquando excesserunt: atque alias terras potuerunt: iura: leges: agros: libertatem: nobis reliquerunt. romani uero quid petunt aliud: aut quid uolunt: nisi inuidia adducti: quos fama nobiles: potentisque cognouerunt: horum in agris ciuitatibusque consistere: atque his eternam iniungere seruitutem. neque enim ulla alia conditione bella gesserunt. Quod si ea quae in longinquis nationibus gerunt: ignoratis: respicite finitimam galliam quae in prouinciam redacta: iure & legibus commutatis: securibus subiecta: perpetua premittitur seruitute. sententis dictis: constituunt: ut ii: qui ualitudine aut etate inuiciles sunt bello: oppido excedant. Atque prius omnia experiantur: quam ab Critognati sententia discedant. Illo tamen tempore potius utendum consilio: si res cogat: atque auxilia morentur: quam deditioem: aut pacis subeundam conditionem. Mandubius qui eos oppido receperant: cum liberis atque uxoribus exire coguntur: ut cum ad munitiones romanorum accessissent: flentes omnibus precibus orant: ut se in seruitutem receptos abo iuuarent. At Caesar dispositis in uallo castris: totidibus recipi prohibebat. interea Commius: reliquique duces: quibus summa imperii permissa erat: cum omnibus copiis ad alexiam perueniunt: & colle exteriori occupato non longe mille passibus a nostris munitionibus consistunt. Postera die equitatu ex castris educto: omnem eam planitiem: quam in longitudinem quattuor passuum patere demonstrauius: complent. pedestresque copias paulum

Cimbrorum uirtus

finis orationis

Mandubius





Despectus locus ad spem

Companit p preparavit

pugna

ab eo loco abdita in locis superioribus constituant. erat ex oppido alexia despectus in campum. concurrunt his auxiliis uilis. fit gratulatio inter eos: atque omnium animi ad letitiam excitantur. itaque productis copiis ante oppidum confidunt: & proximam fossam crateribus integunt: atque aggere explent: sequuntur ad eruptionem: atque omnes casus comparant. Cesar omni exercitu ad utranque partem munitionis disposito: ut si usus ueniat: suum quisque locum teneat: & nouerit: equitatum ex castris educi: & prelium committi iubet. Erat ex omnibus castris: que summum undique iugum tenebant despectus: atque omnes milites intenti: pugne euentum expectabant. Galli inter equites raros sagittarios expeditosque leuis armature interiecerant: qui suis cedentibus auxilio succurrerent. & nostrorum equitum impetum sustinerent. ab his complures uulnerati: de improviso proelio excedebant. Cum suos pugna superiores esse galli confiderent: & nostros premi multitudine uiderent. ex omnibus partibus: & ii qui munitionibus continebantur: & ii qui ad auxilium conuenerant: clamore & ululatu suorum animos confirmabant. quod in conspectu omnium res gerebatur: neque recte ac turpiter celari poterat utrosque & laudis cupiditas: & timor ignominie: ad uirtutem excitabant. Cum a meridie prope ad solis occasum dubia uictoria pugnaretur: germani una in parte confectis turmis: in hostes impetum fecerunt. eosque pepulerunt. quibus in fugam coniectis: sagittarii circumuerti interfecti sunt. Item ex reliquis partibus nostri cedentes usque ad castra insequuti: sui colligendi facultatem non dederunt. At ii qui ab alexia processerant: mestis: prope uictoria desperata se in oppidum receperunt. Vno die intermisso galli: atque hoc spatio: magno cratiu scalarum harpagoum: numero effecto: media nocte silentio ex castris egressi: ad campestris munitiones accedunt. Subito clamore sublato: qua significatione: qui in oppido obsidebantur: de suo aduentu cognoscere possent. Crates prouocare: fundis sagittis lapidibus: nostros de uallo perturbare: reliquaque que ad oppugnationem pertinent: parat administrare. eodem tempore: clamore exaudito dat tuba signum suis Vercingetorigi: atque ex oppido educit. nostros ut superioribus diebus: unicuique erat locus attributus: ad munitiones accedunt: fundis libribus: sudibusque que in ope disposuerant: gallos grandibus perterrent: prospectu tenebris adempto. multa utrinque uulnera accipiuntur: complura tormentis tela coniciuntur. At M. Antiochus & C. Trebonius legati: quibus esse partes ad defendendum

Inuicentur

Substant  
Composit

crates  
harpagoum

Libri

Tormentis

Sub lucem  
ante lucem

obuenerant: qua ex parte premi nostros intellexerant: uis auxilio ex ulterioribus castellis deductos: summitterebant. dum longius ab munitione aberant galli plus multitudine telorum proficiebant. posteaque propius successerunt aut se stimulis inopinantes induebant aut in scrobes delati transfodiebantur: aut ex uallo: & turribus traiectione pilis muralibus interiebant: multis undique uulneribus acceptis nulli munitione perrupta: cum lux appareret: ueriti ne latere apto ex superioribus castris eruptione circumuenirentur: se ad suos receperunt: At iteriores: dum ea: que a Vercingetorige: ad eruptionem preparauerant: proferunt: priores fossas explent. diutius in his rebus administrandis morati: prius suos abcessisse cognouerunt: quam munitionibus appropinquarent. ita re infecta in oppidum reuertunt. His magno cum detrimento repulsi galli: quod agant consulant: locorum peritos adhibent. ex his superiorum castrorum situs: munitionesque cognoscunt. Erat a septentrionibus collis: quem quia propter magnitudinem circuitus: opere circumplecti non potuerunt nostri necessario pene: iniquo loco: & leniter dedimus: castra fecerunt. hec. C. Antistius Regulus & L. Caninius Regulus legati: cum duabus legionibus obtinebant cognitis per exploratores legionibus: duces hostium sexaginta milia ex ceteris nostris deligunt: earum ciuitatum: que maximam uirtutis opinionem habebant: quod quoquo pacto agi placeat: occulte inter se constituunt. ad eundem tempus definiunt. cum meridies esse uideatur. uis copias Vercingetorigis aruernum unum ex quatuor ducibus: propinquum Vercingetorigis proficiunt. Ille ex castris prima uigilia egressus: prope confecto sub lucem itinere: post montem se occultauit: militesque ex nocturno labore se reficere iussit. cum iam meridies appropinquare uideret ad ea castra: que supra demonstrauiimus: contendit. eodem tempore equitatus ad campestris munitiones accedere: & relique copie se pro castris ostendere: ceperunt. Vercingetorigis ex arce alexie suos conspicatus: ex oppido egreditur: castris longuros: musculos: falces: reliquaque que eruptionis causa parauerat: profert. pugnatur uno tempore omnibus locis: atque omnia temptantur. que minime uisa pars firma est: huc concurrunt romanorum manus tantis munitionibus distinctur. nec facile pluribus locis occurrit. multum ad terrendos nostros ualuit clamor: qui post tergum pugnantibus exiit. quod suum periculum in aliena uident uirtute consistere. Omnia enim plerumque que absunt: uehementius: hominum mentes perturbant.

Transfodiebant

opere i. milites

Longuros  
musculos  
falces





ad animi . 2 . ad votu

Declinitas

Cesar idoneū locū nactus: quid quaq; ex parte geratur: cognoscit. laborantibus summittit: utrisq; ad animū occurrit: unum esse illud tempus: quo maxime contendere conueniat. Galli nisi perfringerent munitiones: de omni salute desperant. Romani si rem obtinuerint: finem omnium laborum expectant. maxime ad superiores munitiones laboratur: quo Vercaiuellaunum missum demonstrauimus. Iniquum loci ad declinitatem fastigiū magnum habet momentum. Alii tela cōiciunt: alii testudine facta subeunt: defatigatis inuicē integri succedunt. agger ab uniuersis in munitionem coniectus: & ascensum dat gallis: & ea que interram occulauerant romāi: cōtegit: nec iam arma nostris: nec uires suppetunt: ut rebus cognitis Cesar Labienū cum cohortibus sex: subsidio laborantibus mittit. Et imperat. si sustineri non possit: deductis cohortibus eruptione pugnaret. id nisi necessario: nō faciat. Ipse adit reliquos cohortatus ne labori succumbant: omnium superiorū dimicationū fructum in eo die: atq; hora docet cōsistere. interiores desperatis cāpestribus locis: propter magnitudinē munitiōnū loca prerupta ex ascēsu temptant. huc ea: que parauerant: conferunt: multitudine telorum ex turribus ppugnātes: deturbāt: aggere: & cratibus fossas explēt falcibus uallum ac loriam rescindunt: mittit primo Brutum adolescentem cum cohortibus Cesar. post cum aliis. C. Fabiū legatū Postremo ipse cū uehemētius pugnaret: integros subsidio adducit. Restituto prelio ac repulsis hostibus: eo quo Labienum miserat: contendit. cohortes quattuor ex proximo castello deducit. equum partem sequi partem circumire exteriores munitiones: & ab tergo hostes adoriri: iubet. Labienus postq; neq; aggeres: neq; fosse uim hostium sustinere poterāt: coactis una quadraginta cohortibus: quas ex proximis presidis deductas: fors obtulit. Cesarem p nūtiōs facit certiores: quid faciendum existimer. accelerat Cesar: ut p̄to interficere eius aduentu: ex colore uestitus cognito: quo insigni in preliis: uti consueat: turmisq; equitum: & cohortibus uisis: quas se seq iusserat: ut de locis superioribus hec decliua: & deuexa cernebantur: hostes committūt prelium: utrinq; clamore sublato: excipitur: rursus ex uallo: atq; omnibus munitionibus clamor. Nostris omissis pulis: gladius rem gerunt. repente post tergum equitatus cernitur. cohortes alie appropinquabant. Hostes terga uertunt: fugientibus eqtes occurrunt: fit magna cedes. Asedulus dux & p̄nceps germanorum occiditur. Vercaiuellaunus Aruernus in fuga

Asedulus p̄nceps germanorum occidit

ca postribus

vestis reu  
in prelio

Cesaris

comprehenditur: signa militaria septuagintaquattuor ad Cesarē referuntur. pauci ex tāto numero se incolumes in castra recipiūt. conspicati ex oppido cedem: & fugam suorum: desperata salute copias a munitionibus reduciūt. sic p̄tinus hac re audita ex castris gallorum fuga: q̄ nisi crebris subsidis: ac totius diei labore milites essent defessi: om̄s hostium copie deleri potuissent: de media nocte missus egatus: nouissimū agmen cōsequit: magnus numerus capit: atq; interficit. reliqui ex fuga in ciuitates discidunt. Postero die Vercingetorix consilio conuocato: id se bellū suscepisse: nō suarū necessitatum: sed cōmunis libertatis causa demonstrat. & quoniam sit fortune cedendum: ad utranq; rem se illis offerre: seu morte sua romanis satisfacere. seu uiuum tradere uelint. Mittitur de his rebus ad Cesarem legatus: iubet arma tradi: principes producti. ipse in munitione pro castris cōsedit. eo duces producuntur. Vercingetorix deditur. arma proiciuntur. reseruatis heduis: atq; aruernis: si per eos ciuitates recuperare posset ex reliquis captiuis toto exercitui capita singula: prede nocte: distribuit. His rebus confectis in Heduos proficiscit. ciuitatē recipit. eo legati ab aruernis missi que imperet: se facturos pollicentur. imperat magnum numerum obsidum. legiones in hyberna mittit: captiuorum circiter uiginti milia heduis aruernisq; reddit. T. Labienum cū duabus legiōibus: & equitatu in sequanos proficisci iubet. Huic. M. Sempronium Rutilium attribuit. C. Fabium & L. Mimitū Basilium cum duabus legiōibus in remis collocat: nequam a finitimis bellouocis calamitatem accipiant. C. Antistium Reginum in ambibaretos. T. Sextium in bituriges. C. Caniniū Rebilū in ruthenos cū singulis legionibus mittit. Q. Tulliū Ciceronem & P. Sulpitiū Cabiloni: & Marissane in heduis ad Ararim rei frumentarie causa collocat. ipse Bibracte hyemare cōstituit. His rebus litteris Cesaris cognitis rome: dierum uiginti supplicatio redditur.

lxxm. signa militaria  
gallis sunt capta  
mans que ad Cesarē  
iunt.

Vercingetorix dedit  
Cesari

Q. T. Cicero

Rome diez . xx . supplicatio  
redditur.





A. Hirtii in nouissimum cōmen/  
tarium belli gallici prefatio

Oactus assiduis tuis uocibus Balbe cū cotidiana  
mea recusatio: nō difficultatis excusationē: sed  
fertne uideret deprecationē habere: difficilimam  
rem suscepti. Cesaris nostri commentarios rerum  
gestarum gallicie: non comparentibus superioribus  
atq; insequentibus eius scriptis: cōtexui. nouissi/  
mumq; imperfectum: ab rebus gestis alexandrie  
confeci: usq; ad exitū: nō qdem ciuiliū dissensionis: cuius finē nullum  
uidemus: sed uite Cesaris. quos utinā q legēt: scire possint: q̄n uictus  
susceptim scribēdos: quo facilius careā stulticie atq; arrogantie crimie  
q me mediū interposueri Cesaris scriptis. Cōstat. n. inter oēs nihil  
tā opose ab aliis eē pfectū: qd nō horū elegantie cōmentariorum  
superet. q sūt editi: ne sciētia tantarū rerū scriptoribus desit. Adeoq;  
pbanē oīm iudicio: ut p̄p̄ta nō p̄bita facultas sc̄ptoribus uideat.  
Cuius rē rei: maior nostra: q̄ reliquorū ē admiratio. Ceteri. n. q̄ bñ  
q̄ emendare: nos etiā q̄ facile: ac celeriter eos p̄fecerit: scimus. Erat  
autē i Cesare: cū facultas: atq; elegātia sūma scribendi: tū uerissima  
cōscientia suorū cōsilioꝝ: explicandoꝝ. mihi ne illud qdē accidit: ut  
Allexandrino atq; Africano bello interesset. que bella quamq; ex  
p̄e nobis Cesaris sermōe sunt nota: tñ aliter audimus ea: que rerū  
nouitate aut admiratiōe nos capiunt: aliter que testimonio sumus  
dicturi. Sed ego nimirū dū omnes excusationis causas colligo: ne  
cū Cesare cōferar: hoc ipm crimē arrogantie sub eo: q me iudicio  
cuiusquā existimē posse cum Cesare comparari. Vale.

A. Hirtii belli gallici  
cōmentarius nouissimus.

Mni gallica deuicta Cesar: cum a sup̄iori estate  
nullū bellandi tēpus intermisisset: militesq; hy/  
bernoꝝ quiete reficere a cāris laboribus uellet:  
complures eodē tēpore ciuitates renouare belli  
cōsilia nuntiabantur. coniurationesq; facere:  
cuius rei uerisimilis causa afferebat: q gallicis om/  
nibus cognitū eēt: neq; ulla multitudine i unū

locum coacta resisti posse romanis: nec si diuersa bella complures  
eodem tempore intulissent ciuitates: satis auxilii: aut spatii: aut co/  
piaz habiturū exercitum populi romani: ad omnia persequenda.  
Nō esse autē alicui ciuitati fortē incōmodi recusandā: si tali mora  
relique possent se uindicare in libertatem. Que ne opinio gallorū  
cōfirmaret Cesar. M. Antoniū questorē suis p̄fecit hybernīs. ip̄e  
eqtū p̄sidio p̄die kalendis ianuarii: ab oppido bibracte p̄ficiscitē  
ad legionē duodecimā: quā nō lōge a finibus beduoꝝ collocauerat  
in finibus biturigū: etq; adiungit legionē undecimā que proxima  
fuerat binis cohortibus ad t̄pedimēta tuenda relictis. reliquū exer/  
citū i copiosissimos agros biturigū i ducit: q cū latos fines: & q̄plura  
oppida haberent: unius legionis hybernīs nō potuerūt cōtineri: qn  
bellū pararet: cōiurationesq; faceret. repētino aduētū Cesaris accidit  
qd̄ i paratis deiecit: q̄ accidere fuit necesse: ut sine timore ullo rura  
colētes: p̄us ab eqtatu opprimerent: q̄ cōfugere in oppida possēt.  
nā etiā illud uulgare incursionis hostiū signū: qd̄ incendio edificioꝝ  
intelligi consueuit: Cesaris erat interdicto sublatū: ne aut copia  
pabuli frumētisq; si lōgius p̄gredi uellet deficeret: aut hostes incen/  
diis terrerent. multis hoīm milibus captis: p̄territi bituriges: q p̄mū  
aduētū effugere putauerant romanoꝝ: in finitimas ciuitates: aut  
p̄uatis hospitiiis cōfisi: aut societate cōsilioꝝ: cōfugerant frustra  
Nā Cesar magnis itineribus oibus locis occurrit: nec dat ulli ciui/  
tati spatium de aliena potius: q̄ de domestica salute cogitandi. qua  
celeritate & facile amicos retinebat: & dubitantes terrore ad con/  
ditiones pacis reducebat. Tali cōditione p̄posita bituriges: cum sibi  
uiderēt clemētia Cesaris reditū patere: in eius amicitia: finitimasq;  
ciuitates sine ulla pena dedisse obsides: atq; in fidē receptas eē idē  
fecerūt. Cesar militibus p̄tato labore ac patientia: q brumalibus  
diebus: itineribus difficilissimis: frigoribus intollerādīs studiosissime p̄/  
māserant i labore: ducētos sextertios: cēturiōibusq; tot milia nū/  
mū prede nocte cōdonāda pollicet: legiōibusq; i hyberna remissis:  
ipse se recepit die. xl. bibracte. ibi cū ius diceret: bituriges ad eum  
legatos mittūt auxiliū petitū cōtra carnutes: quos intulisse bellum  
sibi querebant. Qua re cognita cū dies nō āplius decēnouē in hy/  
bernīs eēt commoratus. legiōes q̄tuordecim & sex ex hybernīs ab  
arare ducit. q̄s ibi collocatas explicāde rei frumētarie causa sup̄i/  
ore cōmentario demonstratū ē. Ita cū duabus legiōibus: ad perse/  
quēdos carnutes p̄ficiscitē. Cū fama exercitus ad hostes esset plara

Copiosissimos agros

Signū hostiū incurs





calamitate ceterorum ducti carnutes: uicis desertis: oppidisq; que  
tolerande hyemis causa constitutis repente exiguis ad necessitatem  
edificatis: incolebāt nup. n. deucti cōplura oppida dimiserāt: dispersi  
confugiunt. Cesar erumpentes eo maxime tempore acerrimas tē/  
pestates: cū subire milites nollet: in oppido carnutū Cenabo castra  
ponit. atq; in tecta: partim gallorum: partimq; coniectis celeriter  
stramentis que tentoriorū integendorum gratia erant medicata:  
milites contegit. equites tamen & auxiliosos pedites in omnes partes  
mittit: quasq; petisse dicebantur hostes. nec frustra: nā plerūq;  
magna preda potiri nostri reuertuntur. oppressi carnutes hyemis  
difficultate: terrore periculi: cum tectis expulsi nullo loco consi/  
stere: diutius auderent: nec siluarū presidio tempestatibus durissimis  
tegi possent: dispersi magna parte amissa suorum: dissipantur in fi/  
nitimas ciuitates. Cesar tempore anni difficilimo: cum satis haberet  
conuenientes manus dissipare: ne quod initium belli nasceretur:  
quantumq; in ratione esset: exploratū haberet: sub tempus estiuorū  
nullum bellum summum posse cōflari. C. Trebonium cum duabus  
legionibus: quas secum habebat: in hybernis cenabi collocauit. ipse  
cum crebris legationibus remorum certior fieret: bellouacos q; belli  
gloria. gallos omnes belgasq; prestabant: finitimasq; usq; ciuitates  
duce Corbeo bellouaco & Commio Atrebate exercitū cōparare:  
atq; in unum locum cogere: ut omni multitudine in fines sueffionū:  
qui remis erant attributi: facerent impressionem: pertinere autem  
non tantum ad dignitatem. sed etiam ad salutem suam: iudicare.  
nullam calamitatem sortis optime de republica meritos recipere:  
legionem ex hybernis reuocat rursus undecimam. Litteras autem  
ad C. Fabium mittit: ut in fines sueffionū: legiones duas: quas ha/  
bebat: adduceret. alteramq; ex duabus a L. Labieno arcessit. Ita  
quātum hybernorum opportunitas: belliq; ratio postulabat: per/  
petuo suo labore inuicē legiōibus: expeditionū munus iniungebat.  
His copiis coactis: ad bellouacos proficiscitur: castrisq; in eorum  
finibus positis: equitum turmas dimittit. in omnes partes: ad aliquos  
excipiendos: ex quibus hostium consilia cognosceret. eques officio  
functi: renuntiant paucos in edificatis esse inuentos: atq; hos: non q;  
agroꝝ colendorum causa remansissent: sed speculandi gratia eēnt  
remissi. a quibus cum quereret Cesar: quo loco multitudo esset bel/  
louacorum: quodq; esset consilium eorū: inueniebat bellouacos  
omnes: qui arma ferre possent: in unum locum conuenisse. Itemq;

V Bellouaci

Ambianos: aulercos: caleros: uellio cassos: Atrebatē: locum castris  
excelsum: in silua circundata palude delegisse. Impedimenta omnia  
in ultiores siluas contulisse. Cōplures esse principes belli autores:  
sed multitudinem maxime Corbeo obtemperare. q; ei summo odio  
esse nomē populi romani intellexissent. Paucis ante diebus: ex his  
castris Atrebatem commium discessisse: ad auxilia germanorum  
adducenda. quorum & uicinitas propinqua: & multitudo esset in/  
finita. Constituisse autem bellouacos omnium principum cōsensu:  
summa plebis cupiditate: si ut diceretur Cesar cū tribus legionibus  
ueniret: offerrent se ad dimicandū. ne miseriore ac duriore postea  
conditione: cū toto exercitu decertare cogerent: si maiores copias  
adduceret: in eo loco permanerent: quem delegissent. pabulatione  
autem: que propter anni tempus cum exigua: cum deiecta eēt: &  
frumentatione: & reliqua comearu: ex insidiis phibere romāos.  
que Cesar consentientibus plurimis: cum cognouisset. atq; ea que  
proponerentur cōsilia: plena prudētie: longeq; a temeritate bar/  
barorum remota eē iudicaret: omnibus rebus inseruiendū statuit.  
quo celerius hostes contempta suorum paucitate: prodirent in  
aciem. singularis enī uirtutis: ueterimas legiōes octauā: & nonam  
habebat. summe spei: delecteque iuuentutis undecimā. que octauo  
iam stipendio: tamen in collatione reliquarum: non dum eandem  
ueteritatis ac uirtutis ceperat opinionem. Itaq; consilio aduocato:  
rebus uis: que ad se essent delate: omnibus expositis: animos mult/  
tudinē confirmat. si forte hostes trium legionum numero posset  
elicere ad dimicandum. agminis ordinem ita constituit: ut legio  
septima octaua nona ante omnia iret impedimenta. deinde omniū  
impedimentorum agmen: quod tum erat mediocre: ut in expedi/  
tionibus esse cōsuevit: cogeret undecima. ne maioris multitudinis  
species accidere hostibus posset: q; ipsi depoposissent. Hac ratione  
poene quadrato agmine instructo: in cōspectu hostium celerius  
opinionem eorum exercitū adducit. Cum repente instructas: uelut  
in acie certo gradu legiones accedere galli uiderunt: quoz; erant  
ad Cesarem plena fidei consilia perlata: siue certaminis periculo  
siue subito aduētu: seu expectatione nostri cōsili: copias instruūt  
pro castris: nec loco superiore decedunt. Cesar & si dimicare opta/  
uerat: tamen admiratus tantam multitudinem hostium: ualle in/  
termissa: magis in latitudinē depressa q; lateparente: castra castris  
hostium confert. Hec imperat uallo pedum. xi. muniri. loricaq;

Ambiani  
Aulerci  
Calerci  
Uellio Cassi  
Atrebatē

Cenabo opp

Vicinitas

reliqua Comarua

Agminis ordo Constituit

Loricula  
munitione  
castrorū





pro hac ratione etiam altitudinis in edificari: fossam duplicem pedum  
denum quinque lateribus deprimi directis: turrel excitari crebras  
in altitudinem trium tabularum: pontibus traiectionis: constratisque  
coniungi: quorum frontes viminea lorica munirentur: ut ab ho-  
stibus duplici fossa: duplici propugnatorum ordine defenderetur.  
quorum alter ex pontibus quo tutior ex altitudine esset: hoc au-  
daci longiusque premitteret tela. Alter quo propior hostium uallo  
collocatus esset: ponte ab insidiosis telis tegetur: portis fores:  
altioresque turrel imposuit. Huius munitionis duplex erat consili-  
um: namque & operis magnitudinem: & timorem suum: sperabat fiducia  
barbaris allaturum: & cum pabulatum: frumentatumque longius esse  
proficiscendum: paruis copiis castra: munitione ipsa uidebat posse  
defendi. Interim crebro paucis utrinque procurrentibus inter bina  
castra: palude interiecta: contendebatur. quam tamen paludem  
nonnunquam aut nostra auxilia: aut gallorum germanorumque  
transibant: acrisque hostes insequiebantur. aut uicissim hostes eodem  
transgressi: nostros longius summouebant. Accidebat autem quo-  
tidianis pabulationibus: id quod accidere erat necesse. cum raris:  
disiectisque ex edificatis pabulum conquireretur: ut impeditis locis  
dispersis pabulatores circumuenirentur. que res & si mediocre detri-  
mentum iumentorum ac seruorum nostris afferebat: tamen stultas  
cogitationes incitabat barbarorum. atque eo magis: quod Commius:  
quem profectum ad auxilia germanorum accersenda docui: cum  
equitibus uenerat. Cesar cum animaduerneret hostem complures  
castris dies: palude & locis natura munitis se tenere: neque oppugna-  
re castra eorum: sine dimicatione perniciosa: nec locum municio-  
nibus claudi: nisi a maiori exercitu posse: litteras ad Trebonium  
mittit: ut quae celerime possit: legionem quartamdecimam: que cum  
T. Sextio legato in biturigibus hyemabat: accerseret: atque ita cum  
tribus legionibus magnis itineribus ad se ueniret. ipse eques inuicem  
remorum ac lingonum: reliquarumque ciuitatum: quorum magnum  
numerum euocauerat: presidio pabulationibus mittit: qui subitas  
hostium incursiones sustinerent. quod cum quotidie fieret ac iam  
consuetudine diligentia minueretur: quod plerumque accidit diutur-  
nitate: bellouaci delecta manu pedum: cognitis stationibus quo-  
tidianis equitum nostrorum: siluestribus locis insidias disponunt.  
Eodemque equites postero die mittunt. qui primam elicerent nostros  
in insidiis: deinde circumuentos aggerederentur. cuius mali fors incidit

Loricula  
viminea

ponte fons

remis: quibus ille dies fungenda muneri uenerat. Namque ut cum repente  
hostium eques animaduertissent: ac numero superiore paucitatem  
contempsissent: cupidius insequuntur impeditibus: undique sunt circumdati.  
quo facto perturbati: celerius quam consuetudo fert equestri prelio: se  
receperunt. amisso Vertisco principe ciuitatis prefecto equitum:  
qui cum uix equo propter etatem posset uti: tamen consuetudine  
gallorum: neque etatis excusatione: in suscipienda prefectura usus  
erat: neque dimicari sine se ualuerat. Inflammantur atque incitantur  
hostium animi secundo prelio: principe remorum interfecto: nostrique  
detrimento admonentur: diligentius exploratis locis: stationes dis-  
ponere: ac moderatius cedentem insequi hostem. Non intermittunt  
interim quotidiana prelia in conspectu utrorumque castrorum: que  
ad uada transitusque fiebant paludis. qua correctione germani: quos  
propterea Cesar traduxerat rhenum: ut equitibus interpositi pre-  
liarentur: cum constantius uniuersi paludem transissent: paucisque in  
resistendo interfectis: pertinacius reliquam multitudinem eunt insecuti  
perterriti non solum ut: qui aut cominus opprimebantur: aut eminus  
uulnerabantur: sed etiam qui longius subsidiari consueverant: nec prius  
fugae fecerunt: quam se: aut in castra suorum reciperent: aut non nulli  
pudore coacti: longius profugerent. Quorum periculo sic omnes  
copie sunt perturbate. ut uix iudicari posset: utrum secundis mini-  
misque rebus insolentiores: an aduerso: mediocri casu: timidiores essent  
Compluribus diebus uisum in castris consumptis: cum propius acces-  
sisset legiones: & C. Trebonium legatum cognouissent: duces bellouacorum  
ueriti similem obsessionem alexie: noctu dimittunt eos: quos etate  
aut uiribus inferiores: aut inermes habebant: unaque reliqua impe-  
dimenta. quorum perturbatum & confusum dum explicat agmen:  
magna enim multitudo carrorum: etiam expeditos sequi gallos  
consuevit: oppressi luce copias armatorum in suis instruunt castris:  
ne prius romani persequi se inciperent: quam longius agmen impedi-  
mentorum suorum processisset. At Cesar: neque resistentes aggrediendos  
tanto collis ascensu iudicabat. neque non usque eo legiones admouen-  
das: ut discedere ex eo loco sine periculo barbari militibus instans:  
non possent. Ita cum palus impedita a castris: castra diuideret: quo  
transeundi difficultas celeritatem insequendi tradere non posset:  
atque id iugum: quod trans paludem pene ad hostium castra premeret:  
mediocri ualle a castris eorum intercisum animaduerneret: portibus  
palude constricta: legiones traducit: celeriterque in summam planitiem

Subsidiari

Constrata palus  
portibus



*Iugum iugi*

iugi peruenit. que declui fastigio duobus ablateribus munitur. ibi legionibus instructis: ad ultimum iugum peruenit: actemq; eo loco constituit: unde tormento missa tela in hostium cuneos cōtici possent. Barbari confisi loci natura: cum dimicare non recusarent: si forte romani subire collem conarentur: ac ipsi paulatim copias distributas dimittere non auderent: ne dispersi perurbarentur: in acie permanserunt. Quorum pertinacia cognita Cesar uiginti cohortibus instructis: castrisq; eo loco metatis muniti iubet castra: ac solitis operibus pro uallo legiones instructas collocat. equites frenatis equis in statione disponit. Bellouaci cum romanos ad insequendum paratos uiderent: neq; pernoctare: aut diutius pmanere sine periculo eodem loco possent: tale consilium sui recipiendi ceperunt: falces ut consuerant. Namq; in acie sedere gallos cōsuesse: superioribus commentariis Cesaris declaratum est. per manus: stramentorum ac uirgularum: quorum summa erat in castris copia: inter se craditos: ante aciem collocauerunt. extremoq; tempore diei: signo pronuntiato incenderunt. Ita continēs flamma: copias omnes repente a conspectu texit romanorum: quod ubi accidit barbari uehementissimo cursu fugerunt. Cesar & si discessū hostiū animaduertere non poterat incendii oppositis: tamen id consiliū cum fuge causa inicum suspicaretur: legiones promouit: & ad insequendum ipse uertit insidias: ne forte in eodem loco subsistere hostis: atq; elicere nostros in locum conaretur iniquum tardius procedit. Equites cum intrare fumum: & flammam densissimam timerēt: ac si qui cupidius intrauerant: uix suoz ipsi priores partes animaduertent: equorum: insidias uertit: liberam facultatem sui recipiendi bellouacis dederunt. Ita fuga timoris: simul caliditatis plena sine ullo detrimento: milia nō amplius decem pgressi: hostes munitissimo loco castra posuerunt. inde cum sepe in insidiis eqtes: peditesq; disponerent: magna detrimenta romanis in pabulationibus inferebant. quod cum crebrius accideret: ex captiuo quodā comperit Cesar Corbeium bellouacorum ducem fortissimorum milia sex pedicum delegisse: equitesq; ex omni numero mille: quos in insidiis eo loco collocarat: quem in locum propter copiam frumētū ac pabuli romanos missuros suspicaretur. Quo cognito consilio legiones plures quam solebat educit: equitatumq; qua consuetudine pabulationibus mittere presidio cōsuerat: premitit. huic interpōit presidia leuis armature: ipse cum legionibus: quam potest maxime

*Consilium bellouacorum ad se fuga respicientium*

*Strumenta uirgularum*

*fuga bellouacorum*

*Tormento*

*Castris munitis*

appropinquet. hostes in insidiis dispositi: cum sibi delegissent campū ad rem gerendam non amplius patentem in omnes partes passibus mille: siluis undiq; aut impeditissimo flumine munitum: uelut in dagine: hunc insidiis circudederunt. explorato hostium consilio: nostri ad preliandum animo: atq; armis parati: cū subsequenibus legionibus nullam dimicationem recusarent: turmatim in eum locum deuenerunt. Quorum aduentu: cum sibi Corbeius oblatam occasionem rei gerende existimaret: primus cum paucis se ostendit: atq; in proximas turmas impetum facit. nostri constanter incursum sustinent: insidiarum neq; plures in unum locum cōueniunt. quod plerunq; equestribus preliis: cum propter aliquem timorem accidit: cum multitudine ipsorum detrimentum accipit. cum dispositis turmis inuicem rari preliarentur: neq; ab lateribus circumueniri suos parerentur. erumpunt ceteri Corbeio preliante ex siluis. fit magna contentione diuersum prelium. quod cum diutius pari martē iniretur: paulatim ex siluis instructa multitudine procedit pedicum: que nostros coegit cedere equites. quibus celeriter subueniunt leuis armature pedites: quos ante legiones missos docuit: turmisq; nostrorum interpolitis constanter preliantur. pugnantur aliquandiu pari conditione. deinde ut ratio postulabat: prelii: qui sustinuerant primos impetus insidiarum: hoc ipso fiunt superiores: q; nullum ab insidiantibus imprudentes acceperant detrimentū. Accedunt propius interim legiones: crebriq; eodem tempore: & nostris & hostibus nuntii afferuntur: Imperatorem instructis copiis adesse. Qua re cognita: presidio cohortium consili nostri acerrime preliantur: ne si tardius rem gessissent: uictorie gloriam communicasse cum legionibus uiderētur. Hostes concidunt animis: atq; itineribus diuersis: fugam querunt: nequicquam. Nam quibus difficultatibus locorum romanos claudere uoluerunt: his ipsi tenebantur. uicti tamen: percussiq; maiori premissa: cōsternati profugiūt. partim siluis partim flumine. q; tñ in fuga a nostris acriter insequentibus cōficiunt. Cum interim nulla calamitate uictus Corbeius excederet plio: siluasq; peteret: haud inuitantibus nostris: ad deditionē potuit adduci: qn fortissime preliando: cōpluresq; uulnerando: cogeret elatos iracūdia uictores in se tela cōicere. tali mō re gesta: recētib; plu uestigiis: ingressus Cesar: cū uictos cāta calamitate existimaret hostes: nūctio accepto

*Insidie*

*Turmatim*

*Victoria romanorum*





locum castrorum relicturos: que non longius ab ea cede abesse:  
plus minus nonem milibus dicebantur. tam&si flumine impeditum  
transitum uidebat: tamen exercitu traducto progreditur. Ac bel/  
louaci reliqueq; ciuitates: repente ex fuga: paucis: atq; his uulne/  
ratis: receptis: qui siluarum beneficio casum euitauerant: om̄ibus  
aduersis cognita calamitate: interfecto Corbeio amisso equitatu:  
& fortissimis peditibus: cum aduentare romanos existimarent:  
consilio repente cantu tubarum conuocato: cōclamant ut legati:  
obsidesq; ad Cesarem mittantur. Hoc omnibus probato consilio  
Commius Atrebas ad eos confugit germanos a quibus ad id bellū  
auxilia mutuatus erat. Ceteri e uestigio mittūt ad Cesarē legatos  
petuntq; ut ea pena sit contentus hostium: quam si sine dimicatioe  
inferre itegris posset: p̄ sua clemētia: humanitateq; nunq̄ p̄fecto  
esset illaturus. afflictas opes equestris plio bellouacoz esse: delec/  
torum peditum multa milia interisse: uix refugisse nuncios cedis:  
tamen magnum: ut intanta calamitate bellouacos eo prelio com/  
modum esse consecutos: q̄ Corbeius auctor: belli: concitator multi/  
tudinis: esset interfectus. Nunquam enim senatum: tm̄ in ciuitate  
illo uiuo: quantum imperitam plebem potuisse. Hec orantibus  
legatis: commemorat Cesar: eodem tempore superiore anno: bel/  
louacos ceterasq; gallie ciuitates: suscepisse bellum pertinacissime.  
hos ex omnibus in sententia permanisse. neq; ad sanitatē reliquoz  
deditione esse perductos. Scire atq; intelligere se causam peccati  
facillime mortuis delegari. neminem uero cācum pollere: ut inuitis  
principibus: resistente senatu: omnibus bonis repugnantibus: in/  
firma manu plebis: bellum concitare & gerere posset. Sed tamē se  
contentum ea pena: quā sibi ipsi contraxissent. Nocte insequēti:  
legati responsa ad suos referunt: obsides conficiunt. Concurrent  
reliquaz ciuitatum legati: qui bellouacorum speculabant euen/  
tum: obsides dant: imperata faciunt. excepto Commio quem timor  
prohibebat cuius q̄ fides suam committere salutem. Nam superi/  
ore anno. T. Labienus Cesare in gallia citeriore ius dicente: cū  
Commius comperisset: sollicitare ciuitates: & coniurationē contra  
Cesarem facere infidelitatem eius sine ulla perfidia iudicauit com/  
primi posse. quē q̄ nō arbitrabatur uocatum in castra uenturum  
ne tentando cautiorem faceret. C. Volusenum Quadratum misit:  
qui cum per simulationem colloqui curaret interficiendum. Ad

Legati obsidesq; Cesarē  
mittunt

Verba legatorū

Cesaris responsio

Delegari p̄ deputari

Causa quare Commius  
corā Romanis comperere  
nō uidebat

confugit

Contra

eam rem delectos idoneos ei tradidit centuriones: cū in colloquium  
uentum esset: & ut conuerat: manum Commii Voluscenus arri/  
pisset. centurio uelut insueta re p̄motus: celeriter a familiaribus  
prohibitus Commii: conficere hominem non potuit: grauius tamē  
primo ictu gladio percussit. Cum utrinq; gladii districti essent: nō  
tam pugnandi: quam diffugiendi: fuit utrorunq; consiliū. nostroz  
q̄ mortifero uulnere Commium credebant affectum. gallorum q̄  
insidias cognitis: plura q̄ uidebant: extimescebant. Quo facto sta/  
tuisse Commius dicebatur: nunquam in conspectu cuius q̄ romani  
uenire. Bellicosissimis gentibus deuictis Cesar cum uideret nullam  
iam esse ciuitatem: que bellum id pararet: quod sibi resisteret: sed  
nonnullos ex oppidis demigrare: ex agris effugere: ad presens im/  
perium euitandum: plures in partes exercitum dimittere cōstituit  
M. Antonium questorem: cum legione duodecima sibi coniungit  
C. Fabium Legatū cum cohortibus uiginti quinque mittit in diuer/  
sissimam partē gallie: q̄ ibi quasdam ciuitates in armis esse: audiebat  
neq; C. Caninium Rebilium legatum: qui in illis regionibus p̄erat  
satis firmas duas legiones habere existimabat. T. Labienum ad se  
uocat. Legionem autem duodecimam: que cum eo fuerat: in hy/  
bernis in togatam galliam mittit: ad colonias ciuium romanorum  
tuendas: nequod simile incommodum accideret de incurSIONE bar/  
barorum: ac superiore estate Tergestinis acciderat: qui a repētino  
latrocinio: atq; impetu in colle illorum erant oppressi: ipse adua/  
standos depopulandosq; fines Ambiorigis proficiscitur. quem per/  
territum: atq; fugientem cum redigi in suam potestatē desperasset:  
p̄ximū sue dignitati esse ducebat: adeo fines eius uastare: ciuitibus:  
edificiis: pecore ut odio suorū Ambiorix: siquos fortuna reliquos  
fecisset: nullum reditum propter tantas calamitates haberet in ci/  
uitatem. Cum in omnes partes finium Ambiorigis: aut legiones:  
aut auxilia dimisisset: atq; oīa cedibus: incendiis: rapinis: uastasset.  
magno numero hominum interfecto: aut capto: Labienum cum  
duabus legionibus in treuros mittit: quorum ciuitas propter ger/  
manie uicinitatem: quotidianis exercitata bellis: cultu & feritate  
nō multum a germanis differebat. neq; imperata unq̄ nisi exercitu  
coacta faciebat. interim. C. Caninius legatus: cū magnam multi/  
tudinem conuenisse hostium in fines pictonum litteris nuntiusq;  
Duratii cognouisset: qui p̄petuo in amicitia māserant romanoz:

Conficere .i. interficere

Bellicosissime gentes bel

Diuisio exercitus a Cesa

Tergestinis

pictones





cum pars quedam ciuitatis eius defecisset: ad oppidum lenomē con-  
tendit. quo cum aduentaret: atq; ex captiuis cercius cognoscere  
multis hominū milibus: Dūnaco duce andiū duratiū clausū lemone  
oppugnari: neq; infirmas legiōes hostibus cōmittere auderet castra  
posuit loco munito. Dūnacus cū appropinq̄re Caniniū cognouisset  
copiis oībus ad legiōes cōuersis: castra romanoꝝ oppugnare insti-  
tuit. Cū cōplures dies ī oppugnationē cōsumpisset: & magno suoꝝ  
detrimento: nullā partē munitionū conuellerē potuisset: rursus ad  
obsidendū lemone rediit. eodem tempe. C. Fabius legatus cōplures  
ciuitates ī fidē recipit. obsidibus firmat. litterisq; C. Canini certor  
fit que in pictonibus gerantur. Quibus rebus cognitis pficiscit ad  
auxiliū Duratio ferendū. ac Dumnacul aduentu Fabii cognito:  
desperata salute si tempore eodē coactus esset: & romanū externū  
sustinere hostem: & respicere ac timere oppidanos repente eo ex  
loco cū copiis recedit: nec se satis tutū fore arbitratur: nisi flumine  
ligeri: qđ erat ponte: ppter magnitudinem transeundum: copias  
traduxisset. Fabius & si nondū in cōspectu uenerat hostis: neq; se  
Caninio coniunxerat: tamen doctus ab illis: qui locoꝝ nouerant  
naturam: potissimum credidit hostes pterritos: non eū locū quem  
petebant: petituros. Itaq; cū copiis ad eundem pontem contendit.  
equitatūq; tantū procedere ante agmen impat legionū: quantum  
processisset: sine defatigationē equorū: in eadē se reciperēt castra.  
Cōsequuntē equites nostri: ut erat preceptum: inuaduntq; Dūnaci  
agmē: & fugientes pterritosq; sub sarcinis in itinere aggressi: magna  
preda: multis interfectis potiuntē. Ita re bene gesta se recipiūt in  
castra. insequentis nocte Fabius equites pmittit: sic paratos: ut cō-  
fligerent: atq; omne agmē morarent. dū consequeret ipse: cuius  
preceptis ut res gereret. Q. Titianus Varus: prefectus equitum:  
singularis & animi: & prudentie uir: suos hortatur: agmenq; hostiū  
secutus: turmas partim idoneis locis disponit. partim eq̄tum preliū  
committit. Confligit audacius equitatus hostiū: succedentibus sibi  
pedibus: qui toto agmine subsistentes equitibus suis cōtra nostros  
ferūt auxiliū. fit plū acri certamine. nanq; nostri cōtemptis p̄die-  
superatisq; hostibus: cum subsequi legiones meminissent: & pudore  
cedendi: & cupiditate per se conficiendi preli: fortissime contra  
pedites preliant. hostesq; nihil āplius copiaz accessuz credentes:  
ut pridē cognouerant: delendi equitatus nostri nacti occasione

Dumnacus dux castra  
romanoꝝ oppugnare  
iussit

Carmen acie

uidebant: cū aliquandiu summa contentione dimicare. Dūnacus  
instruit aciem: que suis esset equitibus inuicem presidio: cum repēte  
conferte legiōes in cōspectu hostiū ueniūt. qbus uisus perculse bar-  
barorum turme ac pterrite: acies hostiū p̄urbato īpedimētoꝝ  
agmine: magno clamore discursuq; passim fuge se mādāt. ac nostri  
eq̄tes q pauloante: cum resistentibus fortissime constiterant: leticia  
uictorie elati magno undiq; clamore sublato: cedentibus circūfusi:  
q̄ntū equoꝝ uires ad p̄sequendū: dextre q; ad cedendū ualēt tantū  
eo prelio interficiūt. itaq; amplius milibus. xii. aut armatorū: aut  
eorum: qui eo tēpore arma protecerant interfectis: om̄is multitudo  
capitur impedimentorum. Qua ex fuga cum constaret Draperem  
Senonē: q ut p̄mū defecerat gallia: collectis undiq; pdictis hōibus:  
seruis ad libertatem uocatis: exulibus omniū ciuitatum receptis: la-  
trocinis impedimēta & cōmeatus romanoꝝ interceptat: nō āplius  
hominū milibus ex fuga. v. collectis puincia petere: unaq; cōsiliū  
cū eo luteriū Cadurcū cepisse: que in superiori cōmentario: p̄ma  
defectione gallie facere in puincia uoluisset impetū: cognitum est:  
Caninius legatus. cū legionibus duabus ad eos p̄sequēdos cōtendit:  
ne detrimento: aut timore prouicie: magna infamia perditoz ho-  
minū latrocinis caperet. C. Fabius cū reliquo exercitu ī carnutes  
reliquisq; proficiscitur ciuitates: quarū eo prelio qđ cū Dumnaco  
faceret: copias eē accitas sciebat. Nō enim dubitabat: quin recenti  
calamitate sūmissiores eēnt future dato uero spatio ac tēpore eo/  
dē instigāte Dūnaco possent cōcitari q̄ in re sūma felicitas celeri-  
tasq; in recipiēdis ciuitatibus Fabium cōsequatur. nā carnutes q sepe  
uexati nunq̄ pacis fecerant mētionē datis obsidibus ueniunt in de-  
ditionem: ceteraq; ciuitates posite in ultimis gallie finibus Oceano  
cōiuncte. que armorice appellantē: autoritate adducte carnucū:  
aduentu Fabii legionumq; imperata: sine mora: faciunt. Dumna-  
cus suis finibus expulsus errans latransq; solus: extremas gallie  
regiones petere coactus est. At Drapes unaq; Luterius cum legi-  
ones: Caniniumq; adesse cognoscerent: nec se sine certa pernicie:  
persequente exercitu putarent prouicie fines intrare posse: nec  
tam libere uagandi: latrociniorumq; faciendorum facultatem ha-  
berent: in finibus se constituunt cadurcorum. Ibi cum Luterius  
apud suos ciues quondam integris rebus multum potuisset: sempq;  
autor nouoz cōsilioꝝ: magnā apud barbaros autoritatē haberet  
oppidū uxellodonū qđ ī clientella fuerat: eius egregie natura loci

Victoria Romanoꝝ

Draperes Seno luto

Luterius Carnutes

Sarcina

Carnutes romanis soci

Armorice ciuitate  
oceanico conuicta d.

Cadurcorum fines

Uxellodonū oppidū  
in eā clientella





munitum occupat suis & Drapetis copiis oppidanosq; sibi coniungit. Quo cum confestim. C. Caninius uenisset admauerteretq; oēs oppidi partes: praperrissimis saxis eē munitis: q; defendēte nullo: tñ armatis ascendere esset difficile: magna aut impedimēta oppidanorū uideret: que si clandestina fuga subtrahere conarent: effugere nō mō equatū: sed ne legiones qdē possent: tripartito cohortibus diuisis: trina excelssimo loco castra fecit: a quibus paulatim castra q̄ntū copie pactebant: uallū in oppidi circuitu ducere instituit. Quod cum admauerterent oppidani miserimāq; alexie memoria solliciti: similitē casū obsessiōis uererent. Maximeq; ex omnibus Lutertius: q; fortunū illius piculū fecerat: moneret rationē frumētū esse habēdā: cōstituunt oīm cōsensu: parte ibi relicta copiarū. ipsi cū expeditis: ad importandū frumentum p̄ficisci. Eo consilio probato: proxima nocte duobus milibus armatorum relictis: reliquos ex oppido Drapes & Lutertius educunt. It paucos dies morati ex finibus caurcorū: qui partim re frumētaria subleuare eos cupiebant: partē prohibere quo minus sumerent: non poterant magnum numerum frumenti comparare. Nonnunq̄ autem expeditionibus nocturnis castella nostrorum adoriuntur. Quā ob causam. C. Caninius toto oppido munitiones circumdare conatur: ne aut opus effectū tueri non posset: aut plurimis in locis infirma disposita presidia haberet magna copia frumenti comparata: confident Drapes & Lutertius non longius ab oppido. x. milibus: unde paulatim frumentum in oppidum supportarant: ipsi inter se prouincias partiunt. Drapes castris presidio cū parte copiarū restitit: Lutertius agmen iumentorū ad oppidū adducit. dispositis ibi presidis: hora noctis arciter decia: siluestribus angustissimisq; itineribus frumentū importari i oppidū instituit. quorum strepitum uigiles castrorum cum sensissent: exploratoresq; missi que agerentur renuntiassent. Caninius celeriter cum cohortibus armatis ex proximis castellis infrumentarios sub ipsam lucem impetum fecit. ii rep̄tino malo perterriti diffugiunt ad sua presidia. que nostri ut uiderūt: acrius cōtra armatos incitati neminem ex eo numero uiuum capi patiuntur. Profugit inde cū paucis Lutertius: nec se recipit in castra. Re bene gesta: Caninius ex captiuis comperit partem copiarū: cum Drapete esse in castris a milibus non longe amplius. xii. qua re ex compluribus cognita: cū intelligeret fāgato duce altero p̄territos reliquos facile opprimi posse: magne felicitatis esse arbitrabat: neminem ex cede refugisse

in castra: qui de accepta calamitate nuntium Drapeti perferret. Sed in experiendo cum periculum nullū uideret: equitatū omnē germanosq; pedites summe uelocitatis homines ad castra hostium premitit. Ipse legionem unam intra castra distribuit. alteram secū expeditam ducit. Cū propius hostē accessisset: ab exploratoribus quos p̄miserat: cognoscit castra eorū ut charbarorū fere cōsuetudo est: relictis locis superioribus ad ripas esse fluminis demissa. Ac germanos equitesq; imprudentibus omnibus de improviso aduolasse & preliū cōmisisse. Qua re cognita: legionem armatā instructāq; adducit. ira repente omnibus ex partibus signo dato: loca superiora capiuntur. quod ubi accidit: germani equitesq; signis legionis uisis uehementissime preliant. confestim cohortes undiq; impetū faciūt. omnibus aut interfectis: aut captis: magna preda potiunt. Capitur ipse eo prelio Drapes Caninius felicissime re gesta: sine ullo pene militis uulnere: ad obsidendos oppidanos reuertit. externoq; hoste deleto: cuius timore antea diuidere p̄sidia: & munitiōe oppidanos circumdare p̄hibitus erat: opa undiq; imperat administrari. Venit eodem cum suis copiis postero die. C. Fabius: partēq; oppidi sumit ad obsidendum. Cesar interim. M. Antonium questorem cum cohortibus. xv. in belgis relinquit: nequa rursus nouorum cōsilio: capigendorum belgis facultas daretur: ipse reliquas ciuitates adic: obsides plures imperat: timentes omnium animos cōsolatione facta sanat. Cum in carmites uenisset: quorum in ciuitate superiore cōmentario cesar exposuit initium belli esse ortum: q; precipue eos propter cōscientiam facti timere aduertebat: quo celerius ciuitatē liberaret: principem sceleris illius & concitatore belli Gutruatū: ad supplicium deposcit. qui & si non ciuibus qdē suis se cōmittebat: tamen celeriter omnī cura questus in castra perducitur. Cogit in eius supplicium cesar contra naturam suam: concursū maximo militū: qui omnia pericula & detrimenta belli a Gutruato accepta referebant. adeo ut uerberibus examinatū corpus securi feriret. Ibi crebris litteris Canini fit certior: que de Drapete & Lutertio gesta essent: quoq; in consilio permanerent oppidani: quorum & si paucitatem contemnebat: tamen pertinaciam magna pena esse efficiendam iudicabat: ne uniuersa gallia nō ibi uires defuisse ad resistendum romanis: sed constantiam putare: neue hoc exemplo cerere ciuitates locorum opportunitate frere: se uindicarent in libertatē: cum omnibus gallis notum esse sciret: reliquā esse unam

Victoria romanorū

Drapes luro capit

prudencia Cesaris in uictis  
uenidos aios gallos q; con  
firmandos

Gutruatū p̄ncipē ad sup  
cū cesar deposcit

Cesaris Clementia





estatem sue punitae: quam si sustinere possent: nullum ultra piculū uererentur. Itaq; C. Calenum legatum cum legionibus reliquit: qui iustis itineribus subsequeretur. Ipse cum omni equitatu: q̄ p̄c̄ celerrime ad Caninium contendit. cum contra expectationē oīm cesar uxellodunū uēisset: oppidūq; operibus clausū aimaduerteteret: neq; ab oppugnatione recedi uideret ulla conditione posse. magna autē copia frumenti abūdare oppidanos: ex perfugis conuenisset: aqua prohibere hostem temptare cepit. flumen infimam uallem diuidebat: que pene totum montem cingebat. in quo positum erat pruptū undiq; oppidū uxellodunum. Hoc aduertere loci natura prohibebat. in infimis enim sic radicibus montis ferebat: ut nullam in partem depressis fossis deriuari posset. Erat autem oppidanis difficilis & preruptus eo descensus: ut phibentibus nostris sine uulneribus ac periculo uite: neq; adire flumen: neq; arduo se recipere possent ascensu. Qua difficultate eorum cognita: cesar sagittariis fundatoribusq; dispositis: tormentis etiam quibusdam locis contra facilimos descensus collocatis: aqua fluminis phibebat oppidanos. quorum postea omnis multitudo aquatū unum in locū uēiebant. sub ipsius oppidi murum: ubi magnus fons aque prorumpbat. ab ea parte que uere pedū. ccc. interuallo fluminis circuitu uacabat. Hoc fonte prohiberi posse oppidanos cum optarent reliqui: cesar unus uideret non sine magno periculo: e regione eius uineas agere aduersus montem: & aggerem instruere cepit: magno cum labore & continua dimicatione. Oppidani enim loco superiore decurrūt: & eminus sine periculo preliantē. multosq; pertinaciter succedentes uulnerant: non deterrentur tamen milites nostri uineas proferre & labore atq; operibus locorum uincere difficultates. Eodē t̄pre cuniculos tectos ad aggeres ac uineas agunt ad caput fontis. quod genus operis sine ullo periculo: & sine suspicionē hostium facere licebat. Extruitur agger in altitudinem pedum sex: collocatur in eo turris. x. tabularum: non quidem que menibus equaretur: id enim nullis operibus effici poterat: sed que supare fōtis fastigiū posset. Ex ea cum tela tormentis iacerentur ad fontis aditum: nec sine periculo possent aquari oppidani: non tantum pecora atq; iumenta: sed etiam magna hostium multitudo consumebatur. quo malo perterriti oppidani: cupas seuo pice scandulis complent. eas ardentes in opere puoluunt. Eodem tempore acerrime preliat: ut ab incendio restinguēdo: dimicationis periculo deterreat romāos.

Fluminis phibitio

Vineas Tormenta

Cuniculi

Cupas seuo pice

opere: instrumenta bellica

Magna repente ex ipsis operibus flamma exitit. quecunq; enim per locum precipitē missa erant: ea uineis & aggeres suppressa cōprehendebāt idipsum quod morabatur. Milites contra nostri: q̄q̄ periculoso genere prelii locoq; iniquo premerentur: tamen omnia fortissimo sustinebant animo. Res enim gerebat & excelso loco: & in cōspectu exercitus nostri: magnusq; utrinq; clamor oriebat: ita ut q̄sq; poterat maxime insignis: quo notior testatorq; uirtus esset eius: telis hostium flāmeq; se offerebant. Cesar cum cōplures suos uulnerari uideret: ex oībus oppidi partibus: cohortes mōtem ascendere: & simulatione menium occupandorum: clamorē undiq; iubet tollere. Quo facto perterriti oppidani: cum quid ageretur in locis reliquis essent ignari: suspensū reuocant ab impugnantis operibus armatos: murisq; disponunt. Ita nostri sine prelii facto celeriter: opera flamma comprehensa partim restinguunt: partim rescindūt: partim interficiunt. Cū pertinaciter resisterēt oppidani magna etiam parte amissa siti suorum: in sententia permanebant. Ad postremū cuniculus uene fontis intercise sunt atq; auerse: quo facto repente perennis exaruit fons: tantamq; attulit oppidanis salutis desperationē: ut id non hominū consilio: sed deorum uoluntate factū putarent. Itaq; se necessitate coacti tradiderunt. Cesar cum suam lenitatem cognitam omnibus sciret: neq; uereretur neq; crudelitate nature uideretur asperius fecisse: neq; exitum cōsilioꝝ suorum aimaduerteteret: si tali ratione diuersis in locis plures cōsilia inissent: exemplo supplicii deterrendos reliquos existimauit. Itaq; omnibus qui arma tulerant manus precipit: uitamq; concessit: quo testator esset pena improboꝝ. Drapes quem captū eē a Caninio docui: siue indignatione & dolore uinculoꝝ: siue timore grauioris supplicii: paucis diebus cibo se abstinuit: atq; ita interit. Eodem tempore Luterius quem profugisse ex prelio scripsi: cū in p̄tatem uenisset Epasnacti Aruerni: crebro enim mutandis locis: multorū fidei se commendabat: q̄ nusq; sine periculo moraturus uidebatur: cum sibi contius esset: q̄ inimicum deberet cesarem habere. Hunc Epasnactus Aruernus: amicissimus po. ro. sine dubitatione ulla: uinctū ad cesarem deduxit. Labienus interim intreuiris equestre prelium fecit secundum: cōpluribus treuiris interfectis & germāis: qui nullis aduersos romanos auxilia denegabāt: principes eorum uiuos in suam redegit potestatem. atq; in uis Surum Hedui: qui & uirtutem: & generis summam nobilitatem habebat. solusq; ex

oppugnatione oppidi

siti moriebant oppidani

Cuniculi

Supplicii oppidanorum

Luterius cesari offer

Surus hedui





heduis ad id tempus permanerat in armis. Ea re cognita cesar: cum in omnibus partibus gallie bene res gestas uideret: iudicaretque superioribus estiuis galliam deuictam & subactam esse: aquitaniaque nunquam ipse adisset per. P. Crassum quadam ex parte deuicisset: cum duabus legionibus in eam partem gallie est profectus: ut ibi extremum tempus consumeret estiuorum. Quam rem sicut cetera: celeriter feliciterque confectae. namque omnes aquitaniae ciuitates: legatos ad cesarem miserunt. osidesque ei dederunt. Quibus rebus gestis: ipse cum equitum presidio narbonem profectus est. exercitum per legatos in hyberna deduxit. quattuor legiones in belgio collocauit. cum M. Antonio. & C. Trebonio. & P. Vatino legatis: duas legiones in heduos deduxit: quorum in omni gallia summam esse auctoritatem sciebat. duas in turones ad fines carnutum posuit: que omnem illam regionem coniunctam oceano continerent. Duas reliquas in lemouicum finibus non longe ab Aruernis: nequa pars gallie uacua ab exercitu esset. Paucos dies ipse in prouincia moratus: cum celeriter omnes conuentus percurrisset. publicas controuersias cognouisset. benemeritis premia tribuisset: cognoscendi enim maximam facultatem habebat: quali quisque fuisset animo: in totius galliae defectione: quam sustinuerat: fidelitate atque auxiliis prouitiae illius confectis rebus: ad legiones in belgium se recipit. hybernatque nemetocerne. Ibi cognoscit Commium Atrebatem: praetor cum equatu suo contendisse. Nam cum Antonius in hyberna uenisset: ciuitasque atrebatum in officio esset Commius qui post illam uulnerationem quam supra commemorauimus: semper ad omnes motus paratus suis ciuibus esse consueisset: ne consilia belli querentibus: auctor armorum duxque deesset: parente romanis ciuitate: cum suis equitibus: se suosque latrocinium alebat. In festisque itineribus comitatus complures qui comportabantur in hyberna romanorum interceptabat. Erat atque tributus Antonio praefectus equitum. C. Volusenus quadratus: qui cum eo hybernat. hunc Antonius ad persequendum equitatum hostium mittit. Volusenus ad eam uirtutem: que singularis erat in eo: magnum odium Commii adiungebat: quo libentius id faceret: quod imperabatur. Itaque dispositis insidiis: eius sepius equites aggressus: secunda praedia faciebat. Nouissime cum uehementius contenderetur: ac Volusenus ipsius interceptanda Commii cupiditate: pertinacius cum paucis insequutus esset: ille autem fuga uehementi: Volusenum produxisset longius: repetere omnium suorum inuocat

Narbona

Turones

lemouicum finis

Nemetocerne hybernat

fidem: atque auxilium: ne sua uulnera per fidem interpositam: paterentur impunita: conuersoque equo se a ceteris incautus premitte in praefectum. Faciunt hoc idem omnes eius eques: paucosque nostros conuertunt. atque insequuntur. Comius incensum calcaribus equum coniungit equo quadrati: lanceaque infesta magnis uiribus medium femur traicit Voluseni. praefecto uulnerato non dubitant nostri resistere: & conuersis equis hostem pellere. Quod ubi accidit: complures hostium magno nostrorum impetu percussis uulnerantur & praeterea in fuga praerunt: partim intercepti. Quod ubi malum dux equi uelocitate uitauit: ac si praetor secundo grauius ab eo uulneratus: praefectus ut uite periculum aditurus uideret: refert in castra. Comius autem siue expiato dolore suo: siue magna parte amissa suorum. legatos ad Antonium mittit. sequitur ibi futurum ubi praescripserit: & ea facturus que imperauerit: obsidibus firmat. Vnum erat illud: ut timori suo concedat: ne in conspectu ueniat cuiusque romani. Cuius postulationem Antonius cum iudicaret ab iusto nasci timore: ueniam petenti dedit. obsides accepit. Scio cesarem singulorum annorum singulos commentarios fecisse quod ego non existimaui mihi faciendum. propterea quod insequens annus. L. Lentulo & C. Marcello consulibus: nullas habet gallie magnae res gestas: neque tamen ignoraret quibus in locis cesar: exercitusque eo tempore fuissent pauca scribenda coniungendaque huic commentario statuit. Cesari cum in belgio hyemaret: unum illud propositum habebat: continere in amicitia ciuitates: nulli spe aut causam dare armorum. nihil enim minus uolebat: quam sub discessu suo necessitate sibi aliquam imponi belligerandi: ne cum exercitum deducturus esset: bellum aliquid relinqueret: quod omnis gallia libenter sine presenti periculo susciperet. Itaque honorifice ciuitates appellando praecipue maximis premiis afficiendo: nulla onera imponendo: defessam tot aduersis praesens galliam: conditione praecedenti meliore: facile in pace continuit. Ipse hybernis praetibus: contra consuetudinem in italia maximis itineribus est praefectus: ut municipia & colonias appellaret: quibus M. Antonii quaestoris sui commendauerat sacerdotum petitionem. Contendebat enim gratia cum libenter pro hoste coniunctissimo: quem paulo ante praemiserat ad petitionem. tum acriter contra factionem & potentiam paucorum: qui M. Antonii repulsa cesaris decedentis gratiam conuellere cupiebant. Huc & si augurem praesens factum: quod italia attineret in itinere audierat: tamen non minus iustam sibi causam municipia & colonias aduersum: existimaui: ut ut gratias ageret: quod frequentiam atque officium suum Antonio praestitissent. simulque se & honorem suum

pugna comij & qd dicitur  
uulneris in qd Comius  
qd dicitur uulneris

Verba Oppii

Comitatus

Cesar in italia praefectus  
est





insequentis anni commendaret petitione. propterea q̄ insolenter  
aduersari sui gloriarentur. L. Lentulū & C. Marcellū cōsules  
creatos: qui omnē honorē & dignitatē cesaris spoliaret. ereptum  
Sergio Galbe cōsulatū: cū il multo plus gratia suffragiū ualuisse  
q̄ sibi coniunctus & familiaritate & necessitudine legationis esset.  
Exceptus ē cesaris aduentus ab oībus municipiis & coloniis incredi-  
bili honore: atq; amore. Tum. n. p̄mum ueniebat ab illo uniuerso  
gallie bello. nihil reliquebat qd̄ ad ornatū portarū itineꝝ: locoꝝq;  
oīm: q̄ cesar iturus erat excogitari posset. Cū liberis oīm multitudo  
obuiā p̄cedebat. Hostie oībus locis imolabant. Tricliniis stratis  
fora: tēplaq; occupabantur: ut uel expectatissimi triumphi leticia  
p̄cipi posset. Tanta erat magnificētia apud opulētiores: cupiditas  
apud hūiliores. Cū oēs regiōes gallie togate cesar p̄currisset: sūma  
cū celeritate ad exercitū nemetocēnā rediit. legiōibusq; ex oībus  
hybernis ad fines treuitorū aduocatis: eo p̄fectus ē. ibiq; exercitū  
lustrauit. T. Labienū gallie togate p̄fecit. quo maiore cōmen-  
datione cōcialiareē ad cōsulatū petionē. Ipse tm̄ itineꝝ faciebat:  
q̄tū satis eē ad munitiōē locoꝝ: p̄pter salubritatē existimabat.  
Ibi q̄q; crebro audiebat Labienum ab inimicis suis sollicitari: cer-  
tiorq; fiebat: id agi paucoꝝ cōsiliis: ut iterposita senatus autoritate  
aliq̄ p̄te exercitus spoliaret: tm̄ neq; de Labieno credidit q̄q;. neq;  
cōtra senatus autoritatē: ut aliqd̄ faceret potuit adduci. Iudicabat  
enī liberis sentētiis: P. C. causā suā facile obtineri. Nā. C. Curio.  
tri. ple. cū cesaris cām dignitatēq; defēdendā suscepisset: sepe erat  
senatui pollicitus siquē timor armorū cesaris lederet: & qm̄ Pōpei  
dñatio atq; arma nō minimū in foro terrorem ferrent: discederet  
uterq; ab armis. exercitusq; dimitteret. fore eo facto liberā & sui  
uiris ciuitatē. neq; hoc tm̄ pollicitus est: sed etiā per se discessionem  
facere cepit. quod ne fieret: oīes amici Pompeii iusserunt. atq; ita  
rem moderando discesserunt. Magnum hoc testimonium senatus  
erat uniuersi. cōueniensq; superiori facto. Nā Marcellus p̄ximo  
anno cum impugnaret cesaris dignitatem: contra legem Pompeii  
& Crassi: retulerat ante tempus ad senatum: de cesaris prouitiis:  
sententiisq; dictis: discessionem faciente Marcello: qui sibi omnem  
dignitatem ex cesaris inuidia querebat: senatus frequens in oīa  
alia transiit. quibus non frangebantur animi inimicorum cesaris:  
sed ad monebantur: quo maiores pararent necessitudines: quibus  
cogi posset senatus id probare: quod ipsi constituisent. Sic deinde

Tricliniis

Labienus a Pompeio  
sollicitabatur

C. Curius

S. C. ut ad bellum parthicum legio una a Gn. Pompeio: altera  
a C. cesare mitterentur. neq; obscure be due legiōes uni cesari de-  
trahuntur. Nam. Cn. Pompeius legionem primā quā ad cesarem  
miserat: cōfectā ex delectu p̄uitie: cesari eā tanq̄ ex suo numero  
dedit. Cesar tamen cum de uoluntate aduersariorum se expoliari  
nemini dubium esset: Pompeio legionem remisit. & suo nomīe. xv.  
legionem quā in gallia habuerat citiore ex. S. C. et iubet tradi:  
In eius locum. xii. legiōē in Italiam mittit: que presidia tuere ē.  
ex quibus presidis. xv. deducebatur. Ipse exercitum distribuit:  
per hyberna. C. Trebonium cū legiōibus. iiii. in belgio collocat.  
C. Fabium cum totidem in heduos deducit Sic enim existimabat  
tutissimam fore galliam: si belge: quorū maxima uirtus: & hedui  
quorum autoritas summa esset: exercitibus continerentur. Ipse in  
italiā profectus est. Quo cū uenisset: cognoscit p. M. Marcellum  
cons. legiōes duas a se remissas: que ex. S. C. deberēt ad parthicū  
bellum ducti. Cn. Pompeio traditas: atq; in italia retētas esse. Hoc  
facto: q̄q; nulli erat dubium: quin arma contra cesarē paterent:  
tamen eo cesar omnia patiēda esse statuit: q̄ sibi spes aliqua re-  
linqueretur: iure potius disceptandi: q̄ belligerendi.

C. Iulii Cesaris belli ciuili  
Pōpeiani cōmētariū p̄mus.

Interis a Fabio. C. cesaris consulibus redditis:  
egre ab eis impetratum est: summa tri. ple. con-  
tentione ut in senatu recitarentur. Vt uero  
ex litteris ad senatū referretur impetrari nō  
potuit. Referūt consules de repub. in ciuitate  
L. Lentulus consul senatui rei: pub. se non  
defuturum pollicetur. si audacter ac fortiter  
sententias dicere uelint: Sin cesarem respiciant: atq; eius gratiam  
se q̄nē: ut superioribus fecerūt tēporibus: se sibi consiliū captū  
neq; senatus autoritati obtemperatū. habere se quoq; ad cesaris  
gratiam atq; amicitiam receptum. In eādē sententiam loquitur  
Scipio. Pompeio esse in animo rei: pub. nō deesse: si senatus sequat̄  
si contetur aut agat lenius: nequa q̄ eius auxilium si postea uelit:  
senatum imploraturum. Hec Scipionis oratio: q̄ senatus in urbe  
habebat: Pompeiusq; aderat: ex ipsius ore Pōpei mitti uidebat̄.

Legio pompeii qui ad C.  
venerat: repetit

Contra Cesarē due legi-  
ones a Pompeio traditae





Dixerat atq; lentiorē sententiā: ut p̄mo. M. Marcellus ingressus  
in eam orationem: non oportere ante de ea re ad senatum referri:  
q̄ delectus tota Italia habuit: & exercitus cōscripti eēnt: quo p̄sidio  
tuto & libere: que uellet sēatus decernere auderet. ut. M. Calidius:  
qui censebat ut Pompeius in suas prouintias profiscisceretur. neq;  
eēt armoz causa: timere cesarē correptis ab eo duabus legionibus  
ne ad eius periculum reseruare & retinere eas ad urbem Pōpeius  
uideretur ut. M. Ruffus qui sententiā Calidi paucis fere mutatis  
uerbis sequebatur. It omnes conuictio. L. Lentulus cons. correpti:  
exagitabantur. Lentulus sententiā Calidi pronuntiatum se  
omnino negauit. Marcellus perterritus conuictus a sua sententiā  
discessit. Sic uocibus consulis: terrore p̄sentis exercitus: minis ami/  
corum Pompei: pleriq; cōpulsis inuicti & coacti: Scipionis sententiā  
sequuntur. uti ante certam diem cesar exercitum dimittat. Si nō  
faciat: eum ad uersus rempublicā. facturū uideri. Intercedit. M.  
Antonius. Q. Cassius tri. ple. refertur confestim de intercessione  
tri. dicuntur sententię graues: ut quisq; acerbissime crudelissimeq;  
dixit. ita q̄ maxime ab inimicis cesaris collaudat. Misso ad uesperū  
senatu: omnes qui sunt eius ordinis a Pompeio euocantur. Laudat  
Pōpeius: atq; imposterū cōfirmat. segniores castigat atq; incitat.  
multi undiq; ex ueteribus Pompei exercitibus: spe p̄miorum atq; a  
cesare ordinum euocāt. multi ex duabus legionibus: que sūt tradite  
accersuntur. Complectur urbs ad ius comitorum. tri. ple. C. Curio  
euocat. omnes amici consulum necessariū Pompei: atq; eorum qui  
ueteres inimicitias cum cesare gerebant: cogunt in senatū. quorū  
uocibus & concursu terrent infirmiores. dubii cōfirmant. pleriq;  
uero libere potestas decernendi eripiēt. polliceēt. L. Piso censor:  
sele iturum ad cesarē. Itē. L. Roscius pretor: qui de his rebus eū  
doceant. Sex dies ad rem conficiendam spatii postulant. dicuntur  
etiam a nōnullis sententię ut legati ad cesarem mittantur: qui uo/  
luntatem senatus ei proponant. omnibus his resistitur: omnibusq;  
oratio cons. Scipionis Catonis opponit. Catonē ueteres inimicitie  
cesaris incitant: & dolor repulse. Lentulus eris alieni magnitudine  
& spe exercitus: ac prouintiarū: & regū appellādoz largitiōibus  
mouetur. seq; alterum fore Syllam inter suos gloriatur: ad quem  
summa imperii redeat. Scipionem eadem spes prouintie: atq; ex/  
ercitū impellit. Quos se pro necessitudine partiturū cū Pompeio  
arbitratur. simul iudiciorum metus: adulatio: atq; ostentatio sui:

& potentium: qui in repu. iudicisq; cum plurimum pollebant. Ipse  
Pompeius ab inimicis cesaris incitatus: & q̄ neminē dignitate secū  
exequari uolebat: totum se ab eius amicitia auerterat. & cū com/  
munibus inimicis in gratiam redierat. quorum ipse maximā partem  
illo affinitatis tempore adiunxerat cesar: simul infamia duarum  
legionū permotus: quas ab itinere asie syrieq; ad suam potentiam:  
dominatumq; conuerterat: rem ad arma deducti studebat. His de  
caulis aguntur omnia ruptim atq; turbate. neq; docendi cesaris:  
propinquis eius spatii datur. nec tri. ple. sui periculi deprecandi:  
neq; etiam extremi iuris intercessione retinendi. quod. L. Sylla  
reliquerat facultas tribuit. sed de sua salute die septimo cogitare  
coguntur. q̄ illi turbulentissimi superioris temporis tri. ple. octo  
deniq; menses suarum actionum respicere: ac timere censuerant.  
Decurritur ad istud extremum atq; ultimum. S. C. quo nisi pene  
in ipso urbis incendio: atq; desperatione omnium salutis: latorum  
audacia nunquā antedecessum est. dent operam con. p. r. tri. pl. qq;  
con. sunt ad urbem: nequid respu. detrimenti capiat. Hec. S. C. p/  
scribuntur ad. vii. idus ianuarii. Itaq; quinque primis diebus quibus  
haberi senatus potuit: qua ex die consulatum inue Lēculus: biduo  
excepto comiciali: & de imperio cesaris: & de amplissimis uiris tri.  
pl. grauissime acerbissimeq; decernit. profugiunt statim ex urbe.  
tri. ple. seleq; ad cesarem conferunt. In eo tempore erat Rauenne:  
expectabatq; suis leuissimis postulatis responsa: si qua hominum  
equitate: res ad otium deduci possent. Proximis diebus habetur  
senatus extra urbem. Pompeius eadem illa que per Scipionem  
ostenderat: agit. Senatus uirtutem constantiāq; collaudat. copias  
suas exponit. legiones habere sese paratas. x. Preterea cognicum  
compertumq; sibi alieno esse animo in cesarē milites. neq; ul posse  
persuaderi: uti eum defendant: aut sequantur. De reliquis rebus ad  
senatum referunt: tota ut Italia delectus habeant. Faustus Sylla  
propere in mauritaniam mittitur. pecunia uti ex erario Pompeio  
deē. referūt etiā de rege Iuba: ut socius sit atq; amicus. Marcellus  
uero passuz in p̄sentia se negat. De Fausto ipedit Philippus tri.  
pl. De reliq; rebus. S. C. p̄scribunt. p̄uicte p̄uatil decernunt. due  
cōsulares: relique p̄torie. Scipioni obuēit syria. L. Domitio gallia  
Philippus & Marcellus priuato consilio pretereuntur. neq; eoz  
sortes deiciunt. In reliq; p̄uicias p̄tores mittunt. neq; expectāt:  
quod superioribus annis acciderat: ut de eorū imperio ad populum





referatur. paludatiq; uotis nuncupatis exeunt. consules: quod añ  
id tempus acciderat: nunq̄ ex urbe proficiscunt. Lictoresq; habēt  
in urbe ex capitolio priuacim: contra omnia ueustatū exempla  
tota italia delectus habentur: arma imperant. pecunie a munici/  
pis exiguntur. & a fanis tolluntur. omnia diuina & humana iura  
permiscuntur. quibus rebus cognitis cesar apud milites contionat.  
Omnium temporum iniurias inimicorum in se commemorat. a  
quibus diductum ac deprauatum Pompeium queritur: inuidia atq;  
obrectatione laudis sue: cuius ipse honori & dignitati sēp̄ fauerit  
adiutorq; fuerit. Nouū in repub. introductū exemplum querit:  
ut tribunitia intercessio armis notaretur atq; opprimeretur. quæ  
superioribus annis armis esset restituta. Syllam nudata omnibus  
rebus tribunitia potestate: tamen intercessionem liberam reliquisse.  
Pompeium q̄ amissam restituisse uidebatur: dona etiam que ante  
habuerat ademisse. Quotiens cūq; sic decretū: darent magistratus  
operam: nequid respublica detrimenti caperet: qua uoce: & quo  
S. C. populus romanus ad arma sit uocatus: factum in perniciosis  
legibus: in utriusq; tribunitia: in secessione populi: templis locisq; editio/  
ribus occupatis: atq; hec superioris etatis exempla expiata Saturnini  
atq; gracchorum casibus docet. quarum rerum illo tempore: nihil  
factum: nec cogitatum quidem. nulla lex promulgata. Non cum  
populo agi ceptum. nulla secessio facta. hortatur cuius impatoris  
ductu nouem annis tempus. felicissime gesserint. plurimaq; prelia  
secunda fecerint. omnem galliam germaniamq; pacauerint: ut eius  
existimationem dignitatemq; ab inimicis defendant. Conclamant  
legiones tertiedecime: que aderat milites. hanc enī initio tumultus  
euocauerat. relique nondū cōuenerant: sese paratos eē impatoris  
sui tribunoꝝq; pl. iniurias defendere. cognita militum uoluntate  
arimino cum ea legione proficiscitur. ibiq; tri. ple. qui ad eum  
cofugerant: conuenit. reliquas legiones ex hybernis euocat: &  
subsequi iubet. eo. L. cesar adolescens uēit: cuius pater cesaris erat  
legatus. is reliquo sermōe cōfecto: cuius rei causa uenerat: habere  
se a Pompeio: ad eum priuati officii mandata demonstrat. uelle  
Pompeium se cesari purgatum: ne ea que reipublice causa egerit  
in suam contumeliam uertat. semper se reipub. commoda priuatis  
necessitatibus habuisse potiora. Cesarem quoq; pro sua dignitate  
debere: & studium: & iracundiam suam reipu. dimittere. neq; adeo  
grauiter irasci inimicis: ne cum illis nocere se speret reipu. noceat.

Pauca eiusdem generis addit: cū excusatione Pompei coniuncta.  
eadem fere atq; eisdem rebus pretor Roscius agit cū cesare. sibiq;  
Pompeium cōmemorasse demonstrat. que res & si nihil ad leuandas  
iniurias pertinere uidebantur: tamen idoneos nactus homines: per  
quos ea que uellet: ad eum perferrentur: petit ab utroq; quoniā  
Pompeii mandata ad se detulerunt. ne grauentur sua quoq; ad eū  
postulata deferre. si paruo labore magnas controuersias tollere:  
atq; omnem italiae metu liberare possent. sibi semper reipublice  
primam fuisse dignitatem: uitæq; potioꝝ: doluisse se q̄ p̄ bene/  
ficio sibi contumeliam ab inimicis extorqueretur. ereptoq; semestri  
imperio: in urbem retraheretur. Cuius absentis rationem haberi  
proximis comitiis populus iussisset. tamen hanc honoris iacturam  
sui: reipu. causa equo animo tulisse. cum litteras ad senatū miserit:  
ut om̄s ab exercitiis discederent: ne id quidem impetrauisset. tota  
italia delectus haberi. retineri legiones duas: que a se simulatione  
parthici belli sint abducte: ciuitatē esse in armis quoniam hec oīa  
nisi ad suam perniciem pertinere? sed tamen ad om̄ia se descendere  
paratum: atq; omnia pati reipub. causa. Proficiscatur Pompeius  
in suas prouincias. ipsi exercitus dimittant. discedant in italia om̄s  
ab armis. metus a ciuitate tollatur. libera comitia: atq; om̄s respu.  
S. P. Q. R. permittatur. Hec quo facilius certisq; conditionibus  
fiant: & iureiurando sanciantur: aut ipse propius accedat. aut se  
patiatur accedere. fore uti per colloquia omnes cōtrouersie com/  
ponantur. Acceptis mandatis Roscius cū. L. cesare capuā puenit  
ibiq; consules Pompeiumq; inuenit: postulata cesaris renuntiat.  
Illi deliberata respondent. scriptaq; ad eum mandata per eos re/  
mittunt. quorum hec erat summa. Cesar in galliam reuertetur.  
arimino excederet. exercitus dimitteret. que si fecisset: Pompeium  
in hispanias iturum. Interea quoad fides esset data: cesarē facturū  
que polliceretur. non intermissuros cōsules: Pompeiumq; delectus.  
Erat iniqua conditio postulare ut cesar arimino excederet. atq;  
in prouinciam reuertetur. Ipsum & prouincias & legiones alienas  
tenere. exercitum cesaris uelle dimitti. delectus habere: polliceri se  
in prouinciam iturum. neq; ante quem diem iturus sit: definire.  
ut si peracto cesaris consulatu: Pompeius profectus non eēt: nulla  
tamen mendaci religione obstrictus uideretur. tempus uero col/  
loquio non dare. neq; accessuꝝ polliceri. magnā pacis desperationē  
afferebat. Itaq; ab arimino. M. Antonium cum cohortibus quinq;





Arretium mittit. Ipse arimini cum duabus legionibus subsistit. delectum habere instituit. pisaurum: fanum: anconam: singulis cohortibus occupat. Interea certior factus Tignium thermum: pretorem cohortibus quinque tenere: oppidum munire: omniumque esse uignorum optimam egra se uoluntatem: Curionem cum tribus cohortibus: quas pisauri & arimini habebat: mittit. Cuius aduentu cognito: diffusus municipi uoluntate: Thremus cohortes ex urbe reducit. & profugit. milites in itinere ab eo discedunt. ac domum reuertuntur. Curio omnium summa uoluntate tignium recipit. Quibus rebus cognitis confusus municipiorum uoluntatibus cesar: cohortes legionis. xiii. ex presidis deducit. auximumque proficiscit quod oppidum Actus cohortibus introductis tenebat. delectumque toto piceno circummissis senatoribus habebat. aduentu cesaris cognito: decuriones auximi ad Actium Varum frequentes conueniunt. docent sui iudicii rem non esse: neque se neque reliquos municipales pati posse: C. cesarem imperatorem bene de reipublica. meritum: tantis rebus gestis: oppido membrisque prohiberi. proinde habeat rationem posteritatis: & periculi sui. Quorum oratione promouit. M. Varus presidium quod introduxerat: ex oppido educit: & profugit. Hunc ex primo ordine pauci cesaris consecuti milites consistere coegerunt. Commissoque proelio deseritur a suis Varus. nonnulla pars militum discedit. reliqui ad cesarem perueniunt. atque una cum eis deprehensus. L. Pappius primi pilae centurio adducitur. qui hunc eundem ordinem in exercitu. Cn. Pompei antea duxerat. At cesar milites actianos collaudat. Pappium dimittit. Auximatibus agit gratias. sequitur eorum facti memorem pollicetur. Quibus rebus romam nuntiatis tantus repente terror inuasit: ut cum Lentulus consul romam ad aperitendum erarium uenisset: ad pecuniam Pompeio ex senatus consulto proferendam. protinus aperto sancto ore eratio: ex urbe profugeret. Cesar enim aduentare: iam iamque adesse eius equites falso nuntiabantur. hunc Marcellus collega: & plerique magistratus consequuti sunt. Cn. Pompeius pridie eius diei ex urbe profectus: iter ad legiones habebat: quas a cesare acceptas: in apulia hybernorum causa disposuerat. delectus intra urbem intermittitur. nihil circa capuam tutum esse omnibus uidebatur. Capue primum sese confirmant. & colligunt. delectumque colonorum: qui lege Iulia capuam deducti erant: habere institunt. gladiatoresque quos ibi cesar in ludo habebat: ad forum productos: Lentulus libertati confirmat: atque

is equos attribuit: & se sequi iussit. quos postea monitus a suis: quod ea res omnium iudicio reprehendebatur: circum familiares conuentus capuam: custodie causa distribuit. Auximo cesar progressus: omnem agrum picenum percurrit. cuncte earum regionum prefecture: libentissimis animis eum recipiunt. exercitumque eius omnibus rebus iuuant. etiam ex cingulo quod oppidum Labienus constituerat: suaque pecunia exedificauerat. ad eum legati ueniunt. queque imperauerit: sese cupidissime facturos pollicentur. milites imperat: mittuntque. Interea legio duodecima cesarem consequitur. cum his duabus Asculum picenum proficiscitur. Id oppidum Lentulus Spinter decem cohortibus tenebat. qui cesaris aduentu cognito: profugit ex oppido. cohortesque secum abducere conatus: a magna parte militum deseritur. Relictus in itinere cum paucis incidit in Iubulum Ruffum missum a Pompeio in agrum picenum confirmandorum hominum causa. a quo factus Iubulus certior: que res in piceno gererentur: milites ab eo accipit. ipsum dimittit. ipse ex finitimis regionibus quas potest contrahit cohortes: ex delectibus pompeianis: in eis camerino fugientem Vlacum Hirum cum sex cohortibus: quas ibi presidio habuerat: excipit. Quibus coactis: tredecim efficit cum eis ad Domitium Enobarbum Corfinium magnis itineribus peruenit. cesaremque adesse cum legionibus duabus nuntiat. Domitius pro se circiter uiginti cohortes. ex alba & maris & pelignis & finitimis ab regionibus coegerat. recepto Firmo: expulsoque Lentulo cesar: conquiri milites qui ab eo discesserant: delectumque institui iubet. Ipse unum diem ibi rei frumentarie causa moratus. Corfinium contendit. Eo cum uenisset: cohortes quinque premissae a Domitio: ex oppido pontem fluminis interrompebant: qui erat ab oppido millia passuum circiter tria. ibi cum ante cursoribus cesaris: proelio commisso celeriter domitiani a ponte repulsi: se in oppidum receperunt. Cesar legionibus traductis: ad oppidum constitit. iuxtaque murum castra posuit. Re cognita: Domitius ad Pompeium in apuliam peritos regionum: magno proposito premio: cum litteris mittit qui petant atque orent: ut sibi subueniat. Cesarem duobus exercitibus & locorum angustiis: facile intercludi posse. frumentoque prohiberi. Quod nisi fecerit: se cohortesque amplius triginta: magnamque numerum senatorum: atque equitum romanorum in periculum esse uenturum. Interim suos cohortatus: tormeta in muris disponit. certumque cuique partes ad custodiam urbis attribuit. militibus in conuentione agros





ex suis possessionibus pollicetur. quadraginta in singulos iugera. & pro rata parte centurionibus: euocatisque. Interim cesari nuntiat: sulmonenses: quod oppidum a Corfinio septem milium interuallo abest: cupere ea facere: que uellet. Sed a. Q. Lucetio senatore: & Actio peligno prohiberi: qui id oppidum septem cohortum presidio tenebant. Mittit eo. M. Antonium cum legionis octauae cohortibus quinque. Sulmonenses simul atque nostra signa uiderunt: portas aperuerunt: uniuersique oppidani obuia gratulantes Antonio exierunt. Lucetius & Actius de muro se deiecerunt. Actius ad Antonium deductus: petit ut ad cesarem mitteretur. Antius cum cohortibus & Actio: eodem die quo profectus erat: reuertitur cesar eas cohortes cum exercitu suo coniunxit: Actiumque incolumem dimisit. Cesar primis diebus castra magnis operibus munire: & ex finitimis municipiis frumentum comportare: reliquasque copias expectare instituit. eo triduo legio octaua ad eum uenit cohortesque ex nouis gallie delectibus. xxii. equitesque a rege Morico circiter trecenti. quorum aduentu altera castra: ad alteram oppidi partem ponit. Iis castris Curionem prefectum. reliquis diebus oppidum uallo castellisque circumuenire instituit. cuius operis maximam partem effecta eodem fere tempore missi ad Pompeium reuertuntur. Litteris perfectis Domitius simulans in consilio pronuntiat: Pompeium celeriter subsidio uenturum. Hortaturque eos ne animo deficient. queque usus ad defendendum oppidum sic parent. Ipse arcane cum paucis familiaribus suis colloquit: consiliumque fuge capere constituit. Cum uultus Domitii cum oratione non consentiret: atque omnia trepidantius timidiusque ageret: quam superioribus diebus consuesset: multumque cum suis consiliandi causa secreto: perter consuetudinem colloqueretur: consilia conuentusque hominum fugeret: res diutius regi dissimularique non potuit. Pompeius enim rescripserat: se rem in summum periculum deducturum non esse. neque suo consilio aut uoluntate Domitium se in oppidum Corfinium coluisse. Proinde si qua facultas fuisset: ad se cum omnibus copiis ueniret. Id ne fieri posset: obsidione atque oppidi circummunitione fiebat. Diulgato Domitii consilio: milites qui erant confinii prima uespere secessionem faciunt: atque ita inter se per. tri. milium centurionesque atque honestissimos sui generis colloquuntur. obsideri se a cesare: opera munitionesque prope esse perfectas ducem suum Domitium cuius spe atque fiducia permanerunt: proiectis omnibus fuge consilium capere. deberere se

sue salutis rationem habere. Ab his primo marsi dissentire incipiunt. eamque oppidi partem: quae munitissima uideretur: occupant. tanquam inter eos dissensio extitit: ut manum conferere: atque armis dimicare conarentur. post paulo tamen internuntius ultro circummissis: que ignorabant de. L. Domitii fuga cognoscunt. Itaque omnes uno consilio Domitium productum in publicum circumstant: & custodiunt. legatosque ad cesarem mittunt: sese paratos esse portas aperire. queque imperauerit facere. & Domitium uiuum in eius potestatem tradere. Quibus rebus cognitis cesar: & si magni interesse arbitrabatur: quamprimum oppido potiri: cohortesque ad se in castra traducere: nequa aut largitionibus: aut animi confirmatione: aut falsis nuntiis commutatio fieret uoluntatis: quod sepe in bello paruis momentis: magni casus intercederent: tamen uertit: ut militum introitu: & nocturni temporis licentia: oppidum diriperetur: eos qui uenerant collaudat. atque in oppidum dimittit. portas murosque asseruari iubet. ipse his operibus que facere instituerat milites prospicit non certis spatii intermissis: ut erat superiorum dierum consuetudo: sed perpetuis uigiliis stationibusque ut contingant inter se: atque omnem munitionem expleant. tri. milium: & prefectos circummittit: atque hortatur non solum ab eruptionibus caueant: sed etiam singulorum hominum occultos exitus asseruent. neque eo tam remisso: ac languido animo quisquam omnium fuit: qui nocte conquieuerit. tanta erat summa rerum expectatio: ut nullus in aliam partem mente atque animo traheretur. quid ipsis confinensibus. quid Domitio. quid Lentulo. quid reliquis accideret. qui quosque euentus exciperet. Quarta uigilia circiter Letulus Spinter de muro cum uigiliis custodibusque nostris colloquitur. Velle si sibi potestas fiat Cesarem conuenire. Facta potestate ex oppido mittitur. neque ab eo prius Domitiani milites discedunt: quam in conspectum Cesaris deducti. Cum eo de salute sua orat: atque obsecrat: ut sibi parcat. ueteremque amicitiam commemorat: cesarisque in se beneficia exponit: que erant maxima: quod per eum in collegium pontificum uenerat. quod prouinciam hispanie ex pretura habuerat: in petitione consulatus erat subleuatus. Cuius orationem cesar interpellat: se non maleficis causa ex prouincia egressum. sed uti se a contumeliosis inimicorum defenderet. ut se & Populum Romanum: paucorum factione oppressum: in libertatem uindicaret: ut. tri. pl. in ea re ex ciuitate





expullos: in suam dignitatem restitueret. Cuius oratione confir-  
matul Lentulus: ut in oppidum reueri liceat petit. quod de sua  
salute impetrauerit: fore etiam reliquis ad suam spē solatio. Adeo  
esse perterritos nonnullos: ut suæ uitæ durius consulere cogant.  
facta potestate discedit. Cesar ubi illuxit: omnes senatores lenato-  
rumq; liberos. tribunos milicum. equitesq; romanos. ad se perducti  
iubet. Erant senatoru ordinis. L. Domitius. & P. Lētulus Spīter  
L. Cecilius. Spīter Ruffus. Sextus Quintilius. Varus. Questor.  
L. Rubrius. Preterea filius Domitii: aliiq; complures adolescētes  
& magnus numerus equitum romanorum. & decurionum: quos ex  
municipiis Domitius euocauerat. Hos omnes productos: a conu-  
melius militum: conuitusq; prohibet. Pauca apud eos loquitur: qđ  
sibi aperte eorum gratia relata non sit: pro suis in eos maximis  
beneficiis: dimitte omnes incolumes. Aurum quod adduxerat Do-  
mitius: atq; in publicum deposuerat: alatum ad se ab iis uiris confi-  
nensibus Domitio reddit. ne continentior in uita hominum: q̄ in  
pecunia fuisse uideat. & si eā pecuniā publicā esse cōstabat. datāq;  
a pompeio in stipendium. Milites Domitianos sacramentum apud  
se dicere iubet. atq; eo die castra mouet. iustumq; iter conficit.  
Septem omnino dies ad Corfinium commoratus: & per fines mau-  
rucinorum: ferrentinorum: latinatum: in apuliam peruenit. Pō-  
peius his rebus cognitis: que erāt ad Corfinium geste: luceria pro-  
ficiscitur canusium. atq; inde brundisium: copias undiq; omnes ex  
nouis delectibus ad se cogi iubet. seruos: pastores armat: atq; his  
equos attribuit. ex iis circiter trecentos egres cōficit. L. Mallius  
pretor albam cum cohortibus sex profugit. Rutilius Lupus p̄tor  
taracinam cum tribus: que procul equitatum Cesaris conspicate: cur  
preerat Buius Curius: relicto pretore: signa ad Curium transfe-  
runt & ad eū transeunt. Item reliquis itineribus: nōnulli cohortes  
in agmen Cesaris: alie in equites incidunt. Reducitur ad eum de-  
prehēsus ex itinere. Cn. Magius Cremona prefectus fabrū. Cn.  
Pompeii quem Cesar ad eum remittit: cum mandatis. quoniam ad  
id tempus facultas colloquendi non fuerit: atq; ad eum Brundisiū  
sit uenturus: interesse reipublice. & communis salutis: se cum Pom-  
peio colloqui. neq; uero idem perfici lōgo itineris spatio: cum per  
alios conditiones ferantur: ac si coram de omnibus conditionibus  
disceptetur. Iis datis mandatis: brundisium cum legionibus sex

peruenit. Veteranis quattuor reliquis: quas ex nouo delectu cō-  
fecerat: atq; in itinere cōpleuerat: domitianas. n. cohortes p̄tinus  
a Corfinio in siciliam miserat. reperit consules Dyrachium pro-  
fectos: cum magna parte exercitus: Pompeiū remanere brundisii  
cum cohortibus decem. neq; certum inueniri poterat: obtinendi ne  
causa brundisii ibi remansisset: quo facilius omne hadriaticū mare  
ex ultimis italie partibus: regionibusq; grece in potestatem ha-  
beret. atq; ex utraq; parte bellum administrare posset: an inopia  
nauium ibi remansisset. Veritusq; ne italiā ille dimittendam non  
existimaret. exitus administrationesq; brundisii portus impedire  
istituit. Quorum operum hec erat ratio. qua fauces erant angu-  
stissime portus: molem atq; aggerē ab utraq; parte litoris iaciebat.  
q; his locis erat mare uadofum. lōgius progressus: cum ager altiore  
aqua contineri non posset: rates duplices: quoquo uersus pedibus  
triginta e regione molis collocabat. Has quaterinis anchoris: ex  
quattuor angulis distinebat. ne fluctibus mouerentur. His per-  
fectis collocausq; alias deinceps pari magnitudine rates iungebat.  
Hasterra atq; aggere contegebat. ne aditus atq; incurfus ad de-  
fendendum impediretur. A fronte atq; ab utroq; latere cratibus:  
ac pluteis protegebat. In quarta quoq; earum turres binorum  
tabulatorum excitabat. quo commodius ab impetu nauium: incē-  
disq; defenderet. Contra hec Pompeius naues magnas onerarias:  
quas in portu brundisino deprehenderat: adornabat. Ibi turres  
cū ternis tabulatis erigabat. easq; tormentis: & omni genere teloz;  
completas: ad opera Cesaris appellabat. ut rates perumperet: atq;  
opera disturbaret. sic quotidie utrinq; eminuis fundis: sagittis: reli-  
quisq; telis pugnabant. atq; hec ita Cesar administrabat: ut condi-  
tionēs pacis dimittendas non existimaret. Ac tamen magnopere  
admirabatur Magium quem ad Pompeium cum mādatis miserat:  
ad se non remitti. atq; ea res sepe temptata: & si impetus eius con-  
siliaq; tardabat. tamē omnibus rebus in eo perseuerandū putabat.  
Itaq; Corbium Caninium Rebilium legatum familiarem: neces-  
sariumq; Scribonii Libonis mittit ad eum: colloquit causa. mandat  
ut Libonem de consilianda pace hortetur. In primis ut ipse cum  
Pompeio colloqueretur: postulat. magnopere sese confidere de-  
monstrat. si eius rei sit potestas facta: fore ut equis conditionibus  
discedat. cuius rei megnā partē laudis atq; estimationis: ad Libonē





peruenturā: si illo autore: atq; agente ab armis sit discessum. Libo a colloquio Canini digressus ad Pompeium proficiscit̄. paulo post renunciat. q̄ consules abint̄. nec sine illis de compositione agi posse Ita sepius rem frustra tentatam Cesar aliquando dimittendam sibi iudicabat. & de bello agendum. prope dimidia parte operis a Cesare effecta: diebusq; in ea re consumptis: nouē naues a cōsulibus Dyrachio remisse: que priorem partem exercitus eo deportauerāt brundisium reuertuntur. Pompeius siue operibus Cesaris p̄motus: siue etiam quod ab initio italia excedere constituerat. aduentu nauium: profectiōem parare incipit. Et quo facilius impetum Cesaris tardaret: ne sub ipsa profectiōe milites oppidum irrumperent: portas obstruit. uicos plateasq; inedicat. Fossas trāsuersas uis p̄ducit. Atq; ibi sudēs stipidesq; p̄acutos defigit. Hec leuib; cranibus: terraq; inequat. Aditus autē atq; itinera duo: que extra murum ad portum ferebant: maximis defixis trabibus: atq; eis p̄acutis p̄sepit. His paratis rebus: milites silentio naues conscendere iubet. Expeditos autem ex uocatis sagittariis: fūditoribusq; raros in muro turribusq; disponit. hos certo signo reuocare instituit. Cum omnes milites naues conscendissent: uis expedito loco actuariaria nauigia relinquit. Brundisium Pompeianorum militum inuasis: atq; ipsius Pompeii: cōtumelias permoti Cesaris rebus fauebāt. Itaq; cognita Pompeii profectiōe: concursantibus illis: atq; in ea re occupatis: uulgo ex rebus significabant. Per quos re cognita Cesar: scalas parari: militesq; armari iubet: ne quam rei gerendae facultatem dimittat. Pompeius sub noctem naues soluit. qui erant in muro custodie causa collocati: eo signo quo conuenerat reuocantur. notisq; itineribus ad naues decurrunt. Milites positos scalis muros ascendunt. sed monti a brundisium: ut uallū cecum: fossasq; caueant. subsistunt. & longo itinere ab eis circumducti ad portum perueniunt. duasq; naues cum militibus: quae ad moles Cesaris adhaerant: scaphis lincibusq; deprehendunt. deprehensasq; excipiunt. Cesar etsi ad spem conficiendi negotii: maxime probabat: coactis nauibus: mare transire: & Pompeium sequi: prius q̄ ille sese transmarinis auxiliis confirmaret: tamen rei eius moram: temporisq; longinquitatem timebat: q̄ omnibus coactis nauibus Pompeius presentem facultatem insequendi sui ademerat. Relinquebatur: ut ex longinquis regionibus gallie picemq;

& a freto naues essent expectande. sed id p̄pter anni tempus lōgū atq; impeditum uidebatur. Interea ueterem exercitum: duas hispanias confirmari: quarum altera erat maximis beneficiis Pompeii deuincta: auxilia: equitatum parari. Galliam: italiamq; temptari se absente nolebat. Itaq; in presentia Pompeii insequendi rationē omittit. In hispaniam proficisci constituit. Diuumuiris municipiorq; omnium imperat: ut naues conquirant: Brundisiumq; deducendas curent. Mittit in sardiniam cum legione una Valerium legatum in siciliam Curionem p̄p̄torem romāum cum legiōibus tribus Eundem cum siciliam recepisset: protinus in africanam traducere exercitum iubet. Sardiniam obtinebat. M. Cotta. Sicilia. M. Cato. Africanam forte Tubero obtinere debebat. Caralitani simul ad se Valerium miti audierunt: nondum profecto ex italia: sua spē ex oppido: Cottam eicerunt. Ille perterritus: q̄ omnem prouintiam consentire intelligit: ex sardinia in africanam profugit. Cato in sicilia naues lōgas ueteres reficiebat. nouas ciuitatibus impabat. hec magno studio peragebat. In lucanis brutisq; per legatos suos ciuium romanorum delectus habebat. equitum peditumq; certum numerum: a ciuitatibus sicilie exigebat. quibus rebus pene perfectis aduentu Curionis cognito: queritur in contione se proiectum: ac proditum a. Cn. Pompeio: qui omnibus rebus imparatissimus: non necessarium bellum suscepisset. & ab se reliquisq; in senatu interrogatus: omnia sibi esse ad bellum apta ac parata confirmauisset: Hec in contione questus: ex prouintia fugit. nactus uacuas prouintias ab imperiis: sardiniam Valerius: Curio siciliam cum exercitibus eo perueniunt. Tubero cum in africanam uenisset: inuenit in prouintia cum imperio Actium Varū: qui ad auxiliū ut supra demonstrauius: amissis cohortibus: protinus ex fuga in africanam peruenerat. atq; eam sua sponte uacuum occupauerat. delectuq; habito duas legiones effecerat: hominum & locorum noticia: & usu eius prouintie: nactus aditus ad ea conanda: quod paucis ante annis ex pretura eam prouintiam obtinuerat. Hic uenientem uricam cum nauibus Tuberonem: portu atq; oppido prohibet. neq; affectum ualitudine filium exponere in terram patitur. sed sublati anchoris excedere eo loco cogit. His rebus confectis Cesar: ut reliquum tempus a labore intermitteretur: milites in proxima municipia deducit. Ipse ad urbem proficiscitur.





coacto senatu iniurias inimicorum commemorat docet se nullum  
extraordinariū honorem appetisse. sed expectato legitimo tem/  
pore consolatus: eo fuisse contentum: q̄ omnibus ciuibus pateret  
latum: ab decem. tri. ple. contradicentibus inimicis. Catonem uero  
acerrime repugnantem: & pristina consuetudine dicendi mora dies  
extrahentem: ut sui ratio absentis haberet: ipso consule Pompeio:  
qui si improbasset: cur fieri passus esset: Si probasset cur se uti  
populi beneficio prohibuisset? Patientiam proponit suam: cum de  
exercitiis dimittendis ultro postulauisset. In quo iacturam dig/  
nitatis. atq; honoris ipse facturū esset. Acerbitatem inimicorum  
docet. qui quod ab altero postularent: in se recusarent: atq; omnia  
permisceri mallent: q̄ imperium exercitusq; dimittere. Iniuriam in  
eripiendis legibus predicat. crudelitatem & insolentiam in circun/  
scribendis. tri. ple. conditiones a se latis: & expedita colloquia: &  
denegata commemorat. pro quibus rebus orat. ac postulat: ut  
rēpublicam suscipiant: atq; una secum administrarent. Sin timore  
defugiant: illis se oneri non futurum: & per se rempu. administra/  
tuz. Legatos ad Pompeium mitti oportere de compositione: neq;  
se reformidare. quod in senatu pauloante Pompeius dixisset: ad  
quos legati mitterentur: illi auctoritatem attribui: timoremq; eorū  
q̄ mitteret: significari. tenuis atq; infirmi hec animi uideri. se uero  
ut opibus aere studuerit: sic iusticia & egrate uelle superare. Probat  
rem senatus de mittendis legatis. sed qui mitterentur non reperie/  
bantur. maximeq; timoris causa: pro se quisq; id munus legationis  
recusabat. Pompeius enim discedēs ab urbe in senatu dixerat: eodē  
se habiturum loco: qui Rome remanissent: & q̄ in castris Cesaris  
fuisent. sic triduum disputationibus excusationibusq; extrahitur.  
Subiicitur etiam. L. Metellus tri. ple. ab inimicis Cesaris qui hanc  
rem distrahat. reliquasq; res: quasq; agere instituerat: impediatur.  
Cuius cognito cōsilio Cesar: frustra diebus aliquot consumptis: ne  
reliquum tempus omittat. Infectis his: que agere destinauerat:  
ab urbe proficiscitur. atq; in ulteriorem galliam peruenit. Quo  
cum uenisset: cognoscit missum a Pompeio Iubulum Ruffum:  
quem paucis diebus ante: Corfinio captum ipse dimiserat: pre/  
fectum. Item Domitium: ad occupandam Massiliam: nauibus  
actuariis septem: quas sicilia & sardinia a priuatis coactis seruis:  
liberisq; colonis suis compleuerat. Premissos etiam legatos mas/  
silienses domū nobiles adolescētes: quos ab urbe discedēs Pompeius  
erat adhortatus: ne noua Cesaris officia: ueterum suorum be/  
nificiorum: in eos memoriam expellerent. Quibus mandatis  
acceptis Massilienses: portas Cesaris clauerant. Allicos barbaros  
homines: qui in eorum fide antiqui erant. montesq; supra mas/  
siliam incolebant: ad se uocauerant. Frumentum ex finitimis  
regionibus: atq; ex omnibus castellis in urbem conuexerant. ar/  
morum officinas in urbe instituerant. muros: Classem: & portas  
reficiebant. Euocat ad se Cesar massilia quindecim primos: &  
cum his agit: ne initium inferendi belli a massiliensibus oriatur.  
Debere eos Italie totius auctoritatem sequi. potius q̄ unius hominis  
uoluntati obtemperare. reliquaq; que ad eorum sanandas mentes  
pertinere arbitrabatur: commemorat. Cuius orationem domum  
Legati referunt: atq; ex auctoritate hec Cesaris renūntiant. Intel/  
ligere se diuisum esse populum romanum: in partes duas. neq; sui  
iudicii: neq; suarum esse uirium discernere: utra pars iustiore  
habeat causam. Principes uero esse earum partiū. Cn. Pompeiū  
& C. Cesarem patronos ciuitatis: quorum alter agros uolgarum  
arecomicorum & iluorū publice his concesserit. alter bello uictas  
gallias attribuerit. uectigaliaq; auxerit. quare partibus eorum  
beneficiis: parem se quoq; uoluntatem tribuere debere. & neutriū  
eorum cōtra alterū iuuare. aut urbe: aut portibus recipere. Hec  
dum inter eos aguntur: Domitius nauibus massiliam peruenit.  
atq; ab eis receptus urbi preficitur. Eius imperio classem quoquo/  
uersus dimittunt. onerarias naues quas ubiq; possunt deprehendūt.  
atq; in portum deducunt. parum clausi: aut materia: aut arma/  
mentis instructis: ad reliquas armandas reficiendasq; utuntur.  
Frumenti quod inuentum est: in publicum conferunt. reliquas  
merces commeatusq; ad obsidionem Urbis: si accidat: reseruant.  
Quibus iniurus permotus Cesar: legiones tres massiliam adducit.  
turrel utinasq; ad oppugnationem urbis agere. naues longas are/  
late numero duodecim facere instituit. Quibus effectis armatisq;  
diebus triginta: a qua die materia cesa est. adductisq; massiliam:  
his Decimum Brutum prefecit. C. Trebonium legatum ad op/  
pugnationem massilie reliquit. dum hec parat: atq; administrat.  
C. Fabium legatum cū legionibus tribus: quas narbone circūq;  
ea loca: hyemandi causa disposuerat: in Hispaniam premitte: ce/  
leriterq; pyruneos saltus occupari iubet. qui eo tempore ab. L.

filien





Afranio legato presidium tenebant. reliquas legiones que longius  
hyemabant: subsequi iubet. Fabius ut erat imperatum: adhibita  
celeritate: presidium ex saltu deiecit: magnisq; itineribus ad ex-  
ercitum Afranii contendit. Aduentu L. Iubuli Ruffi: quem a  
Pompeio missum in hispania demonstratum est: Afranius & Petreius:  
& Varro: Legati Pompeii: quorum unus hispaniam citeriorem  
a saltu calbulonensi ad anam duabus Legionibus. tertius ab ana-  
betronum agrum: lusitaniamq; pari numero legionum obtinebat:  
officia inter se partiuntur: ut Petreius ex lusitania uestiones cum  
omnibus copiis ad acramum proficiscatur: Varro cum his quas  
habebat legionibus: omnem ulteriorem Hispaniam tutatur. His  
rebus constitutis: Equites auxiliaq; totius Lusitanie a Petreio  
celtiberis: cantabris: Barbarisq; omnibus: qui ad oceanum pertinent:  
ab Afranio imperantur. Quibus coactis: Petreius per uestiones  
ad Afranium peruenit: constituunt communi consilio bellum ad  
Ilerdam: propter ipsius loci opportunitatem: gerere. Erant ut  
supra demonstratum est: legiones Afranii tres: Petreii due. Pre-  
terea scutate citerioris prouintie: & cetrate ulterioris Hispanie  
cohortes circiter octuaginta equitum: utriusq; prouintie circiter  
quinq; milia. Cesar legiones in hispaniam premiserat: ad sex milia  
auxilia peditum. equitum tria milia: omnibus superioribus bellis  
habuerat. & parem ex Gallia numerum: quem ipse parauerat:  
nominatim ex omnibus ciuitatibus nobilissimo & fortissimo quoq;  
euocato. Hinc optimi generis hominum: ex aquitanis moranisq;  
qui Galliam prouintiam attingunt. Audierat Pompeium per  
Mauritaniam cum legionibus iter in hispaniam facere: celeriterq;  
uenturum. Simul a tri. militum centurionibus: mutuas pecunias  
sumpsit. has exercitui distribuit. Quo facto: duas res consequutus  
est: q; pignore animos centurionum deuinxit. & largitione re-  
demit militum uoluntates. Fabius finitimarum ciuitatum animos  
litteris: nuntisq; temptabat. In sicore flumine pontes effecerat  
duos: inter se distantes milia passuum quattuor: ipsi pontibus  
pabulatum mittebat. q; ea que citra flumen fuerant: superioribus  
diebus consumpsit. Hoc idem fere atq; eadem de causa: Pompe-  
iani exercitus: duces: faciebant. crebro inter se equestribus preliis  
contendebant. Huc cum quotidiana consuetudine congressis:  
pabulatoribus presidio proprio: legiones Fabiane due flumen  
transissent: impedimentaq; & omnis equitatus sequeretur subito

umentorum & aque magnitudine: post est interruptus: & reliqua  
multitudo equum interclusa. Quo cognito a Petreio & Afranio  
& aggere & cratibus: que a flumine ferebant celeriter suo potere  
Afranius: quem oppido castrisq; coniunctum habebat: legiones  
quattuor: equitatumq; omnem transiecit. duabusq; fabianis oc-  
currit legionibus: cuius aduentu nuntiato. L. Plancus qui legi-  
onibus preerat: necessaria re coactus: locum capit superiorem.  
diuersamq; aciem in duas partes constituit: ne ab equitatu circum-  
ueniri posset. Ita congressis: impari numero: magnos impetus  
legionum equitatusq; sustinet. Commisso ab equitibus prelio:  
signa duarum legionum: procul ab utrisq; conspiciuntur: quas  
Fabius ulteriore ponte subsidio: nostris miserat: suspicatus fore  
quod accidit: ut duces aduersariorum occasione & beneficio for-  
tune ad nostros opprimendos uterentur. quarum aduentu prelium  
dirimit. ac suas uterq; legiones reducit in castra. Eo biduo Cesar  
cum equitibus nongentis: quos ibi presidio reliquerat: in castra  
peruenit. pontis qui fuerat tempestate interruptus: pene erat re-  
fectus. hunc noctu perfici iussit. Ipse cognita locorum natura  
ponti: castrisq; presidio sex cohortes relinquit. atq; omnia impe-  
dimenta: & postero die omnibus copiis triplici instructa acie: ad  
Ilerdam proficiscitur. & sub castris Afranii consistit. & ibi paulisper  
sub armis moratus: facit equo loco pugnandi potestatem. Præce  
facta: Afranius copias educit. & in medio colle sub castris con-  
stituit. Cesar ubi cognouit per Afranium stare: quo minus prelio  
dimicaret ab infimis radicibus motus: intermissis circiter passibus  
quadringentis: castra facere constituit. & ne in opere faciendo:  
milites repente hostium incursum exterrerentur: atq; opere pro-  
hiberent: uallo muniri uetuit. Quod eminere & procul uideri  
necesse erat. Sed a fronte castra contra hostem pedum quindecim  
fossam fieri iussit. Prima & secunda acies in armis: ut ab initio  
constituta erat: permanebat. Post hoc opus in occulto acies tertia  
faciebat. sic omne prius est perfectum quam intelligeretur: ab Afranio  
castra muniri. Sub uesperum Cesar intra hanc fossam legiones  
deducit. atq; ibi sub armis proxima nocte conquietat. Postero  
die omnem exercitum intra fossam continet: & q; longius erat  
agger petendus: in presentia similem rationem operis instituit.  
singulaq; latera castrorum singulis attribuit legionibus munita  
fossasq; ad eandem magnitudinem perfici iubet. reliquas legiones





in armis expeditas contra hostem constituit. Afranius Petreiusque terrēdi causa: atque operis impediri copias suas ad infimas montis radices producit & prelio laescunt. Neque idcirco Caesar opus intermittit cōsiliū presidio legionum trium & munitione fosse. Illi non diu commorati: nec longius ab infimo colle progressi: copias in castra reducunt. Tertio die Cæsar uallo castra communit. reliquas cohortes quas in superioribus castris reliquerat: impedimentaque ad se traduci iubet. Erat in oppido Ilerda & proximo colle: ubi castra Petreius atque Afranius habebant: planities circiter passuum trecentorum. atque in hoc fere medio spatio tumulus erat paulo editior: quem si occupasset Caesar: & communitisset: ab oppido: & ponte & comiteo omni: quē in oppidum contulerat se interclusurū aduersarios confidebat. Hoc sperans: legiones tres ex castris educit. acieque in locis idoneis constructa: unius legionis ante signanos precurrere: atque occupare eum tumulum iubet. Qua re cognita: celeriter que in statione pro castris erant: Afranii cohortes breuiore itinere ad eundem occupandum locum mittuntur. Contenditur prelio. & quod prius in tumulum Afraniani uenerant: nostri repelluntur. atque alii summissis presidii terga uertere. sequi ad signa legionum recipere coguntur. Genus erat pugnae militum illorum: ut magno impetu primo procurerent: audacter locum caperent. ordines suos non magno opere seruarent. rari dispersique pugnarent. si premerentur: pedem referre: & locum excedere: non turpe existimarent. Cū Lusitanis ceterisque barbaris genere quodam pugne assueti: quod fere fit quibus quisque in locis miles inueterauerit: uti multum earum regionum consuetudine moueatur. Hec tamen ratio: nostros perturbat: insuetos huius generis pugne: circumiri enim sese: ab aperto latere: procurrentibus singulis arbitrabantur. ipsi autem suos ordines seruare neque ab signis discedere neque sine graui causa eum locum quem ceperant: dimitti censuerant oportere. Caesar pene omni acie perterrita: quod preter opinionem consuetudinem acciderat: cohortatus suos: legionem non subsidio ducit. hostem insolentem: atque acriter nostros insequentem: suppressit. rursus terga uertere sequi ad oppidum Ilerdā recipere: & sub muro consistere cogit. sed nonne legionis milites elati studio dum sarcire acceptum detrimentum uolunt: temere insequuntur fugientes. & in locum iniquum progrediuntur. & sub montem: in quo erat oppidum

positum Ilerda succedunt. hinc se recipere cum uellent: rursus illi ex loco superiore nostros premebant. preruptus locus erat utraque ex parte directus: ac tantum in latitudinem patebat: ut tres instructe cohortes eum locum explerent. & neque subsidia a lateribus summitti: neque equites laborantibus usui esse possent. Ab oppido autem editus locus tenui fastigio uergebat: in longitudinem passuum circiter quadringentorum. hac nostris erat receptus: quod eo incitati studio incōsultius processerant. Hoc pugnabatur loco & propter angustias iniquo. & quod sub ipsis radicibus montis constiterant: ut nullum frustra telum in eos mitteretur. tamen uirtute: & patientia nitentur. atque omnia uulnera sustinebant. Augebant illis copie: atque ex castris cohortes per oppidum crebro summittebantur: ut integri defessis succederent. Hoc idem Caesar facere cogebatur: ut summissis in eundem locum suis cohortibus: defessos reciperet. Hoc loco cum esset modo pugnatum continenter horis quinque: nostrique grauius a multitudine premerentur consumptis omnibus telis gladius districtis aduersus montem impetum faciunt in cohortes: paucisque detectis: reliquos sese couertere cogunt. Summotis sub murum cohortibus: ac nonnulla parte propter terrorem in oppidum compulsi: facilis est nostris receptus datus. Equitatus autem noster ab utroque latere: & si detectis atque inferioribus locis constiterat: tamen in summum iugum uirtute conicitur: atque inter duas acies perequitans: commodiorem atque tutiorem nostris receptum dat. Ita uario certamine pugnatum est. Nostri in primo congressu circiter septuaginta ceciderunt: ex quibus. Q. Fulgineus ex primo hastato legionis quaterdecime: qui propter eximiam uirtutem: ex inferioribus ordinibus in eum locum peruenerat. uulnerantur amplius sexcenti. Ex Afraniani interficiuntur. T. Cecilius primus pili centurio: & preter eum centuriones quattuor. milites amplius ducenti. sed hec eius diei preter opinio: ut se utrinque superiores discessisse existimaret. Afraniani quod cum esse omnium iudicio inferiores uiderentur: cominus tamen diu steterunt: & nostrorum diu impetum sustinuerunt. & in eum locum tumulumque tenuerunt. que causa pugnandi fuerat. & nostros primo congressu terga uertere coegissent. nostri autem quod in quo loco atque impari congressi essent. quod quinque horis plus sustinuerunt. quod montem gladius districtis ascenderunt. quod ex loco superiore hostes terga uertere coegissent. atque in oppidum compulsi sunt.





illi eū tumulū p quo pugnatū ē: magnis operibus munerunt:  
& presidium ibi posuerunt. Accidit etiam repentinū incōmodū  
bi duo: quo hec gesta sunt. tanta enim tempestas cohortitur: ut  
nunq̄m illis locis maiores aquas fuisse constaret. tum autem ex  
omnibus mōribus nix pluit: ac summas ripas fluminis superauit  
pōtesq; ambos quos. C. Fabius fecerat: uno die interrupit. que  
res magnas difficultatesq; exercitus Cesaris attulit. Castra enim  
ut supra demonstratum est: cū essent inter flumina duo: sicorim  
& cingam spacio milium triginta: neutrum horum transiri po-  
terat. necessarioq; om̄es his angustis continebant. neq; ciuitates  
que ad Cesaris amicitiam accesserant frumentū supportare. neq;  
ii qui pabulatum longius progressi erant: interclusi fluminibus  
reuerſi. neq; maximi comitatus: qui ex italia galliaq; ueniebāt:  
in castra peruenire poterāt. tempus erat difficilimum: quo neq;  
frumēta in hybernis erant. neq; multum a maturitate aberant.  
ac ciuitates exinanite: q̄ Afranius pene omne frumentum: ante  
Cesaris aduentū: ilderdam conuexerat: reliq; si quid fuerat. Cesar  
superioribus diebus cōsumpserat pecora: quod secundū poterat  
esse inopie subsidium: propter bellum finitime ciuitates longius  
remouerat. qui erant pabulādi aut frumētandi causa pgressi:  
hos leuis armature lusitanti: peritiq; earum regionum cetrati: ci-  
terioris hispanie conſectabantur. quibus erat procliuē tranare  
flumem: quo consuetudo eorum omniū est: ut sine utris ad ex-  
ercitum nō eant. At exercitus Afranii omnium rerū abūdabat  
copia. multum erat frumentum prouisum: & conuectum supe-  
rioribus temporibus. multum ex omni prouincia comportabat.  
magna copia pabuli suppetebat. harū rerū omnium facultates  
sine ullo periculo: pons ilderdæ prebebat. & loca trans flumen  
integra: quo omnino Cesar adire nō poterat. Ee permanserunt  
aque dies quamplures. Conatus est Cesar reficere pōtes: sed nec  
magnitudo fluminis pmittebat: neq; ad ripā dispoſite cohortes  
aduersariorum perfici patiebantur. quod illis prohibere erat fa-  
cile. tum ipsius fluminis natura: atq; aque magnitudine. tum q̄  
ex totis ripis: in unum atq; angustum locum tela iaciebantur.  
atq; erat difficile eodem tempore rapidissimo flumine: opera p-  
ficere: & tela uitare. nuntiat Afranio magnos comitatus qui iter  
habebāt ad Cesarē ad flumen cōstitisse. Venerant eo sagittarii  
ex iutenis. eqtes ex gallia cū multis carris: magnisq; impedimētis

ut fert gallica consuetudo. Erant preterea cuiusq; generis ho-  
minum: milia circiter sex: cum seruis liberisq;. Sed nullus ordo:  
nullum imperium certum: cum suo quisq; consilio uteretur: atq;  
omnes sine timore iter facerent: usi superiore temporum: atq;  
itinerum licentia. Erant cōplures honesti adolēscētes senatorū  
filii: & equestri ordinis. Erant legatiōes ciuitatum. erant legati  
Cesaris. hos omnes flumina continebant. ad hos opprimendos  
cum omni equitatu: tribusq; legionibus Afranius die noctuq;  
proficiscitur. Imprudentesq; antemissis equitibus aggreditur. ce-  
lertiter tamen sese galli equites expediūt. preliumq; committūt.  
Hi dum pari certamine res geri potuit: magnū hostiū numerū  
pauci sustinere. sed ubi signa legionū appropinquare ceperūt:  
paucis amissis: sese in montes proximōs conferunt. Hoc pugne  
tempus: magnum attulit nostris ad salutem momentum. nacti  
enim spatium se in loca superiora receperūt. Desyderati sunt eo  
die sagittarii circiter ducenti. equites pauci: calonum atq; impe-  
dimentorum non magnus numerus. his tamen omnibus annona  
creuit. que fere res nō solum inopiam presentis: sed etiam futuri  
temporis timore ingrauescere consuevit. Iamq; ad quadraginta  
in singulos modios annona peruenerat: & militum uires inopia  
frumenti diminuerat. atq; incōmoda indies augebantur: & tam  
paucis diebus magna erat facta rerum commutatio. ac se fortūa  
inclinauerat: ut nostri magna inopia necessariaz rerum con-  
flicterent: illi om̄ibus abūdarent rebus: superioresq; haberent:  
Cesar ciuitatibus: que ad eius amicitiam accesserant: quo minor  
erat frumenti copia: pecus imperabat. calones ad longinquiores  
ciuitates dimittebat. Ipse presentē inopiam quibus poterat sub-  
sidius tutabatur. Hec Afranius Petreiusq;: & eorū amici pleniora  
etiam: atq; uberiora romam ad suos perscribebant. multa rumor  
fingebat: ut pene bellum conſectum uideretur. Quibus litteris  
nuntisq; romam perlatis: magni demum concursus ad Afraniū.  
magne gratulationes fiebant. Multi ex italia ad. Cn. Pompeiū  
proficiscebantur. Alii ut principes talem nuntium attulisse: ali-  
ne euentum belli expectasse. aut ex omnibus nouissimi uenisse  
uiderent. Cū in his āgustus res eēt: atq; om̄es uie ab Afranianis  
militibus: equitibusq; obsiderentur: nec pontes perfici possent:  
imperat militibus Cesar: ut naues faciant. cuius generis eū supe-  
rioribus annis usus britāie docuerat. Carine primum stramine





& leui materia fiebant. reliquum corpus nauum uirginibus cō/  
textum corus in tegebatur. Has perfectas carris iunctis deuehic  
noctu milia passuum a castris. xxii. militesq; his nauibus flumen  
transportat. continentēq; ripe collem improviso occupat. Hūc  
celeriter priusquam ab aduersariis sentiat: communit. huc le/  
gionem postea traiecit. atq; ex utraq; parte pontem institutum  
biduo perfecit. Ita com meatus: & q; frumenti causa procefferāt  
tuto ad se recipit: & rem frumentariā expedire incipit. Eodem  
die equitum magnam partem flumen traiecit. qui inopinantes  
pabulatores: & sine ullo dissipatos timore aggressi: q̄m magnum  
numerum iumentorum: atq; hominū intercipiunt. cohortibusq;  
centuriatis subsidio missis: scienter in duas partes sese distribuūt.  
alii ut prede presidio sint: alii ut uenientibus resistent: atq; eos  
propellant. unamq; cohortem que temere ante ceteras extra acie  
procurrerat: seclusam a reliquis circūueniunt. atq; interficiunt.  
incolumesq; cum magna preda eodē ponte in castra reuertunt.  
Dum hec ad Ilerdam geruntur: Massilienses uis. L. Domitii  
consilio: naues longas expediunt numero decemseptem quarum  
erant undecim recte: multa his minora nauigia addunt: ut ipsa  
multitudine nostra classis terreatur: magnum numerum sagitta/  
riorum. magnum albicorum: de quibus supra demonstratū est:  
imponunt: atq; hos premis: pollicitationibusq; incitant. certas  
sibi deposcit Domitius naues: atq; colōis: pastoribusq; quos secū  
adduxit: complet. Sic omnibus rebus instructa classe: magna fi/  
ducta ad nostras naues pcedunt: quibus preerat. C. Brutus. Hæ  
ad insulam que est contra massiliam stationes obtinebant. erat  
multo inferior numero nauum Brutus. sed delectos ex omnibus  
legionibus fortissimos uiros: antesignanos centuriones Cæsar ei  
classi attribuerat. qui sibi id muneris deposcerāt: ut manus ferreas  
atq; harpagones parauerant. magno numero pilorū tragularū  
reliquorumq; telorum se instruxerant. Ita cognito hostium  
aduentu: suas naues ex portu educunt. cum massiliensibus con/  
fligūt. pugnatum utrinq; est fortissime & acerrime. neq; multū  
albici nostris uirtute cedebant. Homines asperi: & montani ex/  
ercitati in armis: atq; u modo digressi a massiliensibus: recentem  
eorundē pollicitationem animis continebāt. pastoresq; indomiti  
spe libertatis excitati: sub oculis Domitii suam probare operam  
studebāt. Ipsi massilienē & celeritate nauū & sciētia gubernatorū

confisi: nostros eludebant. impetusq; eorum excipiebant. &  
quoad licebat latiore spacio producta longius acie: circūuenire  
nostros: aut pluribus nauibus adoriri singulas: aut remos trans/  
currentes detergere: si possent contendebant. cum propius erat  
necessario uentum: ab scientia gubernatorum: atq; artificis: ad  
uirtutem montanorum confugiebant. qui minus exercitatis re/  
migiibus: minusq; peritis gubernatoribus utebantur. qui repente  
ex onerariis nauibus erant producti. neq; dum etiam uocabulis  
armamētorum cognitis nostris: tum etiam grauitate & tarditate  
nauum impediēbantur. facte enim subito ex humida materia:  
non eundem usum celeritatis habuerant. Itaq; dum locus com/  
munis pugnandi daretur: equo animo singulas binis nauibus ob/  
uiciebāt. atq; iniecta manu ferrea: & retēta utraq; naue: diuersi  
pugnabant: atq; in hostium naues transcendebant. & magno  
numero albicorum & pastorum interfecto: partem nauum de/  
primunt. nonnullas cum hominibus capiunt. reliquas in portum  
compellunt. Eo die naues massiliensium: cum his que sunt capte  
intereunt. viii. Hoc primum Cæsari ad Ilerdā nuntiatum. simul  
perfecto ponte celeriter fortuna mutatur. Illi perterriti uirtute  
equitum: minus libere: minus audacter uagabantur. Alii non  
longo a castris progressi spacio: ut celerem receptum haberent:  
angustius pabulant. alii longiore circuitu custodiales stationesq;  
equitum uitabant: aut aliquo recepto detrimento: aut procul  
equitatu uiso ex medio itinere pietis sarcinis fugiebāt. postre/  
mo & plures intermittere dies: & preter consuetudinem omnium  
noctu constituerant etiā pabulari. Interim oscenses & calagu/  
ritani: qui erant cum oscensibus cōtributi: mittūt ad eū legatos:  
seseq; imperata facturos pollicentur. hos taraconēses & iacetani  
& ausetani: & paucis post diebus Illurgauonenses: qui flumen  
hiberū attingūt: insequūtur. Petit ab his omnibus ut se frumēto  
iuuent. Pollicentur. Atq; omnibus undiq; conquisitis iumentis:  
in castra deportāt. Transit etiam cohorti Iurganonenfis ad eum.  
Cognito ciuitatis consilio: & signa ex statione transfert. magna  
celeriter commutatio rerum perfecto ponte: magnis quinq; ci/  
uitatibus ad amicitia iunctis: expedita re frumētaria. extinctis  
rumoribus de auxiliis legionū que eū Pompeio per mauritaniā  
uenire dicebantur. multe longiquiores ciuitates ab Afranio de/  
suscunt: & Cæsaris amicitiam sequuntur. Quibus rebus perterritis





animis aduersariorum: Cesar: ne semper magno circuitu p̄ pontē equitatus esset mittendus: nactus idoneum locum: fossas pedum triginta in latitudinem complures facere instituit. quibus parre aliqua sicorem auerteret. uadumq; in eo flumine efficeret. His pene effectus: magnum in timorē Afranius Petreusq; pueniūt ne omnino frumento: pabuloq; intercluderentur. q̄ multum Cesar equitatu ualebat. Itaq; cōstituunt ipsis locis excedere: & in celtiberiam bellum transferre. Huic consilio suffragabat etiā illa res: q̄ ex duobus contrariis generibus: que superiore bello cum L. Sertorio steterant: ciuitates iuncte: nomē atq; imperiū absentis timebant. queq; in amicitia manserant. Pōpeu magni affecte beneficis: eum diligebant. Cesaris autem in barbaris erat nomē obscurius. Hinc magnos equitatus: magnaq; auxilia expectabant: & suis in locis bellum in hyemem ducere cogitabant. Hoc inuito consilio toto flumine hybero naues conquirere: & octogesam adduci iubent. Id erat oppidū positum ad hiberum miliaquinq; passuum. a castris aberat. xxi. ad eū locum fluminis nauibus iunctis: pontem imperant fieri. legionesq; duas flumen sicorim traducunt. castraq; munitur uallo pedū duodecim. Quare per exploratores cognita: summo labore militum Cesar: continuato. diem noctemq; opere: in flumine auertendo: huc iam duxerat rem: ut equites & si difficulter: atq; egre fiebat: possent tamen atq; auderent flumen transire. Pedites uero tantūmodo humeris ac summo pectore extrarēt: ut tum altitudine aque: cū etiam rapiditate fluminis ad transeūdum nō impedirentur. Sed tamen eodem fere tempore pōs in hibero: prope effectus nuntabatur. & in sicori uadum reperiebatur. Iam uero eo magis illi maturandum iter existimabant. Itaq; duabus auxiliaribus cohortibus interdum presidio relictis: omnibus copiis sicorim transeūt & cum duabus legionibus: quas superioribus diebus traduxerāt: castra coniungunt. Relinquebatur Cesari nihil: nisi uti egratu agmen aduersariorum male haberet: & caperet. pōs enim ipsius magnum circuitum habebat. ut multo breuiore itinere: illi ad hiberum peruenire possent. Equites ab eo missi flumē transeūt. & cū de tertia uigilia Petreus & Afranius castra mouissent: repente sese ad nouissimū agmen ostendūt. & magna multitudine circumfusa morari atq; iter impedire incipiunt. Prima luce ex superioribus locis: que Cesaris castris erant cōiuncta cernebant

equitatus nostri prelio: nouissimos illorum premi uehemēter: ac nonnunquam sustinere extremum agmen: atq; interrūpti: alias inferri signa: & uniuersarū cohortum impetu nostros propelli. deinde rursus cōuersos inseq. totis uero castris milites cōcurbari: & dolere hostem ex manibus dimitti. bellum necessario longius duci. centuriones tribunosq; militū adire atq; obsecrare: ut per eos Cesar certior fieret: ne labori suo: neu piculo parceret. paratos esse sese posse: & audere transire flumē: quo traductus eēt equitatus: quorū studio & uocibus excitatus cesar: & si timebat tate magnitudinis fluminis exercitum obucere: conandū tamen atq; experiendum iudicat. Itaq; infirmiores milites ex omnibus centuriis deligi iubet. quorum aut animus: aut uires uidebātur sustinere non posse. hos cum legione una presidio castris reliquit. reliquas legiones expeditas educit. magnoq; numero iumentorū in flumine supra atq; infra cōstituto traducit exercitum: pauci ex his militibus in flumine abrepti: ab equitatu excipiuntur: ac subleuantur. interit tamen nemo. Traducto incolumi exercitu copias instruit. triplicemq; aciem ducere incipit. ac tantum fuit in militibus studium: ut milium sex ad iter addito ad uadū circuitu: magnaq; fluminis mora interposita eos q; de tertia uigilia exissent: ante horam diei nonam cōsequerent. Quos ubi Afranius procul uisos cum Petreio conspexit: noua re perterritus: locis superioribus constitit: aciemq; instruit. Cesar in campis exercitum refecit: ne defessum prelio obiciat. Rursus conantes progredi insequitur: & moratur. Illi necessario maturus q̄ constituerant castra ponunt. Suberant enim montes: atq; a milibus passuum quinque itinera difficilia: atq; angusta excipiebant. hos montes intra se recipiebant: ut equitatus Cesaris effugerēt: presidisq; in angustiis collocatis exercitum. itinere prohiberēt. ipsi sine periculo: ac timore: hiberum copias traducerent. quod fuit illis conandum: atq; omni ratione efficiendū. & totius diei pugna atq; itineris labore defessi: rem in posterum diem distulerunt. Cesar quoq; in proximo colle castra ponit. media circiter nocte ut qui adaquandi causa longius a castris processerant: ab equitibus correpti. Fit ab his certior Cesar: duces aduersariorum silentio copias castris educere: quo cognito signū dari iubet: & uasa militari more conclamari. Illi exaudito clamore: ueriti ne noctu impediti: sub onere confligere cogerentur: aut ne ab equitatu





Cesaris in angustiis tenerent: iter supprimunt. copiasque in castris continent. Postera die Petreius cum paucis equitibus: occulte ad exploranda loca proficiscitur. Hoc idem fit ex castris Cesaris. Mittitur. L. Decidius Saxo: cum paucis qui loci naturam perspiciat. uterque idem suis renuntiat quinque milia passuum proxima intercedere itineris campestris: inde excipere loca aspera: & motosa. qui prior has angustias occupauerit: ob hoc hostem prohiberi nihil esse negotii. Disputat in consilio a Petreio & ab Afranio & tempus profectiois queritur. plerique censent: ut noctu iter facerent posse prius ad angustias perueniri: quam sentirentur: alii quod pridie noctu condamatum esset a castris Cesaris: argumentum sumebat loco non posse clam exiri. Circumfundi noctu equitatum Cesaris atque omnia loca atque itinera obsideri. nocturnaque prelia esse uitanda: quod perterritus miles in ciuili dissensione: timori magis quam religioni consulere consuevit. At lucem multum per se pudorem omnium oculis: multum etiam tribunorum: militum: centurionumque presentiam afferre. quibus rebus coerceri milites: & in officio contineri soleant. Quare omni ratione esse interdum perripiendum. & si aliquo accepto detrimento: tamen summa exercitus salua: locum quem petant: capi posse. Hæc uicem in consilio sententia. & prima luce postridie constituunt proficisci. Cesar exploratis regionibus: albente celo omnes copias castris educit. magnoque circuitu: nullo certo itinere exercitum educit. Namque itinera que ad hiberum atque octogesam pertinebant: castris hostium oppositis tenebantur. Ipsa erant transcendenda. ualles maxime: & difficillima saxa: multis locis perrupta: iter impediebant. ut arma per manus necessario traderent. militesque ierme: subleuati: alii ab aliis: magnam partem itineris conficerent. Sed hunc laborem recusabat nemo: quod eum omnium laborum finem fore existimabant: si hostem hiberno intercludere: & frumentum prohibere potuissent. ac primo Afranii milites uisendi causa loci ex castris procurabant: contumeliosisque uocibus prosequerentur nos necessarii uictus inopia coactos fugere: atque ad illud reuerti. Erat enim iter a proposito diuersum. contrariamque in partem iniri uidebatur. duces uero eorum suum consilium laudibus ferebant: quod se castris renuissent. multumque eorum opinionem adiuuabat: quod sine iumentis impedimentisque ad iter profectos uidebant. ut non posse diuiciis inopiam sustinere: confiderent. Sed ubi

paulatim retorquere agmen ad dexteram conspexerunt: iamque primos superare regionem castrorum animaduertunt: nemo erat adeo tardus: aut fugiens laboris: quin statim castris exeundum atque occurrendum putaret. Conclamatur ad arma: atque omnes copie paucis presidio relictis cohortibus exeunt. rectoque ab hiberum itinere contendunt. erat in celeritate omne positum certamen. utri prius angustias montesque occuparent. sed exercitus Cesaris uitariu difficultates tardabant. Afranii copias equitatus Cesaris insequens morabatur. Res tamen ab Afranianis huc erat necessario deducta: ut si priores motus quos patebant: attigisset: ipsi periculum uitarent. Impedimenta totius exercitus: cohortesque in castris relictas: seruare non possent. quibus interclusis exercitu Cesaris: auxilium ferri nulla ratione poterat. Confectis poriter Cesar: atque ex magnis rupibus nactus planitiem: in hanc contra hostem aciem instruxit. Afranius cum ab equitatu nouissimum agmen premeretur: & ante se hostem uideret: collem quendam nactus: ibi constitit. Ex eo loco quattuor cetratorum cohortes in motem qui erat in conspectu omnium mittit. Huc magno cursu concitatos iubet occupare. eo consilio uti ipse eodem omnibus copis contenderet. & mutato itinere: iugis octogesam perueniret. hunc cum obliquo itinere cetrati peterent: conspiciatus equitatus Cesaris: in cohortes impetum fecit. nec minimam partem: temporis equitum uim cetrati sustinere potuerunt. omnesque ab eis circumuenti: in conspectu utriusque exercitus interficiunt. eratque occasio benegerende rei. neque uero id Cesare fugiebat: tanto sub oculis accepto detrimento: perterritum exercitum sustinere non posse: presertim circumdatum ubique equitatu cum in loco equo atque aperto: configeretur. Concurrerant legati: centuriones: tribuni: militum: ne dubitaret prelium committere: omnium esse militum paratissimos animos. Afranianos contra multis rebus sui timoris signa misisse: quod suis non subuenissent: quod de colle non decederent: quod uix equitum incursum sustinerent. collatisque in unum locum signis conferri: neque ordines: neque signa seruarent. quod si iniquitatem loci timeret: datum iri tamen aliquo loco pugnandi facultatem: quod certe inde decedendum esset Afranio: nec sine aqua permanere posset. Cesar in ea spe uenerat: se sine pugna: & sine uulnere suorum: rem conficere posse. quod re frumentaria aduersarios interclusisset. cur etiam secundo prelio aliquos





ex suis amitteret? cur uulnerari pateretur optime meritos de se  
milites? cur deniq; fortunam periclitaretur: presertim cum non  
minus esset imperatoris consilio superare q̄ gladio. mouebatur  
etiam misericordia ciuium: quos interficiendos uidebat. quibus  
saluis atq; incolumibus rem obtinere malebat. Hoc consilium  
Cesaris a plerisq; non probabatur. Milites uero palam inter se  
loquebantur: quoniam talis occasio uictorie dimitteretur etiam  
cum uellet Cesar sese non esse pugnaturus. Ille in sua sententia  
perseuerat. & paulum ex eo loco digreditur: ut timorem aduer/  
sarius minuatur. Petreius atq; Afranius oblata facultate: in castris  
sese referunt. Cesar presidis montibus dispositis: omnia ad hiberz  
intercludit itinera: q̄ proxime potest hostium castris castra cō/  
munit. Postero die duces aduersariorum perturbati: q̄ omnem  
rei frumētariae fluminisq; hiberi spem dimiserant: de reliq; rebus  
cōsultabant. Erat unum iter ulerdam: si reuerti uellent. alterum  
si tarraconem peterent. Hec consultantibus eis: nūtiatur aqua/  
tores ab equitatu premi nostro. Qua re cognita crebras statōes  
disponunt equitum. & cohortum aliarum: legionariasq; inter/  
mittūt cohortes: uallumq; ex castris ad aquam ducere incipiūt.  
ut intra munitionem sine timore: & sine stationibus aq̄ri possēt.  
Id opus inter se Petreius atq; Afranius partiuntur ipsiq; perfici/  
endi operis cā: longius progrediunt. Quorū discessu liberam  
nacti milites colloquiorum facultatem: uulgo procedūt: & quē  
quisq; in castris notum aut municipem habebat: conquirunt. atq;  
uocat. Primum igitur agunt gratias omnes omnibus: q̄ sibi per/  
territus pridie pepercissent. eorum se beneficio uiuere. Deinde  
imperatoris fidem querunt. recte ne se illi sint commissuri? & qd̄  
non ab initio fecerint: armaq; cum hominibus necessariis & con/  
sanguineis contulerint: conquerūtur. Nisi prouocati sermōibus  
fidem ab imperatore de Petreii & Afranii uita petunt: ne in se  
scelus cōcepisse: neu suos prodidisse: uideātur. Quibus cōfirmatis  
rebus: se statim signa translaturus confirmant. Legatosq; de  
pace primorum ordinū cēturiones ad Cesarem mittunt. interim  
alii suos in castra inuitandi causa adducunt. alii ab suis adducunt.  
adeo ut ima castra iam facta uiderentur. Compluresq; tribuni  
militum: & centuriones ad Cesarem ueniunt: seq; ei commendāt.  
Hoc idē fit a principibus hispanie: quos illi euocauerant. & secū  
in castris habebāt obsidū loco. u. suos notos hospitesq; querebāt:

per quem quisq; eorum: aditum commendationis haberent ad  
Cesarē: Afranius etiā filius adolescens: de sua & parētis sui salute  
per Sulpitium legatū agebat. erāt plena letitia: & gratulatione  
omnia: eorum qui tanta pericula uitassent: & eorum: qui sine  
uulnere tantas res confecisse uidebantur. magnumq; fructum  
sue pristinae lenitatis: omnium iudicio Cesar ferebat. consiliumq;  
eius a cunctis probabatur. Quibus rebus nuntiatis Afranio: ab  
instituto opere discedit. seq; in castra recipit. sic paratus ut uide/  
batur: ut quicumq; accidisset casus: hunc quieto: & equo animo  
ferret. Petreius uero nō deserit sese. armat familiam. cum hac  
& pretoria cohorte cetratoz; barbarisq; equitibus paucis: bene/  
ficiarius suis: quos sue custodie causa: habere consuerat: impro/  
uiso ad uallum aduolat. colloquia militum interrūpic. nostros  
repellit ab castris. quos deprehēdit: interficit. reliq; coeunt inter  
se: & repētino piculo exterriti: sinistras sagis inuoluūt. gladiosq;  
distingunt. atq; ita se a cetratis equitibus defendunt. castrorum  
propinquitate consili: seq; in castra recipiunt. & ab his cohorti/  
bus que erant in statione ad portas defenduntur. Quibus rebus  
cōfectis flens Petreius manipulos circuit: militesq; appellat: neu  
se: neu Pompeium absentem imperatorem suum: aduersario ad  
supplicium tradant obsecrat. Fit celeriter concursus in pretoriū  
postulat ut iurent omnes: se exercitum ducesq; non deserturos:  
neq; prodituros: neq; sibi separatim a reliquis cōsiliū capturos.  
Princeps in hec uerba iurat ipse: idem iusiurandum adigit Afra/  
nium: subsequuntur tribuni militum centurionesq; centuriatim  
producti milites idem iurant. edicūt penes quem quisq; sit miles  
Cesaris: ut producāt: productosq; palā in pretorio interficiant.  
sed pleriq; quos ceperant: celant. noctuq; per uallum emittunt.  
Sic terrore oblato a duabus: crudelitas ī supplicio. noua religio  
iusiurandi: spem presentis deditiois sustulit. mentesq; militum  
Conuertit. & rem ad pristinam ratiōem belli redegit. Cesar mi/  
lites aduersariorum: qui in castra per tempus colloqui uenerāt:  
summa diligentia cōquiri: & remitti iubet. Sed ex numero tri/  
bunorum militum: centurionūq; nonnulli sua uoluntate apud  
eum remanserunt. quos ille postea magno in honore habuit.  
Centuriones ampliorisq; ordinis equites romanos: in tribunitium  
restituit honorem. Premebantur afraniani pabulatione: aqua/  
bantur egre. frumenti copiam legionarii nonnulli habebant.





quod dierum uiginti duorum ab Ilerda frumentum iussi erat efferre. Cetrati auxiliareque nullam quoque erant facultates ad parandum exigue: & corpora insueta ad onera portanda. itaque magnus eorum quotidie numerus ad Cesarem perfugiebat. In his erat Augustus rex: sed propositis consiliis duobus explicitius uidebatur ad Ilerdam reuerti: quod ibi paulum frumenti reliquerant. ibi se reliquum consilium expleturos confidebant. Tarraco aberat longius. quo spatio plures rem posse casus recipere intelligebant. Hoc probato consilio ex castris proficiscuntur. Cesar equitatu premisso: qui nouissimum agmen caperet: atque impediret: ipse cum legionibus subsequitur. nullum intercedebat tempus quin extremi cum equitibus preliarentur: Genus erat hoc pugne expedite cohortes: nouissimum agmen claudebant. pluresque in locis campestribus sustinebant. si motus erat ascendendus: facile ipsa loci natura periculum repellebant: quod ex locis superioribus que antecesserant suos ascendentes pretegebant. cum uallis aut locus decliuus suberat: neque u qui antecesserant: morantibus opem ferre poterant. equites uero ex loco superiore: in aduersarios tela coniciebant: tum magno erat in periculo res: tum inquirebant: ut cum eiusmodi esset locus appropinquatum: legionum signa consistere iuberent. magnoque impetu equitatum repellerent. Eo sumoto: repetere incitati cursu: sese in ualles uersi dimitterent. atque ita transgressi: rursus in locis superioribus consisterent. nam tamen ab equitum suorum auxiliis aberant: quorum numerus habebat magnus: ut eos superioribus perterritos plus: in medium recipient agmen. utroque eos tuerent. quoque nulli ex itinere excedere licebat quin ab equitatu Cesaris exciperetur. tali dum pugnatur modo: lente ac paulatim proceditur. crebroque ut sine auxilio suis subsistunt. ut cum accidit. milia enim progressi quattuor uehementiusque peragitati ab equitatu: montem excelsum captiunt. ibique una fronte contra hostem castra muniunt. neque iumentis onera deponunt. Vbi Cesaris castra posita: tabernaculaque constituta: & dimissos equites pabulandi causa animaduertunt: sese subito praeipiunt. hora circiter sexta eiusdem diei: & spem nocti more discessu nostrorum equitum: iter facere incipiunt. Qua re aduersa Cesar: relictis legionibus subsequitur: presidio impedimentis paucas cohortes relinquit. hora decima subsequi pabulatores: equitesque reuocari iubet. celeriter equitatus ad quotidianum itineris efficitur reuertitur. pugnat acriter ad nouissimum agmen adeo ut pene terga

conuertant. compluresque milites: etiam nonnulli centuriones interficiuntur. Instabat agmen Cesaris: atque uniuersum imminabat. Tum uero neque ad explorandum idoneum locum castris: neque ad progrediendum data facultate consistunt necessario: & procul ab aqua: & natura iniquo loco castra ponunt. Sed hisdem de causis Cesar: que supra monstrate: prelio amplius non laceffit. & eo die tabernacula status passus non est. quo paratiores essent ad insequendum omnes: siue noctu siue interdiu erumperent. Illi animoduerso uitio castrorum: tota nocte munitiones proferunt. castraque castris conuertunt. hoc idem postero die a prima luce faciunt. totumque in ea re diem consumunt. sed quantum opere progresserant: & castra protulerant: tanto aberant ab aqua longius & presenti malo alius malis remedia dabant. Prima nocte aquandi causa nemo egreditur castris. Proximo die presidio in castris relicto: uniuersas ad aquam copias educunt. pabulatum emittitur nemo. His eos supplices malis. Cesar necessariam subire ditionem quam prelio decertare malebat. conatur tamen eos uallo: fossaque circummunire ut quam maxime repentinas eorum eruptiones demoretur quo necessario descensuros existimebat. illi & inopia pabuli adducti: & quo essent ad id expeditiores: omnia sarcinaria iumenta interfici iubent. In his operibus consiliisque biduum consumitur. tertio die magna iam pars operis Cesaris processerat. Illi impedire rei: que munitionis causa fiebat: hora circiter octauo signo dato legiones ducunt. aciemque sub castris instruunt. Cesar ab opere legiones reuocat. equitatum omnem conuenire iubet. aciem instruit. contra opinionem enim militum: famamque omnium: uideri prelio diffugisse: magnum detrimentum afferebat. sed eisdem de causis que sunt cognite: quominus dimicare uellet: mouebat. atque hoc etiam magis: quod spatium breuitas: etiam in fugam coniectis aduersariis: non multum ad summam uictorie iuuare poterat. Non enim amplius pedum milibus duobus: ab castris castra distabant. Hinc duas partes acies occupabant. Tertia uacabat ad incursum atque impetum militum relicta: si prelium committeretur. propinquitas castrorum: celerem superatis ex fuga preceptum dabat. Hac de causa constituerat signa inferentibus resistere pro prelio non laceffere. Acies erat Afranii duplex. legio quarta & tertia. insubdus locum alarie cohortis obtinebat. Cesaris triplex. sed primam aciem quaterne cohortes ex quinta legione tenebant. has subsidiarie terne:





& rursus alie totidē: sue cuiusq; legiōis subsequebant. sagittaru  
funditoresq; media concinebant acie. equitatus latera cingebat.  
tali instructa acie tenere uterq; propositum uidebatur. Cesar  
ut nisi coactus prelium non committeret. ille ut opera Cesaris  
impediret. producitur tamen res: actesq; ad solis occasum conti-  
nentur. Inde utrinq; in castra discedunt. Postero die munitōes  
institutas Cesar parat perficere. illi uadū fluminis sicoris tēptare  
si transire possent. Qua re animaduersa Cesar: germanos leuis  
armature equitumq; partem flumen traxit. Crebrasq; in ripis  
custodias disponit. eādem omnibus rebus obsessi: quarto iam die  
sine pabulo recētis iumentis: atq; ligni & frumenti inopia colloqū  
perunt. & si fieri possit: semoto a militibus loco. ubi id a Cesare  
negatum: & palam si colloqui uellent: cōcessum est. dat obsidis  
loco: Cesari filius Afranius. uenit in eum locū quem Cesar de-  
legit. Audiente utroq; exercitu loquitur Afranius: nō esse: aut  
ipsum: aut militibus succēdendum q; fidem erga imperatorem suum  
Cn. Pompeium conseruare uoluerūt. sed satis iam fecisse officio  
satisq; supplicii tulisse: perpeffos omnium rerum inopiam. Nunc  
uero: pene ut feminas circumuentos prohiberi aqua: prohiberi  
ingressu. neq; corpore dolerem: neq; animo ignominiam ferre  
posse. itaq; se uictos confiteri: orare atq; obsecrare: siquis locus  
misericordie relinquatur ne ad ultimum supplicium p̄gredi ne-  
cesse habeat. Hec q̄mpotest dimittere atq; subiectissime ex-  
ponit. Ad ea Cesar respōdit: nulli hominum has partes uel que-  
rimonte: uel miserationis minus conuenisse. reliquos enim omnes  
suum officium prestatis: qui etiam bona conditione: & loco: &  
tempore equo confligere noluerint: ut q̄integerrima essent ad  
pacē oīa. exercitū suū qui etiā iniuria accepta: suisq; interfectis  
quos i sua potestate habuerit: cōseruare: & texerit. Illius deniq;  
exercitus milites: qui per se de concilianda pace egerint. Qua in  
re omnium suorum uite consulendū putarūt: sic omnium ordinū  
partes: in misericordiam cōstitisse: ipsos duces a pace abhorruisse  
eos neq; colloqui. neq; indictarū iura seruasse: & hostes impitōs:  
& per colloquium deceptos: crudelissime interfecisse. Accidisse  
igitur his quod plerūq; hominibus nimia pertinacia atq; arrogancia  
accidere soleat: uti eo recurrant: & id cupidissime petant: quod  
pauloante contempserint. neq; nūc se illoꝝ hūanitate: neq; aliq;  
tēporis opportunitate postulare: quibus rebus augeant opes sue:

sed eos exercitus: quos contra se multos iam ānos aluerint: uelle  
dimitti. Neq; enim sex legiones alia de causa missas in hispaniā  
septimamq; ibi conscriptam neq; tot tātasq; classes paratas: neq;  
sumissos duces rei militaris pitōs: nihil horū ad pacē ad hispanias:  
nihil ad usum prouintie prouisum: que propter diuturnitatem  
pacis nullum auxilium desiderat. Omnia hec iam pridē contra  
se parati. in se noui generis impenia cōstituti: ut idem apporant  
urbanis presidia rebus: & duas bellicosissimas prouintias absens  
tot annos obrineat: in se iura magistratuum commutari: ne ex  
p̄cura: & cōsulatu ut semp sic: p̄ pauci p̄bati & electi i prouintias  
mittant: in se etatis excusationem nihil ualere: q; superioribus  
bellis probati ad obtinendos exercitus euocentur in se uno non  
seruari. Quod si omnibus datū semp i peratoribus ut rebus felici-  
ter gestis: aut cū honore aliquo aut certe sine ignominia: domū  
reuertant: exercitūq; dimittat. que tñ oīa & se tulisse patietur  
& esse laturum. neq; nunc id agere ut ab illis abduētū exercitū  
teneat ipse: quod tñ sibi difficile non sit: sed ne illi habeāt: quo  
contra se uti possint. p̄inde ut esset dictū: prouintias excederēt.  
exercitūq; dimitterēt. sed si id sit sc̄m se nociturū nemini. hęc unā  
atq; extremā pacis eē cōditionē. Id uero militibus fuit p̄gratū  
& iucundū ut ex ipsa significatiōe potuit cognosci. ut q; aliquid  
uicti incōmodi expectauissent. ultro inde p̄miū missiōis ferrēt.  
Nā cū de loco & tempore eius rei cōtrouersia inferret: & uoce  
& manibus: uniuersi ex uallo ibi cōstitērāt significare ceperūt:  
ut statim dimitterent. neq; n. interposita fide firmū esse posse: si  
in aliud tēpus differret. paucis cū esset in utranq; partē uerbis  
disputatū: res huc deducit: ut u q; habeāt domiciliū: aut posses-  
siones in hispaniā statim: reliq; ad uarū flumē dimittātur. neui  
de his noceat: neu q; inuitus sacramento dicere cogat a Cesare  
caueatur. Cesar ex eo tempore dum ad flumē uarum ueniat: &  
se frumentum daturum pollicetur: addit etiā: ut qd quisq; eorū  
in bello amiserit: que sint penes milites suos: ut q; amiserint resti-  
tuat. militibus equa facta existimatiōe pecuniam pro his rebus  
soluit. Quascunq; postea cōtrouersias inter se milites habuerāt:  
sua sponte ad Cesarē introduxerunt: Petreus atq; Afranius cū  
stipēdiū ab legiōibus pene seditiōe sc̄a flagitareēt: cuius illi diem  
nōdū uenisse dicerēt: Cesar ut cognosceret: postulatū ē. Eoq;  
utriq; qd statim cōtenti fuerūt. Parte circiter tertia exercitus





eo biduo dimissa: duas legiones suas antecedere: reliquis subsequi iussit: ut non longo iter se spacio castra faceret: etque negotio. Q. Fului Calpurnius legatum profecit. Hoc eius precepto ex hispania ad uarum flumen est iter factum: atque ibi reliqua pars exercitus dimissa est

.C. Iulii. Cesaris eiusdem belli:

Commentarius Secundus.

Ubi hec in hispania geruntur. C. Trebonius legatusque ad oppugnationem massilie relictus erat: duabus ex partibus aggerem uineas: turremque ad oppidum agere instituit: una erat proxima portui naualibusque: altera ad partem qua est aditus ad Galliam: atque hispaniam: ad id mare: quod adigit ad ostium rhodani. Massilia. n. fere ex tribus oppidum partibus: mari abluit. reliqua quarta est: que aditum habet a terra. huius quoque spatium per ea: que ad arcem pertinent: loci natura: & ualle altissima munita: longa & difficilis habet oppugnationem. Ad ea perficienda opera. C. Trebonius magnam iumentorum atque hominum multitudinem: ex omni parte uocat. uimina: materiamque comportari iubet. Quibus comparatis rebus aggerem in altitudinem pedum octuaginta extruit. Sed tanti erant antiquitus in oppido omnium rerum ad bellum apparatus: tantaque multitudo tormentorum: ut eorum uim nulle contexte uiminibus uinee sustinere possent. asseres enim pedum duodecim cupidibus prefixi: atque hi maximis balistis: per quattuor ordines cratium in terra defigebantur. Itaque pedibus lignis coniunctis inter se porticus intuebantur: atque hac agger inter manus proferebatur. antecedebat testudo pedum sexaginta: equandi loci causa facta. item ex fortissimis lignis euoluta: omnibus rebus: quibus ignis tactus: & lapides defendi possent. sed magnitudo operum: muri altitudo: atque turrium: multitudo tormentorum omnem administrationem tardabat. crebro tamen per Albicos: eruptiones fiebant ex oppido. ignesque aggeri & turribus inferebantur. que facile nostri repellebant milites. magnisque ultro illatis detrimentis: eos qui eruptionem fecerant: in oppidum reueiebant. Interim. L. Nasidius ab. C. Pompeio cum classe nauium sedecim. in quibus pauca erant erate. L. Domitio Massiliensibusque subsidia missus:

fretum sicilie imprudente: atque inopinante curiore puebiis: appulsisque messaniam nauibus: atque inde propter repentinum terrorem principum ac senatus: fuga facta ex nauibus eorum unam deducit. Hac adiuncta ad reliquas naues cursum massiliam uersus perficit: premissaque claua nauicula domitium massiliensesque de suo aduentu certiores facit. eosque magnopere hortatur: ut rursus cum Bruti classe additis suis auxiliis confligant. Massilienses post superius incommodum ueteres ad eundem numerum ex naualibus productas naues refecerant. summaque industria amauerant. remigum gubernatorumque magna copia suppetebat piscatorumque adiecerant: atque contexerant ut essent ab ictu telorum remiges tuti. Has sagittarum tormētisque compleuerant tali modo instructa acie omnium seniorum matrum famularum: uirginumque precibus: & fletu excitati: ut extremo tempore ciuitati subuenirent: non minore animo ac fiducia: quam ante dimicauerant: naues conscendunt: communi enim fit uictio nature: ut inuisis laterantibusque atque incognitis rebus magis confidamus: uehementiusque exterreamur: ut tunc accidit: aduentus enim. L. Nasidii summa spe & uoluntate ciuitatem compleuit. nati enim idoneum uentum: ex portu exeunt: & cauerca: quod est castellum massiliensium: ad Nasidium perueniunt. Ibi que naues expediunt rursusque se ad confligendum animo confirmant. & consilia committunt: dextra per massiliensibus attribuit: sinistra Nasidio. Eodem Brutus contendit aucto nauium numero. Nam ad eas: que facte fuerant arelate: per Cesarem captiue massiliensium accesserant sex. Has superioribus refecerat diebus. atque omnibus rebus instruxerat. Itaque suos exhortatus quos integros superauissent: ut uictos contemnerent: plenus spei bone atque animi aduersus eos proficiscitur. facile erat ex castris. C. trebonii: atque omnibus superioribus locis prospicere in urbem: ut omnis iuentus que in oppido remanserat: omnesque superioris eratis cum liberis atque uxoribus ex publicis custodis aut muro: ad celum manus tenderent: aut templa deorum immortalium adirent: & ante simulacra proiecti uictoriam ab his exposcerent. Neque erat quisquam omnium: qui non in eius diei casu: suarum omnium fortunarum euentum consistere existimaret. Nam & honesti ex iuuetute & cuiusque etatis amplissimi nominatim euocati: atque obsecrati: naues conscenderant. ut siquid aduersi accidisset: ne ad conandum quidem sibi quicquam reliqui fore uiderent. Si superauissent: uel domesticis opibus: uel extraneis auxiliis de salute urbis confiderent





Cómisso p̄lio massiliēsiū res nulla ad uirtutē defuit: sed meōres  
eorū preceptoz: que paulo ante ab suis acceperant: hoc animo  
decertabāt: ut nullū aliud tēpus ad conādū habituri uiderent:  
& qbus in pugnando uite periculum accideret: non ita multo se  
reliquorum ciuū fatum antecedere: existimarēt. quibus urbe  
capta: eadē eēt belli fortuna paciēda: diductisq; nostris paulatī  
nauib; & artificio gubernatorū: mobilitati nauū locus dabat  
& siquando nostri facultatē nasti ferreis manib; iniectis nauē  
religauerāt: ūdiq; suis laborantibus succurrebāt. Neq; uero cō/  
iuncti albiā cominus pugna deficiebāt: neq; multum cedebant  
uirtute nrī: simul ex mīoribus nauibus magna uis emīnū missa  
teloz: multa nostris de improviso imprudētibus: atq; impeditis:  
uulnera iferebāt. Cōspiciteq; naues triremes due: nauē .o. Bruti  
que ex signo facile agnosci poterat: duabus ex p̄tibus sese in eā  
incitauerāt: sed tāta re preuisa Brutus celeritate nauis usul ē: ut  
paruo momento antecederet. Ille adeo grauius inter se incitate  
confluxerunt: ut uehemētissime utreq; ex concursu laborarent:  
altera uero p̄fecto rostri tota collabifieret. Qua re aduersa  
que proxime ei loco ex Bruti classe naues erāt in eas impeditas  
impetū faciunt: celeriterq; ābas dep̄munt. Sed nasidiane naues  
nulli usul fuerunt: celeriterq; pugna excesserunt. Non enī aut  
respectus patrie: aut propinquorum precepta ad extremū uite  
periculum adire cogebāt. Itaq; ex eo numero nauū nulla desi/  
derata ē: ex massiliēsiū classe quīq; sūt dep̄sse: q̄tuor capte: una  
cū nasidiane p̄fugit que omnes citiorem hispaniā petierunt.  
At ex reliquis una p̄missa massiliā: huius nūti p̄ferendi gratia:  
cū tā appropinq̄ret urbi: omnis sese multitudo ad cognoscendū  
effudit. Hac re cognita tātus luctus exceptit: ut urbi capta ab  
hostibus eodē uestigio uideret. Massiliēses tamē nihilo segnius  
ad defensionē urbis reliqua apparare ceperūt. Est autē aīmad/  
uersus locus ab legionariis: qui dexterā partē op̄is admīstrabāt:  
ex crebris hostium eruptionibus: magno sibi eē presidio posse: si  
pro castello ac receptaculo turri ex latere sub muro fecissent:  
quam primo ad repentinos incurfus humilem: paruamq; fecerāt.  
huc se referebant. hinc si q̄ maior opp̄sserat uis: propugnabant:  
hinc ad repellēdum & prosequēdum hostē procurrebāt: patebat  
hec quoquo uersus pedes .xxx. sed parietū crassitudo pedū .v.  
postea uero: ut ē omniū rerū magister usul: hominum adhibita

sollertia. Inuentū est: magno eē usul posse: si hec esset in altitu/  
dinē turris elata. In hac ratione perfectū est: ubi turris altitudo  
perducta ē: id cōtabulationis causa in parietes instruxerunt ita:  
ut capita tignorū extrema: parietū structura tegerent: nequid  
emineret: ubi ignis hostiū adheresceret: hāc insup cōtignationē  
q̄tum tectum plutei: ac uinearū passū est: laterculo astruxerūt  
supraq; eū locum duo tigna transuersa iniecerunt: ut non longe  
ab extremis parietibus: quibus suspēderent eam cōtignationē:  
que turri tegumēto esset futura: supraq; ea tigna directo trās/  
uersas trabes iniecerūt: easq; asseribus religauerūt: has trabes paulo  
lōgiore: atq; eminentiore. q̄ extremi parietes erāt: effecerūt:  
ut esset ubi tegumēta perpendere possēt: ad defendendos ictus:  
ac repellēdos. Cū inter eā cōtignatiōem parietes extruerent:  
eamq; cōtabulationē summam lateribus lutoq; constrauerūt:  
nequid ignis hostium nocere possēt: centonesq; insup iniecerūt:  
ne aut tela tormentis missa: tabulationē perfringerēt: aut saxa  
ex catapultis lateritum discuterent: scorias autē ex funibus an/  
chorariis. iiii. in lōgitudinē parietū: turris lateris. iiii. pedes fecerūt  
easq; ex tribus p̄tibus: que ad hostes uergebāt: eminentibus trabi/  
bus circū turrē p̄pendentes religauerūt: qđ unū genus tegumēti  
aliis locis erant ex p̄ti: nullo telo: neq; tormento trauci posse. ubi  
uero ea pars turris: que erat p̄fecta: tecta atq; mūta ē: ab omni  
ictu hostium: pluteos ad alia opera abduxerunt: turris tectum  
per se ipsum prehensionibus & cōtignatiōe prima suspēdere ac  
tollere ceperūt. Vbi quantum scoriaz demissio patiebatur: tū  
eleuabāt intra hec tegimenta abditū: atq; munitū. parietes lateri/  
bus expeuebāt: rursusq; aliam prehensionē ad edificandum sibi  
locum expediebant: ubi tempus alterius cōtabulationis uidebat  
tigna item ut primo tecta: extremis lateribus instruebant. Exq;  
ea cōtignatione rursus sūmā cōtabulationē: scoriasq; leuabāt.  
Ita tuto: ac s̄n ullo uulnere: ac piculo: sextabulata extruxerūt:  
fenestrasq; qbus in locis uisum est: ad tormēta mittēda instruēdo  
reliquerunt. Vbi ex ea tueri que circū eēt: opa: tueri se posse  
confisi sunt: musculū pedibus. lx. longum: ex materia bipedali:  
quem a turri lateritia: ad hostiū turrem: murumq; perducerēt:  
facere instituerūt: cuius musculi hec erat forma: due p̄mū trabes:  
in solo: eque lōge distātes: inter se: pedes q̄tuor collocant. Inq;  
eis columelle pedū in altitudinē. v. defigunt. has inter se capolis





molli fastigio cōiungūt: ubi tigna que musculi tegēdi cā ponāt: collocent. eo super tigna bipedalia iniiciunt eaq; laminis: clauisq; religāt: ad extremūq; musculi tectū trabesq; extremas q̄dratas regulas. iiii. parētes digitos defigūt: que lateres: q; sup musculos struant cōtineant. Ita fastigato atq; ordinatim structo: trabes que erāt in capreolis collocat. In lateribus luto: musculus ut ab igne qui ex muro iaceretur: tutus eēt: contegit. Super lateres coria inducunt ne canalibus aqua immissa lateres deluere possēt. Coria autē ne rursus igni: ac lapidibus corrupant: cētōnibus contegunt. Hęc opus omne tectum uineis ad ipsā turrim perficiūt: subitoq; iopinātibus hostibus machinatōe nauali: phalāgis subiectis: ad turrim hostium admouent: ut edificatio iūgatur: quo malo p̄territi subito oppidā: saxa q̄ maxima possunt: uectibus promouent. precipitataq; muro in musculus deuoluunt. Ictum firmitas materie sustinet: & qcq; fastigio icidet musculus delabit. Id ubi uidēt: mutant cōsiliū. Cupas reda ac pice refertas incēdūt easq; de muro in musculus deuoluūt. Inuolute labūtur. delapsa ab lateribus lōguris: furcisq; ab opere remouentur. Interim sub musculo milites: uectibus ifirma saxa turris hostiū: qbus fūda mēta continebantur: conuellunt. Musculus ex turri lateritia a nostris telis tormētisq; defēditur. Hostesq; ex muro ac turribus submouent. non datur libera muri defēdendi facultas: compluribus iam lapidibus ex ea que suberat turri subductis. repentina ruina pars eius turris concidit: p̄ reliqua cōsequens: p̄cunbebat. Tū hostes turris repēcina ruina cōmoti: inopinato malo turbati deorū ira percussis: urbis direptiōe p̄territi. Inermes cū infulis sese porta foras uniuersi proripiunt. Ad legatos: atq; exercitum supplices manus tēdunt. Qua noua re oblata om̄is administratio belli consistit: militesq; auersi a prelio ad studiū audiēdi: & cognoscendi ferunt. Vbi hostes ad legatos exercitūq; puenerunt: uniuersi se ad pedes p̄ticiūt. Orāt ut aduentus Cesaris expectē captam suā urbē uideri: opera perfecta: turrem subruptā: itaq; a defensiōe desistere: nullam exortiri moram posse: quominus cū uenisset: si imperata nō facerēt: ad nutū euestigio diriperent. docent si omnino turris cōcidisset: nō posse milites cōtineri. quin spe prede in urbem irrumperēt: urbēq; delerēt: hec atq; eius mōi generis q̄ plura ut ab hoibus doctis: magna cū misericordia fleuq; p̄nuntiant. Quibus rebus cōmoti legati: milites ex ope

deducunt: oppugnatiōe desistūt: operibus custodias relinquunt. Inductarū quodā genere misericordia facto: aduentus Cesaris expectatur: nullum ex muro: nullū a nostris mittitur telum: ut re confecta: omnes curam & diligentiam remittūt. Cesar enim p litteras Trebonio magnopere mandauerat: ne per uim oppidū expugnari pateretur: ne grauius permoti milites & defectionis odio: & cōtemptiōe sui: & diutino labore omnes puberes interficerent: quod se facturos minabantur: egregi tunc sunt retenti: quin oppidum irrumperent: grauiusq; eam rem pertulerūt: qd̄ stetit per trebonium: quo minus oppido potirent: uidebatur. At hostes sine fide: tēpus: atq; occasionē fraudis ac doli querūt. Interiectisq; aliquot diebus nostris languentibus: atq; animo remissis: subito meridiao tempore: cū alius discessisset: alius ex diutino labore: in ipsis operibus quieti se dedisset: om̄ia uero arma reposita: contemptaq; essent: portas se foras erumpunt: secundo magnoq; uēto ignem operibus inferunt. Hūc sic distulit uētus uti uno tēpore agger: plutes: testudo: turris: tormētaq; flammā acciperent: & prius hec omnia cōsumerentur: q̄ quemadmodum accidisset: animaduerti posset. Nostris repēcina fortuna permoti: arma que possūt: arripiūt. Alii ex castris sese incitāt: fit i hostes impetus eorum: sed muro sagittis tormentisq; fugientes persequi prohibentur: illi sub murū se recipiūt: ibiq; musculus: turrimq; lateritiam libere incendūt: ita multorum mensium labor hostiū perfidia: & ut tempestatis p̄ucto tēporis interit. Temptauerūt hoc idem massilienses: postero die eandē nocti tēpestatem: maiori cū fiducia ad aliā turrem aggerēq; eruptiōe pugnauerunt: multūq; ignē intulerunt. Sed ut superioris tēporis contentionē nostri omnem remiserant: ita p̄ximi diei casu admoniti: omnia ad defensionem parauerāt. Itaq; multis interfectis: reliquos infecta re: i oppidū repulerūt Trebonius ea que sūt amissa multo maiore studio militū administrare & reficere instituit. Nam ubi tātos suos labores: & apparatus male cecidisse uiderūt: inducisq; per scelus uiolatis: suā uirtutē irrisui fore perdoluerūt: q̄ unde agger omnino comparari posset: nihil erat reliquū: om̄ibus arboribus longe lateq; in finibus massiliensium excisis: & cōuectis: aggerem noui generis: atq; inauditū ex lateritis duobus muris: senum pedum crassitudine: atq; eorum murorum contignationē facere constituerūt: equa fere latitudine: atq; ille congestus ex





materia fuerat agger. Vbi aut spatium iter muros. aut siccitatis materie postulare uiderent: pile iterponunt. transuersaria tigna iniunguntur: que firmamento esse possint. Et quidquid est contiguum cratibus cernunt. cratesque luto integunt. Subtexto miles dextra atque sinistra: muro tectus aduersus plutei obiecto operi: quecumque usus sunt sine periculo supportat. celeriter res administratur. diurni laboris detrimentum solertia: & uirtute militum breui reconciliatur: porte quibus locis uidetur eruptionis causa in muro relinquuntur. Quod ubi hostes uiderunt: ea que diu longoque spacio refici non posse sperassent: paucorum dierum opera: & labore ita perfecta: ut nullius perfidie neque eruptionis locus esset: neque quicquam omnino reliqueretur: quo aut uel militibus: aut igni operibus noceri posset: eodemque exemplo sentiunt totam urbem qua sic aditus ab terra: muro turribusque circumueniri posse: sic ut ipsis consistendi. In suis munitionibus lacus non esset: cum pene edificata in muris ab exercitu nostro menta uiderent: ac tela conuicerentur: suorumque tormentorum usum: quibus ipsi uel magna superauissent: spacio: propinquitatis interiori: partique conditione e muro ac turribus bellandi data: uirtute se nostris adquire non posse intelligunt: ad eandem deditiois condiciones recurrunt. M. Varro in ulteriore hispania sitio cognitis his rebus amicissime de Cesare loquebatur. Preoccupatum sese legatione ab. Cn. Pompeio teneri obstructum fide: necessitudinem quidem sibi nihilo minorem cum Cesare intercedere. neque se ignorare quod esset officium legati: que fiduciarum operam obtineret: que uires sue: que uoluntas erga Cesare totius prouincie. Hec omnibus referebat sermonibus: neque se in ullam partem mouebat. Postea uero cum Cesare ad massiliam detineri cognouit: copias petrei cum exercitu Afranii esse coniunctas: magna auxilia conuenisse: magna esse in spe: atque expectare: & consentire omnem citeriorem prouinciam: queque postea acciderant. Deque angustus ad iberam rei frumentarie accepit: atque ad eum latius: atque inflatus Afranius prescribat: se quoque ad motum fortune mouere cepit: delectum habuit tota prouincia. legionibus completis duabus: cohortes circiter triginta alarias addidit: frumenti magnum numerum coegit: quod massiliensibus. Item quod Afranio petreioque mitteret: naues longas. x. gaditanis ut faceret: imperauit. Complures propterea in hispania faciendas curauit: pecuniam omnem: omniaque ornamenta ex fano Herculis: in oppidum gadis contulit.

Eo sex cohortes presidii causa: ex prouincia misit. C. que galloni equitem romanum: familiarem domitii: qui eo procurande hereditatis causa uenerat: missus a domitio: oppido gadibus prefectus. arma omnia priuata & publica in domum Galloni contulit. Item habuit graues in Cesare contiones. Sepe ex tribunali predicauit: aduersa Cesare prelia fecisse: magnum numerum ab eo militum ad Afranium perfugisse. Hec se certis natibus: certis autoribus conperisse. Quibus rebus perterritos ciues romanos etiam prouincie sibi ad rempublicam administrandam cohortes. clxxx. & argentei pedo. xx. milia tritici modios. cxx. milia: polliceri coegit. Quas Cesare esse amicas ciuitates arbitrabatur: ut grauiora onera iugebat: qui uerba atque orationem aduersus rempublicam habuissent eorum bona in publicum adducebat. presidiaque eo deducebat: & iudicia in priuatos reddebat. prouinciam omnem in sua & Pompeii uerba: per iusiurandum adigebat. Cognitis his rebus: que sunt gestae in citeriore hispania: parabat bellum. Ratio autem hec erat belli: ut se cum duabus legionibus gadibus conferret: naues frumentumque omne ibi contineret. Prouinciam enim omnem Cesare rebus fauere cognouerat. In insula frumento nauibusque comparatis: bellum duci non difficile existabat. Cesar & si multis necessariusque rebus in italiam reuocabatur: tamen constituerat nullam partem belli in hispanis relinquere: quod magna esse Pompeii beneficia: & magnas clientelas in citeriore prouincia sciebat. Itaque duabus legionibus missis in ulteriore hispaniam cum. Q. Cassio. tri. ple. ipse cum equitibus de magnis itineribus progreditur: edictumque premittebat: ad quam diem magistratus principesque omnium ciuitatum sibi esse presto cordube uellet. Quo edicto tota prouincia promulgato: nulla fuit ciuitas quin ad id tempus partem senatus cordubam mitteret. Nullus uel ciuis romanus paulo nocior: quin ad statutum diem conueniret. Simul ipse cordube conuentus per se portas Varroni clausit: custodias uigiliasque in muro turribusque disposuit. Cohortes duas que et lonice appellabantur: cum eo: casu uenissent: tuendi oppidi causa apud se retinuit. His diebus carmonenses: que est longe firmissima totius prouincie ciuitas: deductis tribus cohortibus: positus in arce oppidi a Varrone presidio: per se cohortes eiecit: portasque preclusit. Hoc uero magis properare Varro: ut cum legionibus primum gadibus contenderet ne itinere: aut traiectu intercluderetur tanta ac tam secunda in Cesare uoluntas prouincie reprobatur.





Progresso et paulo longius: littere a gadibus redduntur: simul atque sit cognitum de edicto Cesaris. Consensisse gaditanos principes cum tri. cohortium: que essent ibi in presidio: ut Gallonium ex oppido expellerent. Urbem insulamque Cesari seruari. Hoc inito consilio: denuntiauisse Gallonio: ut sua sponte: dum sine periculo liceret: excederet gadibus: si id non fecisset: sibi consilium capturos. Hoc tumore adductum Gallonium: gadibus excessisse. His cognitis rebus: altera ex duabus legionibus: que uernacula appellabatur ex castris Varronis astate: et inspectate ipso: signa sustulit: seseque hispalim recepit: atque in foro et porticibus sine maleficio coesedit: quod factum adeo eius conuentus ciues romani: comprobauerunt: ut domum ad se usque hospitio cupidissime reciperet. Quibus rebus perterritus Varro: cum itinere conuerso sese in italiam uenturum promississet: cercior a suis factus est: preclusas esse portas: cum uero omnium interclusus itinere: ad Cesarem mittit: paratum se esse legionem: cui iussisset tradere. ille ad eum sex Cesarem mittit: atque huic tradit iubet. Tradita legione Varro cordubam ad Cesarem uenit: relictis ad eum publicis rationibus cum fide: quod penes eum est pecunie tradit: et quod ubique habebat frumenti: ac nauum ostendit. Cesar habita contione cordube: omnibus generatim gratias agit ciuibus romanis: quod oppidum in sua potestate studuissent habere: hispalis: quod presidia expulissent. Gaditanis: quod conatus aduersariorum interfregissent: seseque in libertatem iudicassent. tri. militum centuriis: qui eo presidii causa uenerant: quod eorum consilia sua uirtute confirmauissent pecunias que erant in publicum Varroni a ciuibus roma pollicite: remisit. Bona restituit eis: quos liberius loquutos: hanc penam tulisse cognouerat: tributis quibusdam publicis: priuatisque primis: reliquos in posterum bona spe complet. biduumque cordube comoratus gades proficiscitur: pecunias monumetaque que ex Fano herculis collata erant in priuata domum referri in templum iubet. punitie. Q. Cassium prefectum. huic quattuor legiones attribuit: ipse his nauibus: quibus M. Varro: quisque Gaditanis iussu Varronis fecerant. Tarracodem paucis diebus peruenit. ibi totius fere citerioris punitie legiones Cesaris aduentum expectabant. Eadem ratione priuatis ac publice quibusdam ciuitatibus habitis honoribus Tarracone discedit: pedibusque Narbonam: atque inde massiliam peruenit. ibi legem de dictatore latam: seseque dictatorem dictum a. M. lepidum prore cognoscit. Massilienses omnibus defessis

malis: rei frumentarie ad summam inopiam adducti: his plio nauali superari: crebris eruptionibus fusi: graui etiam pestilentia conflictati ex diutina conclusionem et mutatione uictus: panico enim uetere: atque hordeo corrupto omnes alebantur: quod ad huiusmodi casus antiquitus paratum in publicum cotulerant: detecta turri: labefacta magna parte muri: auxiliis prouinciarum: et exercituum desperatis: quos in Cesaris potestate uelisse cognouerant: sese dedere sine fraude constituunt. Sed paucis ante diebus. L. domitius cognita massiliensium uoluntate: nauibus tribus comparatis: ex quibus duas familiaribus suis attribuerat: unam ipse conscenderat: nactus turbidam tempestatem: est profectus: huc conspicate naues: que iussu Bruti consuetudine quotidiana ad portum excubabant: sublatis anchoris sequi ceperunt. Ex his unum ipsius nauigium contendit: et fugere perseuerauit: auxilioque tempestatis e conspectu abiit. duo perterrita conuersa nostrarum nauium: sese in portum receperunt. Massilienses arma: tormentaque ex oppido: ut est imperatum: profecerunt. Naues ex portu: naualibusque educunt pecuniam ex publico tradunt. Quibus rebus confectis Cesar magis eos: pro nomine uertustatis: quam pro meritis in se ciuitatis conseruans: duas ibi legiones presidio reliquit: ceteras in italiam mittit. ipse ad urbem proficiscitur. Hisdem temporibus. C. Curio in africam profectus: ex sicilia: etiam ab initio copias. P. actium uari despiciens: duas legiones ex quattuor: quas a Cesare acceperat: et. cl. equos transportabat biduumque: et noctibus tribus: nauigatione consumptis: appulit ad eum locum: qui appellatur aquilaria. Hic locus ab eadem clupeis passuum uigintiduum milia: habetque non incommodam estate stationem: et duobus eminentibus promontoriis continetur. Huius aduentum. L. Cesar filius cum decem longis nauibus ad clupeam prestolans: quas naues utice ex predonum bello subductas. P. actius reficiendas. huius belli causa curauerat: ueritusque nauum multitudinem: ex alto refugerat. Appulsusque ad proximum litus trireme constrata et in litore relicta: pedibus adrumentum profugerat. Id oppidum. C. Cosidius longis unius legionis presidio tuebatur. Reliquae Cesaris naues eius fuga adrumentum se receperunt. Hunc sequutus. M. Ruffus questor: nauibus duodecim: quas presidio oneratis nauibus Curio ex sicilia eduxerat: postquam relicta in litore nauem conspexit hanc remulco abstraxit. ipse ad Curionem cum Classe redit. Curio Martium uticam nauibus premitit: ipse eodem cum exercitu proficiscitur:





biditq; iter p̄gressus: ad flumē bagradā peruenit. ibi. C. Ganiū legarum cum legionibus reliquit: ipse cum equitatu antecedit ad castra explorāda corneliana: q̄ his locus peridoneus castris habebatur. Id autem ē iugum directum: eminent. In mare utraq; ex parte preruptū atq; asperū: sed tamē paulo leniore fastigio ab ea parte: que ad uticam uergit. abē directo itinere ab utica paulo amplius passus mille: sed hoc itinere est fōs quo mare succedit lōgius: lateq; is locus restagnat: que si quis uitare uoluerit: sex milium circuitu in oppidū perueniet. Hoc explorato loco: Curio castra uari conspiciat: muro: oppidoq; cōiuncta ad portā que appellatur bellica: admodū munita natura loci: una ex pte ipso oppido utica: altera teatro: qđ ē ante oppidum sub structionibus eius operis maximis: aditu ad castra difficili: & angusto simul animaduertit multa ūdiq; portari: atq; agi plenissimis uis: que repentini tumultus timore: ex agris in urbē conferebātur. Huc equitātū mittit: ut diriperet: atq; haberet loco p̄de. eodemq; tempore his rebus subsidio sexigenti eq̄tes electi numide ex oppido: peditesq; .cccc. mittuntur a Varro quos auxilii causa rex iuba paucis diebus ante uticam miserat. Huic & paternum hospitium: cum Pompeio: etsi multas cum Curione intercedebat: q̄ tri. ple. legem promulgauerat: q̄ lege regnū Iube publicauerat: concurrūt equites inter se: neq; uero primum impetū nostrorū numide ferre potuerūt. sed interfectis circiter. cxx. reliqui se in castra ad oppidum receperūt. Interim aduentu longaz; nauitū: Curio prouiciari oneratis nauibus iubet: que stabāt ad uticam numero circiter. cc. se in hostiū habiturum loco q̄ nō ē uestigio ad castra corneliana uela duxissent: qua pronuntiatōe facta: temporis puncto sublati anchoris: omnes uticam relinquunt: & quo imperatum est: transeūt. que res omnium rerum copia compleuit exercitum. His rebus gestis Curio se in castra ad bagradā recepit. Atq; uniuersi exercitus conclamatione imperator appellatur. Postero die uticā exercitū ducit: & prope oppidū castra ponit. Nondū opere castrorum perfecto: equites e statioe nūtiāt: magna auxilia equitū: peditūq; ab rege missa uticā uēire: eodēq; tēpore uis magna pulueris cernebatur: & e uestigio t̄pis primū agmen erat in conspectu. Nouitate rei Curio permotus premitte equites: qui primum impetum sustineant ac morent. Ipse celeriter ab opere deductis legiōibus: aciem instruit: eq̄tesq;

aduerso flumine: ut uado transire posset. Pompeius quia expedito itinere flumen ei transeundum non erat: magnis itineribus ad Antonium contendit. atq; ubi eum appropinquare cognouit: idoneum locum nactus: ibi copias collocauit. Suosq; omnes castris continuit. ignesq; fieri prohibuit: quo occultior esset eius aduentus. Hec ad Antonium statim per grecos deferuntur. Ille missis ad Cesarem nuntis: unum diem sese castris tenuit. Altero die ad eum peruenit Cesar. Cuius aduentu cognito Pompeius: ne duobus circumclauderetur exercitibus: ex eo loco discedit. omnibusq; copiis ad Asparagum: Dyrrachium peruenit: atq; ibi idoneo loco castra ponit. His temporibus Scipio detrimentis quibusdam circa montem amanum acceptis: sese Imperatorem appellauerat: quo facto Ciuitatibus: Tyrannisq; magnas imperauerat pecunias. Item a Publicanis sue prouintie debitam biennii pecuniam exegerat: & ab eisdem in sequentis anni mutuam acceperat: equitesq; toti prouintie imperauerat: quibus coactis finitimis hostibus: p̄bis: post se relictis: qui paulo ante. M. Crassū Imperatorem interfecerant: & M. Bibulum in obsidionem habuerant: legiones equitesq; ex Syria deduxerat: summaq; sollicitudine: ac timore Parthici belli in prouintiam cum uenisset: ac nonnulli Militum uoces tum audirentur: sese contra hostem si ducerentur: ituros: contra ciuem: & Consulē: arma non laturos: deductis pergamum: atq; in locupletissimas urbes Hiberie legionibus: maximas largitiones fecit: & confirmandorum militum causa diripiendas his ciuitates dedit. Interim acerbissime imperate pecunie tota prouintia exigebantur: multa preterea generatim ad auaritiam excogitabantur. In capita singula seruorum ac liberorum tributum imponebatur: Columnaria: Hostiaria: frumentum: Milites: remiges: arma: tormenta: uecture: imperabantur. cuiusmodi rei nomen reperiri poterat: hoc satis esse ad cogendas pecunias uidebatur. non solum urbibus: sed pene uitul castellisq; singulis: cum Imperio preficiebantur: qui horum quid acerrime crudelissimeq; fecerat: il & uir: & Ciuis optimus habebatur. Erat plena lictorum & Imperiorum prouintia: conferta preceptis: atq; exactoribus: qui preter imperatas pecunias: suo etiam priuato Imperio: compendioq; seruibant. Dictabant enim se domo patriaq; expulsos: omnibus necessariis egere rebus:





ut honesta prescriptione : rem turpissimam tegerent . Accedebant ad hec grauissime usure : quod in bello plerumq; accidere consuevit . In uniuersis pecuniis : quibus in rebus prolationem diei donationem esse dicebant : Itaq; et alienum prouintie eo biennio multiplicatum est : nec minus ob eam causam ciuibus . Romanis prouintie . sed in singulos conuentus : singulasq; ciuitates : certe pecunie imperabantur : mutuasq; ex illo se consulto exigebant . Publicanis uti in sorte fecerant : insequentis anni uectigal pro mutuo . Preterea Ephesi a Phano Diane : depositas antiquitus pecunias : Scipio tolli iubebat . ceterasq; eius deestatuas : cum in Phanum uentum esset : adhibitis compluribus Senatorii ordinis : quos aduocauerat Scipio : littere ei redduntur a Pompeio mare transisse cum legionibus Cesarem : properaret ad se cum exercitu uenire : omnibusq; que haberet . His litteris acceptis : quos aduocauerat : dimittit . Ipse iter in Macedoniam parare incipit : paucisq; post diebus est profectus . hec res Ephesie pecunie salutem attulit . Cesar Antonii exercitu conuincto : deducta Orico legione : quam tuende ore maritime causa posuerat tentandas sibi prouintias : longiusq; procedendum existimabat : & cum ad eum legati uenissent ex Thessalia : etoliaq; qui presidio misso pollicerentur : earum gentium ciuitates : imperata facturas L. Crassum longinum : cum legione tyronum : que appellabatur uicesimaseptima : atq; equitibus ducentis in thessaliam ire mandat : & C. Caluissium Sabinum cum cohortibus quinque : paucisq; equitibus in etoliam misit : maxime : eo q; erant propinque regiones de re frumentaria ut prouiderent : hortatus est . Cn. Domitium Calunum cum legionibus duabus undecima : & duodecima : & equitibus quingentis in Macedoniam proficisci iubet : cuius prouintie ab ea parte : que libera appellabat . Menedemus princeps earum legionum : missus Legatus omnium suarum studium excellens profictebatur . Ex his Caluissius primo aduentu summa omnium Etolorum receptus uoluntate : presidus aduersariarum Calidone : & Naupacto relictis : omni Etolia potitus est . Cassius in Thessaliam cum legione preuenit . Hic cum essent factiones due uaria uoluntate Ciuitatum utebatur Egesaretos ueteris homo potentie . Pompeianis rebus studebat . Peretreius summe nobilitatis adulescens . Suis ac suorum opibus : Cesarem enixe

iuuabat : eodemq; tempore Domitius in macedoniam uenit : & cum ad eum frequentes ciuitatum legiones conuenire cepissent : nuntiatum est adesse Scipionem : cum legione : magna & opinione & fama omnium . Nam plerumq; in nouitate fama antecedit . Hic nullo in loco Macedonie moratus : magno impetu contendit ad Domitium : & cum ab eo milia passuum uiginti abfuisset : subito se ad Cassium Longinum in thessaliam conuertit . Hoc adeo celeriter effecit : ut simul adesse : & uenire nuntiaretur : & quo iter expeditius faceret . M. Fauonium ad flumen a Lemonem : quod Macedoniam a Thessalia diuidit : cum cohortibus octo presidio impedimentis legionis reliquit . Castellumq; ibi muniri iussit : eodem tempore equitatus Regis Cottii : ad castra Cassii aduolauit : qui circum Thessaliam esse consueuerat . Tum timore perterritus Cassius : cognito Scipionis aduentu : uisusq; equitibus quos Scipionis esse arbitrabatur : ad montes se conuertit . qui Thessaliam cingunt : atq; ex his locis Ambrachiam uersus iter facere cepit : At Scipionem properantem sequi : littere sunt sequute a M. Fauonio : Domitium cum legionibus adesse : nec se presidium ubi constitutus esset : sine auxilio Scipionis tenere posse : quibus litteris acceptis consilium Scipio iterq; commutat . Cassium sequi desistit . Fauonio auxilium ferre contendit . Itaq; die ac nocte continuato itinere ad eum peruenit : tam opportuno tempore ut simul Domitiani exercitus puluis cerneretur : & primi antecursores Scipionis uiderentur . Ita Cassio : industria Domitii Fauonio : Scipionis celeritas salutem attulit . Scipio in castris statuis biduo moratus : quod inter eum : & Domitii castra fluebat alisicam : tertio die prima luce exercitum uado transducit . & castris positus postero die mane copias ante frontem castrorum struit . Domitius tum quoq; sibi dubitandum non putauit : quin productis legionibus prelio decertaret . Sed cum esset inter bina castra campus : circiter milia passuum ui . Domitius castris Scipionis aciem suam subiecit . ille uero a uallo non discedere perseuerauit . Attamen egre retentis Domitiani militibus : est factum : ne prelio contenderent : & maxime q; riuus difficilibus ripis : castris Scipionis subiectus : progressus nostrorum impediabat : quorum studium alacritatemq; pugnandi : cum cognouisset Scipio suspicatus fore : ut postero die aut inuitus dimicare cogeretur :





aut magna cum infamia in castris se contineret: qui cum magna expectatione uenisset: temere progressus: turpem habuit exitum & noctu neque conclamatis quidem uasis: flumen transit: atque in eandem partem: ex qua uenerat: rediit. Ibique prope flumen: ediro natura loco: castra posuit: paucis diebus interpositis: noctu insidias equitum collocauit. quo in loco superioribus fere diebus: nostri pabulari consueuerant: & cum quotidiana consuetudine. Quae Varus: praefectus equitum Domitii: uenisset: subito illi ex insidiis consurrexerunt: sed nostri fortiter eorum impetum tulerunt: celeriterque ad suos quisque ordines rediit. atque ultro uersi in hostes impetum fecerunt. Ex his circiter octuaginta interfectis: reliquis in fugam coniectis: nostri duobus amissis: in castra se receperunt. His rebus gestis Domitius sperans Scipionem ad pugnam elici posse: simulauit sese angustius rei frumentariae adductum: castra mouere: uasisque militari more conclamatis: progressus milia passuum tria: loco idoneo: & occulto: omnem exercitum: equitatumque collocauit. Scipio ad sequendum paratus: equitatum: magnamque partem leuis armature ad explorandum iter Domitii: & cognoscendum: premisit: qui cum essent progressi primeque turme insidias intrauissent ex fremitu equorum illata suspitione. ad suos se recipere ceperunt: quique hos sequebantur: celerem eorum receptum restiterunt. Nostri cognitis hostium insidiis: ne frustra reliquos expectarent: duas nocturnas: exceperunt. In his fuit. M. Opimius pater eques: reliquos omnes earum turmarum: aut interfecerunt: aut captos ad Domitium deduxerunt. Deductis ore maritima praesidia Caesar: ut supra demonstratum est: tres cohortes Orici: oppidi tuendi causa: reliquit: usque custodiam nauium longarum tradidit: quas ex Italia traduxerat. Huic officio oppidoque Caninius Legatus preerat. Is naues nostras in interiori partem: post oppidum reduxit: & ad terram deligauit. faucibusque portus nauem onerariam submersam obiecit: & huic alteram coniunxit: super quam turrim effectam: ad ipsum introitum portus opposuit: & militibus compleuit. tuendamque ad omnes repentinos casus tradidit. Quibus cognitis rebus. Cn. Pompeii filius: qui classi egyptiae praerant: ad Oricum uenit: submersamque nauium remulco: multisque colligatis funibus abduxit: atque alteram nauem: que erat ad custodia

ab Acilio posita: pluribus aggressus nauibus: in quibus ad libram fecerat turres: ut ex superiori pugnant loco. integrosque defa- tigatis summittens: & reliquis partibus simul ex terra scalis: & classe: menta oppidi temptans: ut aduersariorum manus diduceret. Labore & multitudine telorum nostros uicit: defectisque defensoribus: qui omnes scaphis excepti refugerant: etiam nauem expugnauit. eodemque tempore ex altera parte molem tenuit naturalem: obiectamque pene insulam contra oppidum effecerat: quattuor biremes subiectis scutulibus: impulsas uectibus: in interiori partem transduxit. Ita ut ex utraque parte naues longas aggrederetur: que erant deligate ad terram: atque naues quattuor ex his abduxit: reliquas incendit. Hoc confecto negotio. D. Lellium ab asiatica classe deductum reliquit: qui comitatus Biblide: atque Mantinea importari in oppidum prohibebat. Ipse Lissum praefectus: naues onerarias triginta a. M. Antonio relictas: intra portum aggressus: omnes incendit: Lissum expugnare conatus: defendentibus Ciuitibus Romanis: qui eius erant conuentus: militibusque: quos praesidia causa miserat Caesar: triduum moratus: paucis in oppugnatione amissis: re infecta inde discessit. Caesar postquam Pompeium ad Asparagum esse cognouit: eodem cum exercitu praefectus: & expugnato in itinere oppido Partinorum. In quo Pompeius praesidium habebat: tertio die in Macedonia ad Pompeium peruenit: iuxtaque eum castra posuit: & postredie ductis omnibus copiis: acie instructa: decertandi potestatem Pompeio fecit. Vbi illum suis locis se tenere animaduertit reducto in castra exercitu: aliud sibi consilium capiendum: existimauit. Itaque postero die omnibus copiis: magno circuitu: difficili: angustoque itinere: Dyrachium praefectus est: sperans Pompeium aut Dyrachium compelli: aut ab eo intercludi posse: quod omnem comitatum: totiusque belli apparatus eo contulisset: ut accidit. Pompeius enim primo ignorans eius consilium: quod diuerso ab ea regione itinere praefectum uidebat: angustius rei frumentariae compulsus discessisse existimabat. postea per exploratores certior factus: postero die castra mouit: breuiore itinere se occurrere ei posse sperans: quod fore suspicatus Caesar: militesque adhortatus ut equo animo laborem ferrent: parua parte noctis itinere intermisso: mane Dyrachium uenit. Cum primum agmen Pompeii procul cerneretur: tum ibi





castra posuit. Pompeius interclusus Dyrachio: ubi propositum tenere non potuit: secundo usus consilio: edito loco: qui appellatur petra: aditūq; habet nauibus mediocrē: atq; eas a quibusdā protegit uentis: castra communit: eo partem nauium longarum conuenire: frumentum: commeatumq; ab Asia: atq; omnibus regionibus: quas tenebat: comportari imperat Cesar longius bellum ductum iri existimans: & de Italicis commeatibus desperans: q̄ tanta diligentia omnia littora a Pompeianis tenebantur. classeq; ipsius: quas hyeme in Sicilia Gallia. Italia fecerat: morabantur: in Epirum rei frumentarie causa. Quintiliū: & L. Camuleium legatum misit: q̄q; he regiones aberant longius: locis certis horrea constituit: uecturasq; frumenti finitimis Ciuitatibus descripsit. Item Lisso: Pratinisq; & omnibus castellis: quod esset frumenti: conquiri iussit. Id erat per exiguum: cum ipsorum agrorum natura: q̄ sunt asperi: & montosi: ac plerunq; utuntur frumento importato. Tum q̄ Pompeius hec prouidebat: & superioribus diebus prede loco prati nos habuerat: frumentumq; omne conuersitum: spoliatis: effossisq; eorum domibus: per equos comportauerat. Quibus rebus cognitū Cesar consilium capie ex loci natura. Erant enim circum castra Pompeii: per multos editi atq; asperi colles. Hos primū presidium tenuit: castellaq; ibi communit inde: ut loci cuiusq; natura ferebat: ex castello in castellum perducta munitione: circumuallare Pompeium instituit. Hoc expectans q̄ angustia rei frumentarie utebatur: q̄q; Pompeius multitudine equitum ualebat: quo minore periculo undiq; frumentum: commeatumq; exercitui supportari posset: simul uti pabulatione Pompeium prohiberet: equitatusq; eius ad rem gerendam: inutilem efficeret. Tertio ut autoritatē: qua ille maxime apud exteras nationes niti uidebatur: minueret: Cum fama per orbem terrarum: percrebrisset: illum a Cesare obsideri: neq; audere prelio dimicare. Pompeius neq; a mari Dyrachioq; discedere uolebat: q̄ omnem apparatus belli: tela: arma: tormenta: ibi collocauerat: frumentumq; exercitui nauibus supportabat: neq; munitiones Cesaris prohibere poterat nisi prelio decertare uellet: quod eo tempore statuerat non esse faciendum. Relinquebatur ergo: ut extremam rationem belli sequens: q̄ plurimos colles occuparet: & q̄ latissimas regiones

presidium teneret. Cesarisq; copias q̄ maxime posset distineret: idq; accidit. Castellis enim .xxiii. effectis. xv. milia passus circuitu amplexus: Hoc spacio populabatur. Multaq; erant intra eum locum manufacta: quibus interim iumenta pascerentur: atq; ut nostri perpetuas munitiones uidebant perductas ex castellis in proxima castella: ne quo loco erūperent Pompeiani: & nostros post tergum adorirentur: timebāt. Ita illi in minore spacio perpetuas munitiones efficiebant: ne quo loco nostri intrare: atq; ipsos a tergo circumuenire possent. Sed illi operibus uincebant q̄ & numero militum prestabant: & interiore spacio minorem circuitum habebant: que tum erant loca Cesaris capienda: et si prohibere Pompeius totis copiis: & dimicare non constituerat: tamen suis locis sagittarios: funditoresq; mutabat: quorum magnū habebat numerum. multiq; ex nostris uulnerabantur: magnisq; inceserat timor sagittarum. atq; omnes fere milites: aut ex subcoactis: aut ex centonibus: aut ex coruis: tunicas: aut tegmenta fecerant: quibus tela uitarent. In occupandis presidis magna uterq; utebatur. Cesar ut q̄ angustissime Pompeium contineret. Pompeius ut plurimos colles q̄ maxime circuitu occuparet. crebraq; ob eam causam prelia fiebant. In his cum legio Cesaris nona presidium quoddam occupauisset: & munire cepisset: hinc loco propinquum: & contrarium collem Pompeius occupauit nostrosq; opere prohibere cepit: & cum una ex parte prope equū aditum haberet: primum sagittariis: funditoribusq; circumuectis postea leuis armature magna multitudine missa: tormentisq; prolati: munitiones impediabat. Neq; erat facile nostris uno tēpore propugnare: & munire. Cesar cum suos ex omnibus partibus uulnerari uideret: recipere se statuit: & loco excedere: erat per decliue receptus. Illi autem hoc acrius instabant: neq; regredi nostros patiebantur: q̄ timore adducti locum relinquere uidebantur. Dicit eo tempore gloriā apud suos Pompeius dixisse: nō recusare se: quin nullius usus īperator existimaret: si sine maximo detrimento legiones Cesaris sese recepissent inde: quo temere essent progressę. Cesar receptus suorum timens: crates ad extremum tumulum cōtra hostem proferri: & aduersas locari. Inter has mediocri latitudine fossam: ceteris militibus obducti iussit: locumq; in omni pres q̄ maxime īpediri. Ipse idoneis locis funditores instruxit: ut presidio nostris se recipiētib; eēt. His rebus completis legiones





reducti iussit. Pompeiani hoc insolentius: atq; audacius: nostros premere & instare ceperunt: cratesq; pro munitione obiectas: propulerunt: ut fossas transcenderent. Quod cum animauertisset Cesar: ueritus ne non reducti: sed reiecti uiderentur: mausq; detrimentum caperetur: a medio fere spacio suos p Antoniú: qui ei legioni p̄erat: cohortatus tuba signum dari: atq; in hostes impetú fieri iussit: milites legionis none subito cōspicati pila coniecerunt: & ex inferiore loco aduersus pilum incitati cursu precipites Pompeianos egerunt. quibus ad recipiendum crates directe: longurūq; obiecti: & institute fosse magno impedimento fuerunt. Nostri uero: qui satis habebant sine detrimento discedere: compluribus interfectis: quinq; omnino suorú amissis: quietissime se receperunt pauloq; circa eum locú morati: aliis comprehensis collibus: munitiones p̄fecerunt: erat noua & inusitata belli ratio: cú tot castellorú numero: tantoq; spacio: & tantis munitionibus: & tanto obsidióis genere: tum etiam reliquis rebus. Nam quicumq; alterú obsidere conati sunt: p̄cullos atq; infirmos hostes adorti: aut p̄lto superatas aut aliqua offensióe: continuauerunt. Cú ipsi numero militú egrúq; prestarent: causa aut obsidióis hec fere esse cōsueuit: ut frumēto hostes prohibeantur. At contra integra: atq; incolumes copias: Cesar inferiore militú numero: cōtinebat: cú illi osum rerú copia abúderent. Quotidie .n. magnus undiq; nauium numerus conueniebat: que commeatum supportarent. neq; ullus flare uentus poterat: quin aliqua ex parte secundum cursum haberet. Ipse aut consumptis omnibus: lóge lateq; frumentis: sūmis erat in angustiis: sed tamen hec singulari patientia milites ferebant. recordabantur eni eadē se supiore anno in Hispania p̄pessos. Labore & patiētia maximú bellú cōfecisse. meminerāt ad alexiam maximá se inopiam p̄pessos: multo etiá maiorē ad Auaricú maximarú se gentiú uictores discessisse. Nō illis hordeú cum dare: non legumina recusabant: pecus uero: cuius summa erat ex Epiro copia: magno in honore habebant: est etiam genus radicis inuentum ab ul: qui fuerant cum Valerio: quod appellatur chara: quod admixtum lacte: multum inopiá leuat. Id similitudinem panis efficiebat: eius erat magna copia: ex hoc effectos panes: cum in colloquiis Pompeiani famem nostris obiectarent: uulgo in eos iacebant: ut spem eorum minuerent. Iamq; frumenta maturescere incipiebant: atq; ipsa spes inopiá sustētabat: q̄ celeriter se h̄cturos copiá cōfidebāt.

Crebroq; uoces militum in uigiliis colloquiisq; audiebant: prius se cortice ex arboribus uicturos: q̄ Pompeium e manibus dimissuros libēter etiá ex pfugis agnoscebāt: equos eorú tolerari. reliq; uero iumenta interisse: uti autē ipsos ualitudine non bona: cú angustis loci: & odore tetra: & multitudine cadauerum: & quotidianis laboribus insuetos operum: tum aque sūma inopia affectos. omnia enim flumina: atq; omnes riuos: qui ad mare p̄tinebāt. Cesar auerterat: aut magnis opibus obstruxerat. atq; ut erant loca montosa & ad specul angustie uallium: has subicis in terram dimissis: p̄seperat terramq; aggeserat: ut aquam cōtinerent. Itaq; illi loca necessario p̄seq demissa: ac palustria: aut puteos fodere: cogebāt: atq; hūc laborē ad quotidiana opa addebāt: q̄ tñ fóres a quibusdam p̄sidis aberāt lógius: celeriter estibus exarescebāt. At Cesaris exercitus optima ualitudine: sūmaq; aque copia utebat. tú cōmeatus om̄i genere: p̄ter frumenti abundabat. q̄bus quotidie melius succedere tēpus: maiorēq; spem: maturitate frumentorum: p̄poni uidebant. In nouo genere belli: noue ab utrisq; bellandi rationes reperiebantur. Illi cum animaduertissent ex ignibus: nocte cohortes nostras ad munitiones excubare: silentio aggressi: uniuersā intra multitudinem: sagittas coniciebant: & se confestim ad suos recipiebāt. quibus rebus nostri usu docti hec reperiebāt remedia: ut alio loco ignes facerent. Interim certior factus. P. Sylla: quem discedens castris p̄fecerat Cesar: auxilio cohorti uenit: cum legionibus duabus: cuius aduentu facile sunt repulsi Pompeiani. neq; uero conspectum: aut impetum nostrorum tulerunt primisq; reiectis: reliq; se uerterūt: & loco cesserūt. sed insequētes nostros: ne lógius p̄sequerēt: Sylla reuocauit. At pleriq; existimāt: si acrius inseq uoluisset: bellú eo die potuisse finire: cuius consiliú reprehēdendú non uideat. Alie. n. sūt legati p̄tes atq; impatoris alter om̄ia agere ad p̄scriptú: alter libere ad sūmā rez cōsulere debet. Sylla a cesare castris relictus: libertatis suis: hoc fuit contentus: neq; p̄lto decertare uoluit. Que res tñ fortasse: aliquē recipet casum: ne impatorias sibi p̄tes sūpisse uideret. Pompeianis magna res ad receptú difficultatē afferebat. nā ex iniquo progressi loco: in summo constituerant: si p̄ decliue sese reciperēt: nostros ex supiore insequētes loco uerebantur: neq; multú ad solis occasum epis supererat. Spe enim cōficiendi negotii: prope in noctē rem duxerant. Ita necessario: atq; ex tempore capto consilio. Pompeius tumulum quendam





occupauit: qui tatum aberat a nostro castello: ut telum tormen/  
tumue missum adigi non posset: hoc confedit loco: atq; eum com/  
muniuit: omnesq; ibi copias continuit: eodem tempore duobus  
preterea locis pugnatum est. Nam plura castella: Pompeius piter:  
distinēde manus causa: tēptauerat. ne ex pximis presidis succurri  
posset. Vno loco Volcatius Tullius impetum legionis sustinuit  
cum cohortibus tribus: atq; eam loco depulit. Altero germani  
munitiones nostras aggressi: compluribus interfectis sese ad suos  
incolumes receperūt. Ita uno die sex preliis factis: tribus ad dyra/  
chium tribus admutiones: cum horum omnium ratio haberetur  
ad duorum militum numero ex Pompeianis cecidisse reptebamur.  
euocatos: & manipulares: centurionesq; complures. In eo fuit nu/  
mero Valerius Flaccus. L. filius: eius q; pretor Asiam obtinuerat:  
signaq; sunt sex miliaria relata: nostri nō amplius q̄. xx. omnibus  
sunt preliis: desiderati. sed in castello nemo fuit omnino Militum:  
qui uulneraret: quattuorq; ex una cohorte Centuriones oculos  
amiserunt: & cū laboris sui periculiq; testimonium afferre uellent:  
milia sagittarum circiter triginta in castellum cōiecta: Cesari re/  
nuntiauerūt. Scutoq; ad eum relato sceue cēturionis: inuēta sūt in  
eo foramina. ccxx. quē Cesar: ut erat de se meritis: & de repu/  
blica donauit milibus ducentis eris: atq; ab octauis ordinibus ad  
primipulum se trapucere pronuntiauit. Eius enim opera castellū  
conseruatum esse magna ex parte cōstabat: cohortem postea du/  
plici stipendio: frumētoue: & spetiaris militaribusq; donis amplis/  
sime donauit. Pompeius noctu magnis additis munitionibus: reliq;  
diebus turrel extruxit: & in altitudinem pedum. xv. effectis o/  
peribus uineis eam partem castrorū obtexit: & quinq; intermissis  
diebus: alteram noctem sub nubilam nactus: extructis omnibus  
castrorum portis: ad impediendum obiectis: tertia inica uigilia:  
silencio exercitū eduxit: & se in antiquas munitiōes recepit. Eto/  
lia: acarnania: amphilocris: per Cassium Longinum: & Caluissium  
Sabinū: ut demonstrauius receptis temptandā sibi Achaia: ac  
paulo longius progrediendū existimabat. Cesar itaq; eo Fulium  
Calenū misit. Et. Q. Sabinū: & Cassiū cum cohortibus adiungit:  
quorum cognito aduentu Rucilius Lupus qui Achaia missus a  
Pōpeio obtinebat. Scrinū premunire instituit: ut Achaia Fuliū  
phiberet. Calenus Delphos Thebas: & Ortomeniū: de uolūate  
ipsarum ciuitatum recepit: nonnullas urbes per uim expugnauit.

reliquas ciuitates circūmissis legationibus amicitia cesaris recōciliari  
st udebat. In his rebus fere erat fulius occupatus. Omibus deceps  
diebus Cesar exercitū in aciem equū in locū produxit: si Pōpeius  
prelio decertare uellet: ut pene castris Pompei legiōes subiceret:  
tantumq; a uallo eius prima acies aberat: uti ne in eam telo tor/  
mento ue adigi posset. Pompeius autem ut famam: & opinionem  
hominum teneret: sic pro castris exercitū constituēbat: ut tertia  
acies uallum contingeret. omnisq; eius instructus exercitus telis  
ex uallo abiectis protegi posset. Hec cum in Achaia: atq; apud  
Dyrachium gererentur: Scipionemq; in Macedonia uenisse cō/  
staret: non oblitus pristini instituti Cesar: mittit ad eū Clodium  
suum: atq; illius familiarē: quē ab illo traditū initio: & cōmēdatū  
in suorum necessariorum numero habere instituerat. Hanc dat  
litteras: mandataq; ad eum: quorum hec erat summa. sese omnia  
de pace expertum. nihil adhuc arbitrari uitio factum eorū: quos  
esse autores eius rei uoluisset: q; sua mādata pferre nō opportuno  
tempore ad Pompeium uererentur. Scipionem ea autoritate esse  
ut non solum libere: que probasset: exponere: sed etiā ex magna  
parte compellere: atq; errantem regere posset. Preeffe autem suo  
nomine exercitus. ut preter autoritatē: uires quoq; ad coercendū  
haberet. quod si fecisset: quietem Italie: pacem prouinciarum: sa/  
lutem Imperio: uni omnes acceptam relaturol. Hec ad eū mādata  
Clodius refert: ac primis diebus: ut uidebatur libenter auditus:  
reliquis ad colloquium non admittitur. Castigato Scipione a  
Fauonio: ut postea cōfecto bello reptebamur. Infectaq; re sese  
ad Cesarem recepit. Cesar quo facilius equitatum Pompeianum  
ad Dyrachium cōtineret: & pabulatione prohiberet: aditus duos:  
quos esse angustos demonstrauimus: magnis operibus premuniuit:  
castellaq; his locis posuit. Pompeius ubi nihil proficere equitatum  
cognouit. paucis intermissis diebus: rursus eum nauibus ad se tra/  
munitiones recipit. Erat summa: inopia pabuli: adeo ut folus ex  
arboribus strictis: & teneris arundinum radicibus contulis: equos  
alerent. Frumēta. n. que fuerāt intra munitiōes sata cōsūperūt:  
& cogebant corcyra: atq; acarnania: lōgo interiecto nauigationis  
spatio: pabulū supportare: quoq; erat eius rei minor copia: hor/  
deo adaugere. atq; his rationibus equitatum tolerare. Sed non  
modo hordeum pabulumq; omnibus in locis herbeq; defecte: sed  
etiā fructus ex arboribus deficiebāt. corruptis eq; macie conādū





sibi aliqd Pompeius de eruptione existimauit. Erát apud Cesarem ex equitum numero Allobroges duo fratres: Roscilius & Egus Aduicili filii. qui principatum in ciuitate multis ánis obtinuerat: singulari uirtute homines: quorum opera Cesar omnibus Gallias bellis: optima fortissimaq; erat usus. His domi ob eas causas amplissimos magistratus mandauerat: atq; eos extra ordinem in senatum legendos curauerat. agrosq; in gallia ex hostibus captos: premitaq; rei pecuniarie magna tribuerat. locupletesq; ex egentibus effecerat. Hi propter uirtutem non solum apud Cesarem in honore erant: sed etiam apud exercitum cari habebant: sed freti amicitia Cesaris: & stulta: & barbara: arrogantia despiciebant suos: stipendiumq; equitum fraudabant: & predam omnem domum auertebant. quibus illi rebus permoti uniuersi Cesarem adierunt: palamq; de eorum iniuriis sunt questi. & ad cetera addiderunt: falsum ab his equitum numerum deferri: quorum stipendium auerterent. Cesar neq; tempus illud animaduersionis esse existimans: & multa uirtutum eorum concedens: rem distulit totam. illos secreto castigauit: q; questui equites haberet. monuitq; equites: ut ex sua amicitia omnia expectarent: & ex preteritis suis officiis reliqua sperarent: magnam tamen hec rei illis offensionem: & contumeliam ad omnes attulit. Idq; ita esse: cum ex aliorum obiectationibus: tum ex domestico iudicio: atq; animi conscientia: intelligebant. quo pudore adducti: & fortasse se non liberari: sed in aliud tempus referuari arbitrati: discedere: a nostris: & nouam temptare fortunam: nouasq; experiri amicitias: constituerunt: & cum paucis colloquuti clientibus suis: quibus tantum facinus committere audebant: primum conati sunt prefectum equitum. C. Volusenum interficere: ut postea bello confecto cognitum est: ut cum munere aliquo perfugisse ad Pompeium uiderent. postq; id difficilius uisum est. neq; facultas perficiendi dabatur: quammaximas potuerunt pecunias mutuati: perinde ac suis satisfacere: & fraudata restituere uellent: multis coemptis eq; ad Pompeium transferunt: cum is quos sui consilii participes habebat. Quos Pompeius: q; erant honesto loco nati: & instructi liberaliter: magnosq; comitatu: & multis iumentis uenerant: uiriq; fortes habebantur: & in honore apud Cesarem fuerant: q; nouum & preter consuetudinem acciderat: omnia sua presidia circumduxit: atq; ostentauit. Nam ante id tempus nemo: aut miles: aut eques: a Cesare ad Pompeium transferat. cum pene quotidie a Pompeio ad

Cesarem pfugeret. Vulgo uero in epiro atq; etolia conscripti milites: earumq; regionum omnium que a Cesare tenebantur. sed hi cognitis omnibus rebus: seu quid in munitionibus perfectum non erat: seu quid a peritioribus rei militaris desiderari uidebat: temporibusq; rerum & spatium locorum: & custodiarum uera diligentia animaduersa prout cuiusq; eorum. qui negotiis preerant: aut natura: aut studium ferebant: hec ad Pompeium omnia detulerunt. quibus ille cognitis: eruptionisq; iam ante capto consilio: ut demonstratum est: tegmenta: galeas milites ex uiminibus facere: atq; aggerem comportare iubet: His peractis rebus: magnum numerum leuis armature: & sagittariorum: aggeremq; omnem noctu in scaphas & naues actuarialis sponit. & de media nocte cohortes sexaginta ex maximis castris presidisq; deductas: ad eam partem munitionum ducit: que pertinebant ad mare: longissimeq; a maximis castris Cesaris aberant. Eodem naues quas demonstrauius aggere: & leuis armature militibus completas: quasq; ad Dyrachium naues longas habebat: mittit. & quid a quoq; fieri uelit: precipit: ad eas munitiones Cesar lentulum Marcellinum questorem: cum legione nona positum habebat. huic: q; ualitudine minus comoda utebatur: fuluium Posthumium adiutorem sumiserat. Erat eo loco fossa pedum .xv. & uallum contra hostem in altitudine pedum .x. Tantumdemq; eius ualli agger in latitudine patebat. ab eo intermisso spatium pedum sexcentorum. alter conuersus in contrariam partem erat uallo humiliori paulo munitus. Hoc enim superioribus diebus timent Cesar ne nauibus nostri circumuenerentur: duplicem eo loco fecerat uallum: ut si anceps prelio dimicaret: posset resisti: sed operum magnitudo: & continens omnium dierum labor: quo milia passuum in circuitu. xviii. munitio est complexus: perficiendi spatium non dabat. Itaq; contra mare transfuersum uallum qui has duas munitiones contingeret: nondum perfecerat. que res nota erat Pompeio delata per Allobroges per fugas. magnumq; nostris attulit incommodum. Nam ut ad mare nostre cohortes nonne legionis excubuerant: accessere subito prima luce Pompeiani exercitus nouusq; eorum aduentus extitit: simulq; nauibus circumuerti milites in interiorum uallum tela iaciebant. fosseq; aggere complebant: & legionarii interioris munitionis defensores scalis admotis: tormentisq; cuiusq; generis: telisq; terrebant: magnaq; multitudo sagittariorum ab utraq; parte circumfundebatur. Multum autem ab ictu lapidum: quod unum nostris erat telum uimineum tegmenta





galeis imposita defendebant. Itaque cum omnibus rebus nostri premerentur: atque egre resisterent: animaduersum est uitium munitionis: quod supra demonstratum est: atque inter duos uallos: quo perfectum opus non erat: per mare nauibus expositis: in aduersos nostros impetum fecerunt: atque ex utraque parte munitione deiectos terga uertere: coegerunt. hoc tumultu nuntiato Marcellinus cohortes subsidio nostris laborantibus summittit. que ex castris fugientes conspicite neque illos suo aduentu confirmare potuerunt. neque ipsi hostium impetum tulerunt. Itaque quodcumque addebarur subsidio: id corruptum timore fugientium: terrores & periculum augebat. Horum enim multitudine receptus impediatur. in eo prelio cum graui uulnere esset affectus aquilifer: & uiribus deficeret: conspicatus equites nostros: hanc ego inquit & uiuus multos per annos magna diligentia defendi: & nunc moriens eadem fide Cesaris restituo. Nolite ergo committere: quod ante in exercitu Cesaris non accidit: ut rei militaris dedecus admittatur: incolumemque ad eum referre. hoc casu aquila conseruatur: omnibus prime cohortis Centurionibus interfectis: preter principem priorem. Iamque Pompeiani magna cede nostrorum castris Marcellini appropinquabant: non mediocri terrore illato reliquis cohortibus & M. Antonius qui proximum locum tenebat presidiorum: ea re nuntiato: cum cohortibus. XII. descendens ex loco superiore cernebat. cuius aduentus pompeianos compressit. nostrosque firmavit: ut se ex maximo timore colligerent. Neque multo post Cesar significatione per castella fumo facta: ut erat superioris temporis consuetudo: deductis quibusdam cohortibus ex presidio eodem uenit: qui cognito detrimento: cum auertisset Pompeium extra munitiones egressum: castra secundum mare: ut libere pabulari posset: nec minus aditum nauibus habere: commutata ratione belli: quoniam propositum non tenuerat iuxta Pompeium munire iussit. qua perfecta munitione: animaduersum est a speculatoribus Cesaris: cohortes quasdam: quod instar legionis uideretur: esse post siluam: & in uetera castra ducti. Castrorum hic situs erat. Superioribus diebus: cum se noua legio Cesaris obiecisset: pompeianis copiis: atque opera ut demonstrauius circummuniret: castra eo loco posuit. Hec siluam quandam contingebant. neque longius a mari passibus. cccc. aberant. post mutato consilio quibusdam de causis Cesar: paulo ultra eum locum castra transtulit. paucisque intermissis diebus hec eadem Pompeius occupauerat. & quod eo loco

plures erat legiones habiturus: relicto interiore uallo: maiorem adiecerat munitionem. Ita minora castra inclusa maioribus: castelli atque arcis locum obtinebant. Item ab angulo castrorum sinistro munitionem ad flumen perduxerat circiter passus. cccc. quo libertus: ac sine periculo milites aquarentur. Sed is quoque mutato consilio: quibusdam de causis: quas commemorari necesse non est: eo loco excesserat. itaque complures dies manserant castra. munitiones quidem integre omnes erant: eo signo legionis illato speculatores Cesaris renuntiarunt. Hoc quidam uisum ex superioribus quibusdam castellis confirmauerant. Is locus aberat nouis Pompei castris circiter passus. d. Hanc legionem sperans Cesar opprimere posse se: & cupiens eius diem detrimentum sarcire: reliquit in opere cohortes duas: que speciem munitionis preberent. ipse diuerso itinere quam potuit occultissime: reliquit cohortes numero. xxxiii. in quibus erat legio nona multis amissis centuriis: diminutoque militum numero: ad legionem Pompei: castraque maiora duplici acie duxit: neque eum prima opinio fefellerit. Nam & peruenit priusquam Pompeius sentire posset. etsi erant munitiones castrorum magne: tamen sinistro cornu: ubi erat ipse Cesar celeriter aggressus: Pompeianos ex uallo deturbauit. erat obiectus portis eritius. hic paulisper est pugnatum: cum irrumpere nostri conarentur. illi castra defenderent fortissime. T. Pulcione: cuius opera proditum exercitum. C. Antonii demonstrauius: eo loco propugnante. Sed tamen nostri uirtute uicerunt. excisoque eritio: primo in maiora castra: post etiam in castellum: quod erat inclusum maioribus castris irruperunt. & quod eo pulsa legio sese receperat: nonnullos sibi repugnantes interfecerunt. Sed fortuna que plurimum potest cum in reliquis rebus: tum precipue in bello: paruis momentis magnas rerum commutationes efficit: ut cum accidit. Munitionem enim quam pertingere a castris ad flumen supra demonstrauius: dextrum Cesaris cornu cohortes ignorantia sunt sequute. cum portam quererent castrorum: quod eam munitionem esse arbitrarentur. quod cum esset animaduersum: coniunctam esse flumini: protinus his munitionibus defendente nullo transcenderunt: omnisque noster egratus eas cohortes est sequutus. Interim Pompeius hac longa satis interiecta mora: & renunciata. v. legionem ab opere deductam: subsidio suis duxit: eodemque tempore equitatus eius nostris equibus appropinquabat: & acies instructa a nostris qui castra occupauerat: cernebat. omniaque sunt subito mutata: pompeiana





ent legio celeri spe subsidii confirmata ab decumana porta resistere conat. atq; ultro i nostrorū impetum faciebat equitatus Cesaris q̄ āgusto itinere p̄ aggeres ascēdebat: receptus suo timē: initiū fuge faciebat. Dextrum cornu: quod erat a sinistro seclusum: terrore hominum animaduerso: ne intra munitionem opprimeretur: ex parte ex q̄ pruebat sese recipiebat. ac pleriq; ex eis ne i angustias inciderent. x. pedum munitionis sese i fossas precipitant: primisq; oppressis: reliqui per horū corpora salutē sibi atq; exitū pariebāt. Sinistro cornu Milites: cum ex uallo Pompeium adesie: & suos fugere cernerent: ueriti: ne angustus intercluderētur: cum extra & intus hostem haberēt: eodē quo uenerāt: recessū sibi cōsulebāt. omniaq; erant tumultus: timoris: fuge: plena: adeo ut cum Cesar signa fugientium manu prehenderet: & consistere iuberet alii dimissis equis eundem cursum conficerent: alii ex metu etiam signa dimitterent: neq; quis q̄ omnino consisteret. His tantis malis nec subsidia succurrebant: quominus omnis deleteretur exercitus. Sed Pompeius insidias timens: credo q̄ hoc preter spem eius acciderat: qui paulo ante ex castris fugietes suos cōspexerat: munitionibus appropinquare aliquandiu non audebat: equitesq; eius angustis portis atq; us a cesaris militibus occupatis: ad insequēdū tardabant. Ita parue res: magnum in utraq; partem momentum habuerunt: munitiones enim a castris ad flumen perducte: expugnatis iam castris Pompei: propriam & expeditā Cesaris uictoriam interpel/auerunt. eadem res celeritate sequentium tardata: nostris salutē attulit. Duobus his unius diei preliis Cesaris desiderati sunt milites dccc. lx. & noti equites ro. cccc. & Tutianus gallus senatoris filius & a: placentia. c. & a puteolis. c. & a capua. x. sacri uiri. & decē tribuni militum: & centuriones. xxxii. Sed horum omnium pars magna in fossis munitionibusq; & fluminis ripis: oppressa suorum terrore ac fuga: sine ullo uulnere: interit. Signaq; sunt militaria xxxii. amissa. Pompeius eo prelio imperator ē appellatus. Hoc nomen obtinuit: atq; ita se saluari passus est. Sed neq; in litteris quas scribere est solitus: neq; in fascibus insignia lauree protulit. At Labienus: cū ab eo spectauisset: ut sibi captiuos tradi iuberet: omnesq; deductos ostentationis: ut uidebat de causa: quo maior perfugis fidel haberetur: commilitones appellans: & magna uer/boz contumelia interrogans: solerent ne ueterani milites fugere? In omnium conspectu: interficit. His rebus tantum fiducia: ac

spiritus accessit: ut non de ratione belli cogitarent. Sed uicisse iam sibi uiderētur: nō illi paucitatem nostrorum militū: nō iniquitatē loci: atq; angustias: in preoccupatis castris: & anapitem terrorem intra: extraq; munitiones: non abscissum in duas partes exercitū: cū alter alteri auxilium ferre non posset: cause fuisse cogitabāt. non hec addebant: nō ex cōcursu acris factis: nō prelio dimicatū: sibiq; ipsos multitudine atq; angustus manus attulisse detrimentū: q̄ ab hoste accepissent. Non deniq; cōmunes belli casus recorda/bant: quoz q̄ paruule sepe cause: uel false suspicionis: uel terroris repentini: uel obiecte religionis: magna detrimenta intulissent: quotiens uel culpa ducis: uel tribuni uitio: i exercitū esset offensū. Sed p̄inde ac si uirtute uicissent: neq; ulla cōmutatio rerū posset accidere p̄ orbē terraz fama: ac litteris: uictoriā eius diei cōcele/brabāt. Cesar a superioribus consiliis depulsus: omnē sibi cōmutādā belli. rationē existimauit. Itaq; uno tpe: p̄sidis om̄ibus deductis: & oppugnatione dimissa: coactoz in unū locū exercitu cōtionem apud milites habuit. hortatusq; est: ne ea que accidissent: grauius ferrent: ne ue his rebus terrentur. multisq; secundis preliis unum aduersum: & id mediocre opponerēt. Habendā fortune gratiam: q̄ Italiam sine aliquo uulnere accepissent. q̄ duas hispanias belli/colissimoz hoim: pitissimis atq; exercitissimis ductibus pacauissent. q̄ finitimas frumentariasq; prouincias in potestatem redigissent. deniq; recordari debere: qua facilitate inter medias hostiū classes: oppletis nō solū portibus: sed etiā littoribus: om̄i incolumes essent transportati. si non omnia cederent: secūda fortunā esse industria subleuandam. quod esset acceptum detrimenti: exercitus potius q̄ sue culpe debere tribui: locum securū ad dimicandū dedisse. potius esse se hostiū castris: expulsisse ac superasse pugnates: sed siue ipoz pturbatio: siue error aliq;: siue etiā fortuna: paratā iā: presentēq; uictoriam interpellasset. dandam omnibus operam: ut acceptum incōmodū uirtute sarciret. Quod si eēt factū: detrimentū i bonū uerterent: uti ad geruouiam accidisset: atq; is: q̄ ante dimicare ti/muisset: ultro se prelio offerret. Hac habita contione: nōnullos signiferos ignominia notauit: ac loco mouit. Exercitus quidem omni tantū incessit ex incōmodo dolor: tantūq; studium infamie sarcēde: ut nemo aut tribuni. aut centurionis imperiū desideraret. & sibi quisq; etiā pene loco: grauiores imponeret labores: simulq; omnes arderent cupiditate pugnandi. cum superioris etiam ordinis





nónnulli oratióe p̄moti: manendú eo loco: & rem p̄lio cōmittendam existimarent. Contra ea Cesar. neq; satis militibus perterritis confi/ debat. spatiumq; interponendum ad recreandos animos putabat. relictisq; munitionibus magnopere rei frumentarie timebat. Itaq; nulla interposita mora: sauciorum modo: & egrorum ha/ bita ratione: impedimenta omnia silentio prima nocte ex castris Apolloniam premisit: ac cōquiescere ante iter confectum uetuit. His una legio missa presidio est. his explicitis rebus: duas í castris legiones retinuit. reliq̄s de q̄rta uigilia cōpluribus portis eductas: eodem itinere premisit: paruoq; spatio intermisso: ut & militare institutum seruetur: & ne citissima eius profectio cognosceret: cōclamari iussit. statimq; egressus: & nouissimú agmē cōsequutus: celeriter e conspectu castrorum decessit. Neq; uero Pompeius: cognito consilio eius: moram ullam ad insequendum intulit. Sed eadem spectans: si itinere impeditos: & perterritos deprehendere posset exercitú e castris eduxit. equitatúq; premisit ad nouissimú agmen demorandum. Neq; consequi potuit: q̄ multum expedito itinere antecesserat Cesar. sed cum uentum esset ad flumē genusú: quod ripis erat impeditis: consequutus equitatus nouissimos prelio detinebat. Hinc suos Cesar equites opposuit: expeditosq; antefig/ nanos admisit. cccc. qui tantum perfecerunt: ut equestri prelio cōmisso: pellerent om̄es: cōpluresq; interficerent: ip̄iq; incolumes se ad agmē reciperent. Confecto iusto itinere eius diei qđ p̄posu/ erat Cesar: traductoq; exercitu flumē genusum: ueteribus suis in castris cōtra Sparagiú confedit. militesq; om̄es intra uallú castrorú continuit: equitatumq; per causam pabulandi emissum: confestim decumana porta: in castra se recipe iussit. Simili ratione Pópeius confecto eiusdem diei itinere: in suis ueteribus castris ad Sparagiú confedit. eiusq; milites: q̄ ab opere integris munitionibus uocabāt: alii lignandi: pabulátiq; causa longius progrediunt: alii q̄ subito consilium profectiois ceperant: magna parte impedimentorum & sarcinarum relictas: ad hec repetenda iuitati propinquitate su/ periorum castrorum: depositis in Contubernio armis: uallum relinquebant. quibus ad sequendum impeditis Cesar quod fore preuiderat: meridiano fere tempore: signo profectiois dato: ex/ ercitu educit. duplicatoq; eius diei itinere. viii. milibus passuum ex eo loco procedit. quod facere Pompeius: discessu militum non potuit. Postero die Cesar: similiter p̄missis p̄ma nocte ípedimētis:

de quarta uigilia ipse egredit̄. ut si qua imposita esset dimicandi necessitas: subitú casum expedito exercitu subiret. Hoc idē reliq; fecit diebus: quibus rebus perfectum est: ut altissimis fluminibus atq; impeditissimis itineribus nullú acciperet incōmodú. Pópeius enim primi diei mora illata: & reliquorum dierum frustra labore suscepto: cum se magnis itineribus extēderet: & progressos cōsequi cuperet: quarta die finem sequendi fecit: atq; aliud sibi consilium capiendum existimauit. Cesar ad saucios deponendú: stipendium exercitui dandum: socios confirmandos: presidium urbibus relin/ quendum: necesse erat adire Apolloniam. Sed his rebus tantum temporis tribuit: quantum erat p̄peranti necesse. timensq; Domitio ne aduentu Pompei preoccuparetur: ad eum omni celeritate & studio incitatus ferebatur. totius autem rei consiliú his ratióibus explicabat: ut si Pompeius eodem contenderet: abductum illum a mari: atq; ab his copiis quas Dyrachii comparauerat: frumento ac comœatu: distractum: pari conditione belli secum decertare cogeret. Si in Italiam transiret: coniuncto exercitu cū Domitio per Illyricú Italie subsidio p̄ficisceret. Sin Appolloniá Oricúq; oppugnaret: & si om̄i maritima ora excludere conaretur: obsessio tamen Scipione: necessario illum suis auxiliú ferre cogeret. Itaq; p̄missis nuntis ad. Cn. Domitium Cesar scripsit. & qđ fieri uellet ostendit. presidioq; Apollonie cohortibus quattuor. Lissi: una tribus Orici relictis: quiq; erant ex uulneribus egrí depositis: per Epirum: atq; Acarnaniam iter facere cepit. Pompeius quoq; de Cesaris consilio coniectura iudicans: ad Scipionem properandum sibi existimabat: si Cesar iter illo haberet: ut subsidium Scipioni ferret. Si ab ora maritima corcyraq; discedere nollet: q̄ legiones: equitatúq; ex Italia expectaret: ipse ut omnibus copiis Domitium aggrediretur. His de causis uterq; eorú celeritati studebat: ut suis esset auxilio: ad opprimendos aduersarios: ne occasio temporis deesset. Sed Cesare Apollonia a directo itinere auerterat. Pom/ peius per Candauiam iter in Macedoniam expeditum habebat. Accessit etiam improviso aliud incommodum. q̄ Domitius q̄ dies cōplures castris Scipionis: castra collata habuisset: rei frumentarie causa ab eo discesserat. & Heracliam Senticam: que est subiecta cādaute iter fecerat: ut ipsa fortuna illú obicere Pópeio uideret. Hec ad id tempus Cesar ignorabat. Simul a Pompeio litteris per omnes prouincias ciuitatesq; dimissis: quibus prelio ad Dyrachium





facto: latus inflatusque multo: quam referat gesta: fama precebrerat:  
pulsus fugere Cesarem: pene omnibus copiis amissis. Hec itinera  
infesta reddiderant. Hec ciuitates nonnullas ab eius amicitia auer-  
terant. quibus accidit rebus: ut plurimus: amissis itineribus: a Cesare  
ad Domitium: & ab Domitio ad Cesarem: nulla ratione iter conficere  
possent. Sed Allobroges: & contonici: atque eorum familiares: quos  
perfugisse ad Pompeium demonstrauius: conspicati in itinere  
exploratores Domitii: seu pristina sua consuetudine: quod una in Gallia  
bella gesserat: seu gloria illati: cuncta ut erant acta: exposuerunt:  
& Cesaris profectioem: & aduentum Pompei docuerunt a quibus  
Domitius certior factus: uix .iiii. horarum spatio antecedens: hostium  
benefitio: periculum uitauit. & ad Eginium: quod est obiectum  
oppositumque Thessalie Cesari uenienti occurrit. conuincto ex-  
ercitu Cesar Gomphos peruenit. quod est oppidum primum Thessalie  
uentibus ab Epiro. que gens paucis ante mensibus ultro ad Cesare  
legatos miserat: ut suis omnibus facultatibus uteretur. presidiumque  
ab eo militum petierat. Sed eo fama iam precurrebat: quam supra  
docuimus: de prelio Dyrachino: quod multis anxerat partibus. Itaque  
Androsthenes pretor Thessalie: cum se uictorie Pompei comitem  
esse mallet: quam socium Cesaris in rebus aduersis: omnem ex agris  
multitudinem seruorum ac liberorum in oppidum cogit. portasque  
precludit. & ad Scipionem Pompei nuntios mittit: ut sibi sub-  
sidio ueniant. se confidere munitionibus oppidi: si celeriter non  
succurrant: longinquam oppugnationem sustinere non posse.  
Scipio discessu exercituum a Dyrachio cognito. larissam legionem  
adduxerat. Pompeius nondum Thessalie appropinquabat. Cesar  
castris munitis: scalas musculosque ad repentinam oppugnationem  
fieri: & crates parari: iussit. quibus rebus effectis cohortatus milites  
docuit: quantum usum haberet ad subleuandum omnium rerum  
inopiam: potiri oppido pleno: atque opulento. Simul reliquis ciui-  
tatibus urbis huius exemplo inferre terrorem. & id fieri celeriter  
prius quam auxilia occurrerent. Itaque usus singulari militum studio:  
eodem quo uenerat die: post horam nonam oppidum altissimis  
menibus oppugnare aggressus: ante solis occasum expugnauit.  
& ad diripiendum militibus concessit. Statimque ab oppido castra  
mouit: & metropolim uenit: sicut nuntios expugnati oppidi: famamque  
antecederet. Metropolitae eodem primum usi consilio: usdem promoti-  
umoribus: portas clauserunt: murosque armatis compleuerunt. Sed

postea casu ciuitatis comprehensis ex captiuis cognito: quos Cesar  
ad murum producendos curauerat: portas aperuerunt: quibus di-  
ligentissime conseruatis: collata fortuna Metropolitum cum casu  
Gomphenium: nulla Thessalie fuit ciuitas: preter larissas: quod magnis  
exercitiis Scipionis tenebant: quoniam cesari pareret. atque imperata faceret  
Ille segetis idoneum locum in agris nactus: quia prope iam matura erant:  
ibi aduentum expectare Pompei: ac omnem rationem belli conferre con-  
stituit. Pompeius paucis post diebus in Thessalia peruenit: concionatusque  
apud cunctum exercitum suis agit gratias. Scipionis milites cohortat:  
ut parata iam uictoria prede ac primorum uelint esse principes. receptisque  
omnibus in una castra legionibus: suum cum Scipione honorem prece.  
classicumque apud eum canit: & alterum illi iubet pretorium tendi: auctis  
copiis Pompei. duobusque magnis exercitiis coniunctis: pristina omnium  
confirmata opinio: & spes uictorie auget: a deo ut quicquid intercederet  
tempus: id morari reditum in Italia uidere. & si quando Pompeius tardius:  
aut consideratius faceret: unius esse negotium diei: sed illum delectari  
Imperio: & consulares: pretoriosque seruorum habere numero: dicerent.  
Itaque inter se palam de primis ac sacerdotibus contendeant: in animum con-  
sultatam definiebant. alii domos bonaque eorum: quod in castris erant Cesaris  
petebant. magnaque inter eos in consilio fuit contouersia: oporteret  
ne. L. Hirri: quod si a Pompeio ad parthos missus esset: proximis comitiis  
pretorius: absente rationem haberi. cum eius necessarii fide implorarent  
Pompeius: ut prestaret: quod proficiscenti promississet: ne per eius auctoritatem  
deceptus uideret. reliquit in labore parati: ac periculo: ne unus omnes  
antecederet: recusat. Itaque de sacerdotio Cesaris. Domitius: Scipio:  
spinterque. Q. Lentulus: quotidianis contentionibus ad grauissimas  
ueroque contumelias palam descenderunt. Cum Lentulus etatis honorem  
ostentaret. Domitius urbanam gratiam dignitatemque iactaret. Scipio  
affinitate Pompei consideret. Postulauit etiam. L. Afranium. praedictis  
exercitus Actius Ruffus apud Pompeium: quod gestum in hispania  
diceret. & L. Domitius in consilio dixit: placere sibi bello confecto:  
terna tabellas dari ad iudicandum usque ordinis essent Senatorum. belloque  
una cum ipsis non interfuissent. sententiasque de singulis ferret: quod rome  
remanissent. quique inter presidia Pompei fuissent. neque operam in re  
militari prestissent. unam fore tabellam. quod liberandos omni periculo  
censerent. Alteram: quod capitis darent. Tertiam: quod pecunia mulctarent  
Postremo omnes: aut de honoribus suis: aut de primis pecunie:  
aut de persequendis inimicis agebant. Nec quibus rationibus superare





possent: sed quæadmodum uti uictoria deberent: cogitabant. Re frumentaria preparata: confirmatisq; militibus: & satis longo spatio tps a Dyrachinis plus intermisso: quæ satis prospectu habere uideret: tentadu Cesar existimauit: quod nam Pompeius propositi aut uoluntatis ad dimicadu haberet. Itaque ex castris exercitu eduxit. aciemq; instruxit: propius suis locis: pauloq; a castris Pompei longius. continentibus uero diebus ut progredere a castris suis collibusq; pompeianis aciem subiceret. que res in dies confirmatio eius efficiebat exercitu. Superius tamen institutu in equibus: quæ demonstrauimus: seruabat. ut quæ numero multis partibus eēt inferior: adoleſcentes atq; expeditos ex antesignanis: electos milites: ad pernicitatem: armis inter eques plari iuberet: quæ quotidiana consuetudine usū quoq; generis pliorū perciperent. His erat rebus effectū: ut eques mille aptioribus etiā locis. vii. milia pompeianorū militū: cū adesset usus: sustinere auderēt. neq; magnope eorū multitudie terrerēt. Nam etiā per eos dies pliu secundum equestre fecit. atq; unū Allobrogē ex duobus: quos pfugisse ad pompeiu supra docuimus: cū quibusdā interfecit. Pompeius castris in colle habitis: ad infimas radices montis aciem instruebat. semp ut uidebat: expectans: si iniquis locis Cesar se subiceret cesar nulla ratione ad pugna elici posse pompeiu existimatis hanc sibi comodissimā belli rationē iudicauit: uti castra ex eo loco moueret. sempq; esset in itineribus: hoc sperans: ut mouendis castris pluribusq; ad eūdem locis: comodiore passim frumentaria re uteret. simulq; in itinere: ut aliquā occasione dimicadi nascereſ. & isolutū ad laborē Pompei exercitu quotidianis itineribus defatigaret. His constitutis rebus: signo iam profectiois dato: tabernaculisq; incensis: aniaduersū ē paulo ante extra quotidianā consuetudinē. longius a uallo eē acie Pompei progressā: ut nō iniquo loco posse dimicari uideret. Tūc Cesar ad suos: cū iam eēt agmē in portis: differendū est inquit iter in pntia nobis: & de prelio cogitandum. Sicut enī semper depoposimus: aīo sumus ad dimicadu parati. nō facile occasionem postea replemus. Confestimq; expeditas copias educit. Pompeius quoq; ut postea cognitū est: suorū oīum hortatu statuerat prelio decertare. Namq; etiā in consilio superioribus diebus dixerat: plus q; cōcurrerent acies. fore ut exercitus Cesaris pelleret. Id cum essent pleriq; admirati: scio me inquit pene incredibilē rem polliceri: sed rationē consili mei accipite: quo firmiore aīo in preliū prodeatis: persuasi equibus nostris: id quod mihi facturos confirmauerūt: ut

cum propius sit accessum: dextrum Cesaris cornu ab latere aperto aggredereſ: ut circūuenta ab tergo acie: plus perturbatū exercitu expellerent: q̄ a nobis: telum in hostem iaceretur. Ita sine piculo legionū & pene sine uulnere: bellum conficiemus. Id autē difficile nō est: cū tantū egatu ualeamus. simul denūtauit: ut eēnt aīmo parati in preliū. & quæ fieret dimicadi potestas: ut sepe cogitauiſſet ne usu: manuq; reliquorū opinionem fallerent. Hunc Labienus excepit: ut cū Cesaris copias despiceret. Pompei consiliū sumis laudibus efferret: noli inquit existimare Pompei hūc eē exercitu: qui galliā germaniāq; deuicerit. omnibus interfui preliis: neq; temere incognitam rem pronūtio. per exigua pars illius exercitus superest. magna pars deperit: quod accidere tot preliis fuit necesse: multos interī autūni pestilētia in Italia cōsumpsit. multi domū discesserūt. multi sunt relictī incōtinēti. An nō audistis ex istis: qui per causam ualitudinis remāserūt: cohortes eē Brundisii factas. He copie quas uidetis ex delectis horū annoꝝ: in citeriore gallia sunt reſecte. & pleriq; sūt ex colonis trāspadanis. Attamē quæ fuit roboris duobus preliis Dyrachinis interit. Hec cū dixisset: iurauit se: nisi uictorē in castra nō reuersurū. reliquosq; ut idē facerēt: hortatus ē. Hoc laudans Pompeius idem iurauit. nec uero ex reliquis fuit quis q̄ qui iurare dubitaret. Hec cum facta essent in consilio: magna spe & leticia oīm discessum ē. & iam aīo uictoriā percipiebāt: quæ de re tanta & a tā perito impatore nihil frustra confirmari uidebat. Cesar cum Pompei castris appropinquasset: ad hūc modū acie eius instructam aniaduertit. Erant in sinistro cornu legionēs due tradite: a Cesare initio dissensiois: ex. S. C. quarū una p̄ma: altera tertia: appellabatur. In eo loco ipse erat Pompeius. mediam aciem Scipio cum legionibus Syriacis tenebat. Calicensis legio cōiuncta cum cohortibus hispanis: quæ traditæ ab Eranio docuimus. in dextro cornu erāt collocatæ. has firmissimas se habere Pompeius existimabat. Reliquos inter acie mediā: cornuaq; iteriecerat. numeroq; cohortes Cx. expleuerat. Hec erant milia. lvi. euocatorū circiter duo: que ex beneficiariis superiorū exercituū ad eū cōuenerāt. que tota acie disperse erant: reliquas cohortes. vii. castris: propinquisq; castellis presidio disposuerat. Dextrū cornu eius riuus quidā impeditis ripis munebat: quæ ob causā cunctū equitatū: sagittarios: funditoresq; omnes in sinistro cornu obiecerat. Cesar superius: institutu seruās decimā legionē in dextro cornu. nonam in sinistro collocauerat.





tam&si erat Dyrachinis plus uehementer attenuate. huic adiuuic  
sic octauam: ut pene unā ex duabus efficeret: atq; alteram alteri  
presidio esse iusserat. Cohortes in acie. lxxx. constitutas habebat.  
que hominū sūma erat. M. xxii. cohortes duas in castris presidio  
reliquerat. Sinistro cornu Antoniū. dextro. P. Syllā. media acie  
Cn. Domitiū preposuerat. Ipse cōtra Pōpeiū cōstitit. Simul his  
rebus aduersis q̄s demonstrauius: timēs: ne a multitudine equitū  
dextrū cornu circūuēret: celeriter ex tertia acie: singulas cohōr/  
tes detraxit: atq; ex his quartā instituit. equestrisq; opposuit. & quid  
fieri uellet: ostendit. monuitq; eius diei uictoriā in earū cohortū  
uirtute constare. simul tertię aciei totiq; exercitui imperauit: ne  
inuisu suo cōcurreret. Secū id fieri uellet: uexillo signū daturū.  
exercitum cum militari more ad pugnā cohortaret: suaq; in eum  
perpetui t̄pis officia predicaret: imprimis cōmemorauit testibus se  
militibus uti posse: q̄nto studio pacem petisset. que p̄ Vatiniū in  
colloquiis: que per. A. Claudiū cū Scipione egisset. Quibus modis  
ad Oricū cū Libone in mittendis legatis cōcendisset. neq; se unq̄  
abuti milicum sanguine. Neq; rem. p. alterutro exercitu priuare  
uoluisse. hac habita oratiōe exposcētibus militibus: & studio pugne  
ardentibus: tuba signū dedit. Erat Crastinus euocatus ī exercitu  
Cesaris: q̄ superiore anno apud eum primū pilum in legione decima  
duxerat: uir singulari uirtute. hic signo dato: sequimini me inquit  
manipulares mei: q̄ fuistis: & uestro īpatori quā cōstituitis opam  
date. Vnū hoc preliū supest: quo confecto: & ille suā dignitatē:  
& nos nostrā libertatē recuperabimus. simul respiciens ad Cesarē:  
faciā inq; hodie imperator: ut aut uiuo mihi: aut mortuo gratias  
agas. Hec cū dixisset: primus ex dextro cornu p̄currit: atq; eum  
militēs electi circiter. cxx. uolūtarię eiusdē centurię sūc p̄sequuti.  
inter duas acies tantū erat relictū spatū: ut satis esset ad cōcursum  
utriusq; exercitus. Sed Pōpeius suis predixerat: neu Cesaris īpetū  
exciperent: ne ue se loco mouerent. aciemq; eius distrahi paterent  
idq; admonitu. C. Triarii fecisse uidebat: ut p̄mus excursus: utiq;  
milicum infringeretur: aciesq; distenderet: atq; in suis ordinibus  
dispositi: dispersos adorirentur. leuiusq; casura pila sperabat ī loco  
retentis militibus: q̄ si ipsi immissis telis occurrissent. Simul fore: ut  
duplicato cursu Cesaris milites existimarentur: & lassitudine con/  
ficerentur: q̄ nobis quidem nulla ratiōe factū a Pompeio uideat:  
propterea q̄ ē quedam animi incitatio: atq; alacritas naturaliter

innata omnibus: qui studio pugne incendunt. Hęc non respicere  
sed augere: Imperatores debent. neq; frustra antiquū institutum  
est: ut signa undiq; concurrerēt: clamorēq; uniuersi tollerēt: quibus  
rebus & hostes terreri: & suos incitari existimauerunt. Sed nostri  
militēs dato signo cū infestis pilis p̄currissent: atq; antaduertissent  
non occurrī a Pompeianis: usu periti: ac superioribus pugnis ex/  
ercitati: sua spē cū cursum represserūt: & ad medium fere spatium  
constiterunt: ut nō consumptis uiribus appropinquarent: paruoq;  
intermisso tempore spatio: ac rursus renouato cursu pila miserunt.  
celeriterq; ut erat preceptum a Cesare: gladios strinxerunt. Neq;  
uero pōpeiani huic rei defuerunt. Nam & tela missa exceperunt.  
& impetum legionū tulerūt. & ordines cōseruauerūt. pilisq; missis  
ad gladios redierunt. Eodem equestris t̄pe a sinistro Pompei cornu  
intenti: ut erat imperatū: uniuersi p̄currerunt. omniq; multitudine  
sagittariorum se p̄fudit: quorū impetū noster equestris nō tulit:  
sed paulam loco motus cessit. equitesq; pōpeiani hoc acris istare  
& se turmatim explicare: aciemq; nostram a latere apro circuire  
ceperūt. quod ubi Cesar antaduertit: quarte aciei quā instituerat  
ex cohortū numero: dedit signum. Illi celeriter procurrerunt. in/  
festisq; signis tāta ut in Pōpeiū equestris impetū fecerūt. ut eorū nemo  
consisteret. omnesq; cōuersi nō solū loco excederēt: sed pronus  
incitati fuga montes altissimos p̄tererent. quibus summotis: omnes  
sagittarij: fūdioresq; destituti inermes: sine p̄sidio: interfecti sunt.  
Eodem impetu cohortes sinistrū cornu oppugnantes: & iam tum  
resistētes: in acie pompeiana circūuērent. eosq; a tergo sunt adorti.  
Eodē t̄pe tertiā aciem Cesar: que quarta fuerat. & se ad id tempus  
loco tenuerat: procurrere iussit. Ita cū recētes atq; integri defessis  
successissent: alij autē a tergo adorirentur: sustinere pōpeiani non  
potuerūt. atq; uniuersi terga uerterūt. Neq; uero Cesarē fecellit  
quin ab his cohortibus: que cōtra equestris in quarta acie collocate  
essent initū uictorie oriretur. ut ipse in cohortādīs militibus pro/  
nuntiauerant. Ab usdē acies pōpeiana a sinistra pte erat circūuēta  
atq; initū fuge factū. Sed Pōpeius ut equestris suū pullum uidit:  
atq; eā partē cui maxime confidebat: p̄teritā antaduertit: alijq;  
q̄ maxime diffusus: acie excessit. p̄tinusq; se in castra equo contulit:  
& ut centurionibus: quos in statōe ad p̄toriam portā posuerat:  
clare: ut milites exaudirent: tue animi inquit castra: & defendite  
diligenter: siquid durius acciderit: ego reliquas portas circūeo: &





castrorum presidia confirmo. Hec cum dixisset: se in prorsum contulit: sume: rei diffidens. & tamen euentum expectans. Cesar pompeianis ex fuga intra uallum compulsi: nullum spatium perterritis dare optere: existimans: milites cohortatus est: ut beneficio fortune uterentur. castraque oppugnarent. qui & si magno estu fatigati: nam ad meridiem res erat perducta: tamen ad omnem laborem alio parati: imperio paruerunt: castra a cohortibus: que ibi presidio erant: relicta: industria defendebant: multo etiam acrius a thracibus: barbarisque auxiliis. Nam quae acie reuergant milites: & animo perterriti: ac lassitudine confecti: missi plerique armis: signisque militaribus: magis de reliqua fuga: quam de castrorum defensione: cogitabant. Neque uero diutius: qui in uallo constituerant: multitudinem telorum sustinere potuerunt. sed confecti uulneribus: locum reliquerunt. Protinusque omnes ducibus usi centurionibus: tribunisque militum: in altissimos montes: qui ad castra pertinebant: confugerunt. In castris Pompeii uidere licuit tricubitali strata. magnam argenti podium expositum: recubitus cespitiibus. tabernacula constructa. L. etiam lentuli: & nonnullorum tabernacula protecta bedera. multa praeterea: que nimiam luxuriam: & uictoriae fiduciam designarent. ut facile existimari posset. Nihil eos de euentu eius diei timuisse: quin: non necessariae congrerent uoluptates. atque in miserissimo ac potestissimo exercitu Cesaris: luxuriam obiecebant: cui semper omnia ad necessarium usum defuissent. Pompeius iam cum intra uallum nostri uersarentur: equum nactus: detractis insignibus imperatoris: decumana porta se ex castris eiecit. primumque equo citato. latissimam contendit. Neque ibi constitit. sed eadem celeritate paucos suos ex fuga nactus: nocturno itinere non intermisso: comitatu equitum. xxx. ad mare peruenit. nauemque frumentariam concendit. sepe: ut dicebat querens: tantum se opinionem fefellisse: ut a quo genere hominum uictoriam sperasset. ab eo initio fugae facta pene periret uideretur. Cesar castris potius: a militibus contedit. ne in preda occupati: reliqua negotii gerendi facultatem dimitterent: qua re impetrata: montem opere circummunire instituit. Pompeiani: quod si mons erat sine aqua: diffisi ei loco: relicto monte: uniuersi simul latissimam uersus se recipere ceperunt. qua re animaduersa Cesar. copias suas diuisit. partemque legionum in castris Pompeii remanere iussit: partem in sua castra remisit. quattuor secum legiones duxit: commodioreque itinere pompeianis occurrere cepit. & progressus milia passuum. vi. aciem instruxit. quare animaduersa pompeiani in quodam monte constituerunt. Hunc montem flumen

subleuabat. Cesar milites cohortatus est: & si totius diei continenti labore erant confecti. noxque iam suberat: tamen munitione flumen a monte secluit: ne noctu pompeiani aquari possent. quo perfecto ope lili de deditioem missis legatis agere ceperunt. pauci ordinis senatorum: qui se cum illis coniunxerant: nocte fuga salutem petierunt. Cesar prima luce omnes eos: qui in monte confederant: ex superioribus locis in planitiem descendere: atque ad terram arma proicere iussit: quod ubi sine recusatione fecerunt: passimque palmis proiecti ad terram flentes ab eo petierunt salutem: consolatus consurgere iussit: & pauca apud eos de lenitate sua loquutus: quo minore essent timore omnes conseruauit. militibusque suis commendauit: neque eorum uiolarentur. Neque quid sui desiderarent. Hac adhibita diligentia: ex castris sibi legiones alias occurrere: & eas: quas secum duxerat inuicem requiescere: atque in castra reuerti iussit. eodemque die latissimam peruenit. in eo prelio non amplius ducentos milites desiderauit. sed centuriones fortes uiros: circiter. xxx. amisit. Interfectus est etiam fortissime pugnans crastinus: cuius mentionem supra fecimus: gladio in os aduersum confecto. Neque id fuit falsum: quod ille in pugnam proficiscens dixerat. Sic enim Cesar existimabat eo prelio excellentissimam uirtutem Crastini fuisse: optimeque eum de se meritum iudicabat. Ex pompeiano exercitu circiter milia. xv. cecidisse uidebantur. sed in deditioem uenerunt amplius milia. xxiii. namque etiam cohortes: que presidio in castellis fuerant: sese Sylle similiter dederunt. multi praeterea in finitimas ciuitates refugerunt. signaque militaria ex prelio ad Cesarum sunt relata. Clxxx. & aequale. lvi. L. Domitius ex castris in montem refugiens: cum uires eius lassitudine defecissent. ab equibus est interfectus. Eodem tempore. D. Lelius. cum classe ad Brundisium uenit: eademque ratione: quam factum a libone antea demonstrauimus: insulam obiectam portui Brundisino tenuit. Similiter Vatinius quoque Brundisio perat. restis instructisque scaphis elicit: naues Ielianas. atque ex his longius productam unam quinquagemam: & minores duas in angustiis portus cepit. Itaque per equos dispositos: aquam prohibere classarios instituit. Sed Lelius tempore ante commodiore usus ad nauigandum: onerariis nauibus: coryra dyrachioque aquam suis supportabat. neque a proposito deterrebat. neque ante prelium in thessalia factum: aut ignominia amissarum nauium: aut necessarium rerum inopia: ex portu insulaque expelli potuit. hisdem fere temporibus Cassius cum Classe Assyriorum & phenicum: & cilicum: in siciliam uenit. & cum esset Cesaris classis diuisa in duas partes: & dimidie parti preesset. P. Sulpicius praetor Lubonem





ad fretū dimidie. M. Pópeius ad messanā: p̄us Cassius ad messanā nauibus aduolauit: q̄ Pomponius de eius aduentu cognosceret. perturbatumq; eum nactus: nullis custodis: neq; ordinibus certis: magno uento & secundo cópletas onerarias naues: teda: & pice: & stupa: reliquisq; rebus: que sunt apte ad incendia: in Pomponianā classē misit. atq; omnes naues incendit. xxxv. e qbus erant. xx. rostrate: tantusq; eo facto timor incessit: ut cum esset legio p̄sidio messane: uix oppidū defenderēt. & nisi eo ipso tpe qdā nuntius de Cesaris uictoria: p̄ dispositos egres effēt allati: existimabāt pleriq; futurum esse: ut iā amitteret. Sed oportunissime nuntius allatus: oppidū fuit defensū. Cassiusq; ad Sulpicianā inde classē p̄fectus est: Lubonē. applicatusq; nostris ad terrā nauibus propter eandem timorē: pari ut antea ratioe egit. Cassius secundū nactus uentum: onerarias naues circiter. xl. preparatas ad incēdium misit. & flāma ab utroq; cornu cóprehensa: naues sūt cóbuste quinque. Cūq; ignis magnitudine uenti latus serpet: milites: q; ex ueteribus legionibus erant relictis p̄sidio nauibus: ex numero agroꝝ ignominia non tulerūt: sed sua sp̄te naues cócederūt: & a terra soluerūt: ipetuoq; facto in cassianā classē: quinqueremes duas: in quarū altera erat Cassius: ceperunt. Sed Cassius exceptus scapha refugit. Preterea due sunt deprehense triremes: neq; multo post de prelio facto in thessalia cognitū est: ut ipsi pópeianis fides fieret. Nam ante hoc tempus fingi id a Legatis amicisq; Cesaris arbitrabantur. Quibus rebus cognitis ex his locis: Cassius cū classe discessit. Cesar omnibus rebus relictis: persequendū sibi Pompeiū existimauit. quascunq; in partes ex fuga se recepisset. ne rursus copias cóparare altas: & bellū renouare posset. & quantumcunq; itineris equatu efficere poterat: quotidie p̄grediebat. legionēq; unam minoribus itineribus subsequi iussit. Erat edictū Pópeii nomine: ampholi propolice: ut omnes eius prouintie iuniores greci: civesq;. ro. iurandi causa conuenirent. Sed utrū auerēde suspicionis causa Pópeius p̄posuisset ut q̄ diutissime lōgioris fuge cósilium occultaret: an nouis delectibus: si nemo premeret: macedoniam tenere conaretur: existimari non poterat. ipse ad anchoram una nocte constitit: & uocatis ad se amphipoli hospitibus: & pecunia ad necessarios sumptus irrogata: cognitoq; aduentu Cesaris: ex eo loco discessit. & mutilenas paucis diebus uenit. biduum tempestate retentus: nauibusq; aliis additis actuaris in Siciliam: atq; inde in Cyprum peruenit. Ibi cognoscit

consensu oīm Antiocheniū: ciuiūq; ro. q; illic negotiarent: arcē añ captā eē: excludendi sui causa: nuntiosq; dimissos ad eos: q; se ex fuga in finitimas ciuitates recepisse dicerent: ne antiochiā adirēt. id si fecissent: magno eorū capitis periculo futurū. Idem hoc. L. Lentulo: q; superiore anno cósul fuerat. & P. Lentulo cósulari: ac nōnullis aliis acciderat Rhodi. Nā quocunq; ex fuga Pópeium sequerentur: atq; in insulā uenissent: oppido ac portu recepti nō erant missisq; ad eos nuntius: ut ex his locis discederent: cótra uoluntatem suam naues soluerūt. Iamq; de Cesaris aduentu fama ad ciuitates p̄ferebat. qbus cognitis rebus: Pópeius deposito adeūde Syrie cósilio: pecunia societatis sublata: & a quibusdam priuatis sumpta: & eris magno p̄dere ad militem usum in naues iposito: duobusq; milibus hominū armatis: partim quos ex familiaris societatu delegerat. partim a negotiatoribus coegerat. quosq; ex suis quisq; ad hāc rem idoneos existimabat: Pelusium puenit. ibi casu Rex erat Ptolemeus: puer etate: magnis copiis cum sorore Cleopatra gerens bellum. quā paucis ante mēsis per suos propinquos atq; aicos regno expulerat: castraq; Cleopatre nō lōgo spatio ab eius castris distabat. Ad eū Pópeius misit: ut p̄ hospitio atq; amicitia patris Alexandria reciperetur. Atq; illius opibus a Calamitate tegeret. Sed q; ab eo missi erant: confecto legatiōis officio: libertus cū militibus regis colloq; ceperūt. Eosq; hortari ut suum officium Pompeio prestarent. ne ue eius fortunā despicerent. In hoc erāt numero cóplures Pompei milites: quos ex eius exercitu acceptos in Syria: Gabinius Alexandriā traduxerat. belloq; confecto apud Ptolemeū: patrem pueri: reliquerat. His tūc cognitis rebus: amici regis: q; propter etatem eius in p̄curatiōe erant regni: siue timore adducti: ut postea predicabāt: ne sollicitato exercitu regio Pompeius Alexandriā: egyptūq; occuparet: siue despecta eius fortuna ut plerūq; i calamitate ex amicis inimici existunt: ut q; erāt ab eo missi: palā liberaliter respoderunt: eūq; ad Regē uentre iusserūt. Ipsi clam consilio inito. Achillā p̄fectū regis singulari hostem audacia: & L. Septimū tri. militū: ad interficiendū Pópeium miserūt. ab his liberaliter ipse appellatus: & quadā Septimū noticia productus: q; bello predonū apud eū ordinē duxerat: nauiculam paruulam conscendit: cū paucis suis: & ibi ab Achilla & Septimio interficiē. Itē. L. Lentulus cóprehenditur a rege: & in custodia necat. Cesar cū in Asiam uenisset: reperibat. T. Appium conatū





esse tollere pecunias ex Epheso ex phano Diane. Et usque rei causa Senatores omnes ex punta uocasse. ut his testibus summa pecunie uteretur. Sed interpellatus aduentu Cesaris perfugisse. Ita duobus temporibus Ephesie pecunie Cesar auxiliu tulit. Itē constabat elide in templo Minerue repetitis atque enumeratis diebus: quo die prelium secundū Cesar fecit: simulacrum uictorie: quod ante ipsā Mineruā collocatum erat: & ante ad simulacrum Minerue spectabat: ad ualuas se templi: limenque conuertisse. Eodem die Antiochie in Syria his: tantus exercitus clamor: & signorum sonus exauditus ē: ut in muris armata ciuitas discurreret. Hoc idē Ptolemaide accidit. pergami in occultis ac remotis templis: quo preter sacerdotes adire fas nō est: que greci addita appellāt: tympana sonuerūt. Itē tralibus in templo uictorie: ubi Cesaris statuā consecrauerat: palma per eos dies in lecto: iter coagmēto lapidū ex pauimēto extitisse ostendebatur. Cesar paucos dies in asia moratus: cū audisset Pompeiū Cypri uisū cōiectans eū in egyptū iter habere: propter necessitudines regni: reliquāque eius loci opportunitatē: cū legionibus: una quā ex chel/salia se sequi iusserat: & altera: quam ex Achata a Fulio Legato euocauerat: equitibusque octingentis: & nauibus longis rhodis decē: & Asiaticis paucis: Alexandriā peruenit. In his erant legionibus hominum tria milia ducenti. Reliqui uulneribus ex preliis: & labore: ac magnitudine itineris confecti conseq non poterant. Sed Cesar confusus fama rerum gestarum: infirmis auxiliū proficisci non dubitauerat. omnē sibi locum tutum fore existimans. Alexandrie de Pōpei morte cognoscit. Atque ibi primū e nauis egrediens clamorem militū audit. quos rex in oppido presidii causa reliquerat. & concursū ad se fieri uidet: quod fauces atferrent. In hoc omnis multitudo maiestatem regiam minui predicabat. Hoc sedato tumultu: crebre cōtinuis diebus: ex cōcursu multitudinis cōtationes fiebant. compluresque milites huius urbis omnibus partibus interficiebant. quibus rebus aduersis: legiones sibi alias ex asia adduci iussit. quās ex pompeianis militibus cōfecerat. Ipse enim necessario etesius tenebat: quod nauigantibus Alexandria: sūt aduersissimi uenti. Inter cōtrouersias Regū ad populū ro. & ad se quodē: ut ad cōsulē pertinere existimās: eo magis officio suo cōuenire sciebat: quod superiori cōsulatu: cū patre Ptolemeo: & lege: & senatus con. societatis erat facta. ostendit sibi placere Regem Ptolemeum atque sororē eius Cleopatram exercitus quos habebant: dimittere: & de controuersis iure apud se potius quā

inter se armis deceptare. Erat in pcuratione regni: propter etatē pueri: nutritius eius Eunuchus nomine Photinus. Is primū iter suos queri: atque indignari cepit: Regē ad dicendā causā euocari. Dein adiutores quosdam conscios sui nactus ex regis amicis: exercitum a Pelusio clam Alexandria euocauit. atque eūdem Achillam cuius supra meminimus: omnibus copiis p̄fecit. Hūc incitatus suis: & regis inflatus pollicitationibus: que fieri uellet litteris: nūtiisque edocuit. in testamento Ptolemei patris heredes erant scripti: ex duobus filiis maior: & ex duabus: ea que antecedebat. hec uti fieret p̄ om̄s deos proque federa que rome fecisset: eodē testam̄to Ptolemeus pro. ro. obtestabatur. Tabula testam̄ti una p̄ legatos eius Romā erat allata: ut in erario ponerent: que cū propter publicas occupationes poni nō potuissent: apud Pōpeiū sūt deposite. Altere eodē exēplo relicte: atque obsignate alexandrie p̄ferebant. De his rebus cum ageret: apud Cesarē: isque maxime uellet: p̄ cōmuni amico atque arbitro cōtrouersias Regum cōponere: subito exercitus regis: equitatusque omnis uenire Alexandriam nuntiat. Cesaris copie nequaquam erant tate: ut eis extra oppidū si eēt dimicandū: cōsideret. relinquebat: ut se suis locis oppido teneret: cōsiliūque Achille cognosceret. milites tamen omnes in armis eēt iussit. Regemque hortatus est: ut ex suis necessarius: quos haberet maxime autoritatis: legatos ad Achillam mitteret. & quod eēt sue uolūtatē oñderet. A quo missi Dioscorides & Serapion qui ambo legati Rome fuerāt. magnāque apud patrē Ptolemeū autoritatē habuerāt: ad Achillam puenerūt. quos ille cū in conspectu eius uenissent: prius quā audiret: aut cuius rei causa missi eēt: cognosceret: corripit: ac interfici iussit. Quorū alter accepto uulnere occupatus p̄ suos pro occiso sublati: alter interfectus ē: quo facto regē ut in sua potestate haberet. Cesar effecit. magnāque regis nomē apud suos autoritatē habere existimās. & ut potius puato paucorum & latronū cōsilio: quā regio: susceptū bellū uideret. Erāt cum Achilla copie: ut neque numero: neque genere hominum: neque usu rei militaris: cōtemnende uiderent. Milia enim uiginti in armis habebat: hi constabant ex Gabinianis militibus: quod iam in cōsuetudine alexandrine uite atque licētie uenerāt. & nomē disciplināque populū ro. didicerāt. uxoresque duxerāt: ex quibus plerique liberos habebant. huc accedebāt collecti ex predonibus: latronibusque Syrie alicieque prouintie: finitimarumque regionū. Multi preterea capti damnati: exulesque conuenerant. Fugitiuisque omnibus nostris: certus erat





alexandrie receptus. certaq; uite conditio: ut dato nomine militū  
essent numero. quorū si quis a domino comprehendere: consensu  
militū eripiebatur: qui uim suoz: q; in simili culpa uersabant: ipsi p  
suo periculo defendebāt. Hi regū amicos ad mortē deposcere. hi  
bona locupletum diripere: stipendi augendi causa: Regis domum  
obsidere: regno expellere alios: alios accersere: uetere quodam a/  
lex adriani exercitus instituto: cōsueuerant. Erāt p̄terea equitum  
milia duo: q; inueterauerāt. Hi om̄s cōpluribus Alexādrīe bellis:  
Ptolemeū patrē in regnū reducerant. Bibuli filios duos interfe/  
cerāt. Bella cū egyptis gesserant. Hūc usū rei militaris habebāt.  
His copiis uident Achillas: paucitatēq; militum Cesaris despiciens:  
occupabat Alexandriā. p̄terea oppidi partem: quam Cesar cū  
militibus tenebat. primo īpetu domū eius irrūpere conatus ē. Sed  
Cesar dispositis per uias cohortibus: impetū eius sustinuit: eodēq;  
tempe pugnātū ē ad portū. ac longe maximā ea res attulit dimi/  
cationē. Simul enim deductis copiis cōpluribus uis pugnabat. &  
magna multitudie naues lōgas occupare hostes conabant. Quaz;  
erāt. i. auxilio missē ad Pōpētū. prelioq; in chesakta facto domū  
redierant. Ille triremes omnes: & quinqueremes apte: instructeq;  
om̄ibus rebus ad nauigandū. p̄ter has. xxii. erant: que p̄sidiū causa  
alexandrie eē cōsueuerūt. cōstrate om̄s: quas si occupassent: classē  
Cesaris erepta: portū: ac mare totū ī sua ptate haberēt. cōmeatu  
auxiliosq; Cesarē p̄hiberēt. Itaq; tāta ē cōtentione actū: quanta  
agi debuit. cū ille celerē ī ea re uictoriā: hincq; salutē suā cōsistere  
uiderēt. Sed rem obtinuit Cesar. om̄sq; eas naues: & reliquas: que  
erant in naualibus incendit. q; tam late tuent: & tam parua manu:  
nō poterat. cōfestimq; ad pharū nauibus milites exposuit. pharus  
est in insula turris magna altitudine: mirificis operibus extructa  
que nomē ab insula accepit. Hec insula obiecta alexandrie portū  
efficit. Sed a superioribus regiōibus: in longitudinē passuū nongē/  
totū in mare iactis molibus angusto itinere: & ponte: cū oppido  
coniungit. In hac sunt insula domicilia egyptioz. & uicus oppidi  
magnitudine: queque ubiq; naues: si imprudentia aut tempestate  
paululum suo cursu decesserint: has more predonū diripere con/  
sueuerunt. his autem inuitis: a quibus pharus tenet non pōt esse:  
propter angustias nauibus introitus ī portū. hoc tū uertit Cesar  
hostibus in pugna occupatis: militibusq; expositis Pharon appre/  
hendit. atq; ibi p̄sidiū posuit. quibus ē rebus effectum: ut tuto

frumentū: auxiliaq; nauibus ad eum supportari possent. deduxit  
enim circū om̄s p̄pinās regiones atq; inde auxilia euocauit. reliq;  
oppidi partibus: sic ē pugnātū: ut equo p̄lto discederet. & neutri  
pellerent. Id efficiebāt angustie loci paucisq; utrinq; interfectis.  
Cesar loca maxime necessaria est cōplexus noctu p̄munit. Nec  
tractu oppidi pars erat regia exigua. in quam ipse habitādi causa  
initio erat inductus. & theatrū cōiunctū domui erat. q; arcus te/  
nebat locū aditusq; habebat ad portū: & ad reliqua naualia. has  
munitiones ī sequētib; auxit diebus: ut p̄ muro obiectas haberet.  
Neu pugnare iuitus cogeret. Interī filia minor Ptolemei Regis  
uacuā possessionē regni sperās: ad Achillam se ex regia traiecit.  
Vnaq; bellū administrare cepit. sed celeriter ē iter eos de princi/  
patu cōtrouersia orta. que res ap̄d milites largitiōes auxit. Mag/  
nis. n. iacturis sibi quisq; eoz; atos cōciliabat. Hec dū ap̄d hostes  
gerunt: Photinus nutritius pueri: & pcurator regni: ī pre Cesaris  
cū ad Achillā nuntios mitteret: hortaretq; ne negotio desisteret:  
neue animo deficeret: indicatis: deprehensiq; iter nuntius a Cesare  
est interfectus. Hec initia belli alexandriini fuerunt.

C. Iulii Cesaris. belli Alexādrini. Opu  
aut Hirca Commentarius Quartus.

Ello Alexādrino cōflato: Cesar Rhodo atq;  
ex syria: cilitiaq; omnē classē. accersit. Creta  
sagittarios: eqtes ab Rege nabatheoz; malco  
euocat. tormēta undiq; cōquiri: & frumentū  
mitti: auxilia adduci iubet. Interī munitiones  
quotidie operibus augent. atq; om̄es oppidi  
ptes: que minus firme eē uiderent: testudini/  
bus atq; musculis aptant. ex edificis aut per foramina in pxima  
edificia arietes īmittunt. quantūq; aut ruinis deicit: aut per uim  
recipit loci. int̄m munitiones pferunt. nā incēdio fere tuta ē alex/  
andria. qd̄ sine cōtignatiōe ac materia sūt edificia. & structuris:  
atq; fornicibus cōtinent. tecta q; sūt rudere: aut pauimētis. Cesar  
studebat maxie: ut q̄ angustissimā partē oppidi: quā palus a me/  
ridie īteriecta efficiebat: hāc opibus uineisq; agēdis: a reliq; parte  
urbis excluderet. illud expectās primū: ut cū eēt in duas ptes urbs  
diuisa: acies uno consilio atq; imperio administraretur. Deinde ut





laborantibus succurri: atque ex altera oppidi parte auxilium ferri  
posset. In primis uero: ut aqua pabuloque abundaret: quorum alterius  
rei copia exigua: alterius nullam omnino facultatem habebat. quodque  
utrumque palus large prebere poterat. Neque uero alexandrinis in gerendis  
negotiiis cunctatio ulla: aut mora inferebatur. Nam in omnibus partibus per quas  
fines egypti: regnumque pertinet: legatos: conquisitoresque: delectus ha-  
bendi causa miserant. Nec minus in urbe maxime armorum erant instituta  
officinae. Seruos propterea puberes armauerant: quibus domini locupletio-  
res: uictum quotidianum: stipendiumque prebebant. Hac multitudine  
disposita munitiones semotarum partium tuebantur. Veteranas  
cohortes uacuas in celeberrimis urbis locis habebant: ut quacumque  
regione pugnaret: integris uiribus: ad auxilium ferendum opponi  
possent. omnibus uis atque angustis undique triplicem uallum obduxe-  
rant. Erat autem quadrato exstructus saxo. nec minus quadraginta  
pedum altitudinis habebat. queque partes urbis inferiores erant: has  
altissimis curribus denorum tabulatorum: munierant. Preterea alias  
ambulatorias totidem tabularum confixerant. subiectisque eis rotis  
funibus iumentisque: obiectis directis pluceis: in quamcumque erat uisum  
partem mouebant. urbs fertillissima & copiosissima omnium rerum  
apparatus sugerebat. ipsi hostes ingeniosissimi: atque acutissimi: que  
a nobis fieri uiderant: ea solertia efficiebant: ut nostri illorum  
opera imitari uiderentur. & sua sponte multa reperiebant: unoque  
tempore: & nostras munitiones infestabant: & suas defendebant.  
atque hec principes in consiliis contionibusque agitabant populum. ro-  
paulatim in consuetudinem eius regni uenire occupandi paucis annis  
antea Gabinius fuisse in egypto. Pompeium se ex fuga eodem re-  
cepisse: ac Cesarem uenisse cum copiis: neque morte Pompei quicquam  
profectum: quo minus Cesar apud se commoraretur. quem si non  
expulissent: futurum dicebant: ex regno prouinciam. Idque agendum  
mature. Namque eum interclusum tempestatibus: propter anni tempus  
recipere transmarina auxilia non posse. Interim dissensione orta  
inter Achillam qui ueterano exercitui preerat: & Arsinoen: Regis  
Ptolemei minorem filiam: ut supra demonstratum est: cum uterque  
utrumque insidiaret: & summam imperii ipse obtinere uellet: prooccupat  
Arsinoe: per Ganymedem: Eunuchum nutritium suum: atque Achillam  
interficit. Hoc occiso: ipsa sine ullo socio & custode: omne imperium  
obtinebat. exercitus Ganymedi traditur. hic suscepto officio lar-  
gitionem in milites auget. Reliqua pari diligentia administrat.

Alexandria est fere tota suffossa. specusque habet ad nihilum pertinens:  
quibus aqua in priuatis domos inducit. que paulatim spacio tempus  
liquefcit ac subsidet. hac uti domini edificiorum: atque eorum familie  
consueuerunt. Nam que flumine Nilo fertur: adeo est limosa: atque  
turbida: ut multos uariosque morbos efficiat. Sed ea plebi ac mul-  
tudo contenta est necessario: quod fons urbe tota nullus est. hoc tamen  
flumen in ea parte urbis erat: que ab alexandrinis tenebatur. Quo  
facto est ammonicus Ganymedes: posse nostrum aqua intercludi:  
qui distributi munitionum tuendarum causa: uicacim ex priuatis  
edificiis: specubus & puteis extracta aqua utebantur. hoc probato  
consilio: magnum ac difficile opus aggreditur. Interseptis enim spe-  
cubus: atque omnibus urbis partibus exclusis: que ab ipso tenebantur:  
aque magnam uim ex mari rotis ac machinationibus exprimere  
contendit. Hanc locis superioribus fundere in partem Cesaris non  
intermittebat. Quamobrem salustior paulo preter consuetudinem atque  
trahebatur ex primis edificis: magnamque hominibus admirationem  
prebebat. Quam ob causam id accidisset. Nec satis sibi ipse credebatur.  
Cum se inferiores eiusdem generis ac superioris aqua dicerent uti:  
atque antea consueuerant. uulgoque iter se conferebant: & degustando:  
quantum inter se differrent aque: cognoscebant. paruo uero tempus  
spacio hec propter bibi non poterat omnino. Illa inferior corruptior  
tam: salustiorque reperiebatur. quo facta dubitatione sublata: tantus  
incessit timor: ut ad extremum casum omnes deducti uiderentur.  
Atque alii morari Cesarem dicerent: quin naues conscendere iuberet.  
Alii multo grauius extimescerent casum: quod neque cesari alexandrinis  
posset: in apparanda fuga: cum his: tam paruo spatio ab ipsis.  
neque illis imminentibus: atque insequentibus: ullus in naues receptus  
daretur. Erat autem magna multitudo oppidanorum: in parte  
Cesaris: quam domicilium ipsorum non mouerat: quod ea se fidelem  
palam nostris esse simulabat. & discessisse a suis. uidebatur ut cum  
mibi defendendi essent alexandrinis: quod neque fallaces essent: neque  
temerarii: multa oratio frustra absumerent. Cum uero uno tempe  
& natio eorum: & natura cognoscat: aptissimum esse hoc genus  
ad prodicionem: nemo dubitare potest. Cesar suorum timorem con-  
solatione & ratione minuebat. Nam puteis: fossisque aquam dulcem  
posse reperiri: affirmabat. Omnia enim littora naturaliter aque  
dulcis uenas habere. quod si alia esset littoris egypti natura: atque omnium  
reliquorum: tamen quoniam mare libere teneret: neque hostes classem





haberēt: phibere sese nō posse quominus quotidie aquā nauibus  
petere: uel a sinistra parte: a paratonio uel a detra ab insula: que  
diuerse nauigationes nunq̄m uno tempore aduersis uentis preclu/  
deretur. fuge uero nullum esse consiliū. nō solum ut qui primā  
dignitatem haberent: sed ne ut quidem: qui nihil: preterq̄ de uita  
cogitarent. magno negotio impetūs hostium aduersos ex muni/  
tionibus sustineri. quibus relictis: nec loco: nec numero pares esse  
possent. dicebat autem magnam moram & difficultatem ascensum  
in naues habere: presertim ex scaphis. summā eē contra: in alex/  
andrinis uelocitatem: locorumq; & edificiorum noticiam. Hos  
precipue in uictoria insolentes: p̄cursoros: & loca excelsiora: atq;  
edificia occupaturos. ita fuga: nauibusq; nostros prohibuit:  
proinde eius consiliū obliuiscerent: atq; om̄i ratione eē uincendum  
cogitarent. Hac oratione apud eos habita: atq; omniū mentibus  
excitatis dat ceterationibus negotium: ut reliquis operibus om̄is:  
ad fodiendum puteos: animū cōferant. ne ue quā partē nocturni  
temporis intermitant. quo suscepto negotio: atq; omniū animis  
ad laborem incitatis: magna una nocte ut aque dulcis muēta est.  
ita opolis alexandrinorū machinationibus: maximisq; conatibus  
non longi temporis labore: occursum ē. eo biduo legio. xxxvii.  
ex dediticijs pōpetianis militibus: cū frum̄to: armis: telis: tormētis:  
impositis in naues a Domitio caluino ad littora Africe: paulo supra  
alexandriā delata ē. He naues Euro: qui multos dies continēter  
flabat: portum capere phibebant. Sed loca sunt egregia omniū  
illa regione: ad tenendas anchoras. hi cum diu retinerentur. atq;  
aque inopia premerentur: nauigio actuario: Cesarem faciunt  
certiorem. Cesar: ut p̄ se consiliū caperet: quid faciendū uideret:  
nauim conscendit: atq; omne classē se sequi iussit. nullis nostris  
militibus impositis: quod cum longius paulo discederet: munitioes  
nudare nolebat. Cūq; ad eum locum accessissent: qui appellatur  
cherronnesus: aquandi causa: remiges in terram exposuit: nōnulli  
ex eo numero: cum longius a nauibus predatum concessissent: ab  
egribus hostiū sunt excepti. ex his cognouerūt Cesar ē ip̄m ī classe  
uenisse: nec ullos milites ī nauibus habere. Qua re compta magnā  
sibi facultatem fortunam obtulisse benegerende rei crediderunt.  
Itaq; naues omnes: quas paratas habuerant ad nauigandum pro/  
pugnatoribus instruxerunt. Cesarq; redeunti cum classe occur/  
rerūt. q̄ duabus decausis eo die dimicare nolebat. q̄ nullos milites

in nauibus habebat: & q̄ post horam decimā diei res agebat. nox  
autem allatura uidebatur maiorem fiduciā illis: qui locorū fiducia  
confidebant sibi etiam hortandi suos a: iulium defuturū: q̄ nulla  
satis idonea esset hortatio: que neq; uirtutem posset notare: neq;  
inertiam. quibus ex causis naues quas potuit Cesar ad terram de/  
traxit: quem in locum illos successuros non existimabat. erat una  
nauis rhodia in dextro Cesaris cornu: lōgeq; ab reliq; collocata.  
Hanc cōspicati hostes nō tenuerūt sese. magnoq; impetu q̄tuor  
ad eam constrate naues & complures aperte contenderunt: cui  
coactus ē Cesar ferre subsidiū: ne turpiter in cōspectu cōtumeliā  
acciperet. quāq; si qd illi grauius accidisset: merito casus iudicabat.  
prelium commissum est magna contentione rhodiorum: qui cum  
in om̄ibus dimicationibus: & scientia & uirtute prestitissent: tum  
maxime illo tempore totum onus sustinere non recusabant. neq;  
suorum culpa detrimentū acceptū uideretur. Ita prelium secun/  
dissimū est factum. capta ē una hostium quadrimis. depressa ē  
altera: alteraq; perturbata. deinde omnes epibatis nudate: magna  
preterea multitudo in reliq; nauibus ppugnatoz est interfecta:  
q̄ nisi nox prelium diremisset: tota classe hostium Cesar potius  
esset. Hac calamitate perterritis hostibus: aduerso uento leniter  
flante: naues onerarias Cesar remulco uictoricibus suis: alexandriā  
deducit. eo detrimento adeo sunt fracti alexandrinis: cum nō iam  
uirtute ppugnatorū: sed scientia classiariorū se deuictos uiderēt.  
quibus & superioribus locis subleuabantur: ut ex edificis defendi  
possent. & materiam cunctam obicerēt: q̄ nostre classis oppug/  
nationem etiam ad terram uerebātur. Idem postea Ganymedes  
in consilio confirmauerat: sese eas: que essent amisse restitutum  
& numerum adaucturum: magnaq; spe fiduciaq; ueteres reficere  
naues: accuratiusq; huic rei studere: atq; inseruire: constituerunt:  
Actam & si amplius ex nauibus longis in portu naualibusq; mi/  
serant. tamen reparande classis cogitationē deposuerūt. uidebant  
enim non auxilia Cesaris: nō cōmeatus supportari posse: si classe:  
ipsi ualerent. p̄terea nauicci homines: & urbis: & regionis maritimes  
quotidiano usu a pueris exercitati: ad naturalem & domesticum  
usum refugere cupiebant. & quantū paruulis nauigis p̄fessent:  
sentiebant. Itaq; omni studio ad parandam classē incubuerunt.  
Erant in omnibus ostiis portuum nili: custodie exigendi portorum  
causa dispoſite. naues ueteres erant in occultis regionis naualibus:





quibus multis annis ad nauigandum nõ erant usi. Has reficiebãt: illas alexandriam reuocabant. deerant remi: porticus: gymnasia: publica edificia: detegebant. afferes remorum usum obtinebant. aliud naturalis sollertia: aliud urbis copia subministrabat. postreõ non longam nauigationem parabant. sed presentis temporis necessitati seruibant: & in ipso portu confligendum uidebãt. Itaq; contra omniũ opinionem quadriremes uigintiualis: quinque remes quinque confecerunt. ad has minores aperas complures adiecerunt. & in portu periclitati remigio. quid queq; earum efficere possent: idoneos milites imposuerunt. seq; ad confligendum omnibus rebus parauerunt. Cesar rhodias naues nouem habebat. Nã decẽ missis: una in curiũ: litore egyptio defecerat pontias octo. lyceas quinque: ex asia. xii. ex his erãt quinqueremes. & quadriremes. x. relique infra hanc magnitudinem. & plereq; aperas. tamen uirtute militũ confusus. cognitis hostium copiis: se ad dimicandum parabat. Postq; eo uetum est: ut sibi uterq; eorũ confideret: Cesar Pharon classe circumuehitur. aduersasq; naues hostibus constituit. In dextro cornu rhodias collocat. In sinistro pontias. Inter has spaciũ quingentorum passuum reliquit. quod satis esse ad explicandas naues uidebatur. Post hunc ordinem reliquas naues subsidio distribuit: quam quisq; sequatur: & cui subueniat: constituit: atq; imperat. Non dubitanter Alexandrii classẽ producunt: atq; instruunt. In fronte collocant. xxii. reliquas subsidiarias in secundo ordine constituunt. Magnum preterea numerum minorum nauigiorũ: & scaphas decem producunt: cum malleolis: ignibusq;. si quid ipsa multitudo: & clamor: & flamma: nostris terroris afferre possent. Erant inter duas classes uada transitu angusto: que pertinent ad regionem Africe. satisq; diu inter ipsos est expectatum: a quibus transeũdi fieret initium. Propterea q; eis: qui transissent: ad explicandam classẽ: & ad receptum: si durior accidisset casus: expeditores fore uidebantur. Rhodius nauibus preerat Euphranor animi magnitudine: ac uirtute magis cum nostris hominibus: qm cum grecis comparandus. Hic ob notissimam scientiam: animiq; magnitudinẽ delectus est ab rhodis: q; imperiũ classis obtineret: qui ubi Cesaris animũ aduertit: uideris inquit Cesar: uereri si hec uada primus nauibus intraueris: ne prius dimicare cogaris: q; reliq; classẽ possis explicare: nobis rẽ comitte: nos preliũ sustinebimus. Neq; tuum iudicium fallemus: dum reliqui subsequantur. Hos

quidem diutius in nostro conspectu gloriari: magno nobis: & de/ decori: & dolori est. Cesar illum adhortatus: atq; omibus laudibus prosequutus: dat signũ pugne: progressas ultra uadam: quattuor rhodias naues circũsistunt alexandrii. Atq; in eas imperũ faciunt. Sustinent illi: atq; arte: sollertiaq; se explicant. ac tantũ doctrina potuit: ut in dispari numero: nulla transuersa hosti obiceretur. nullius naues decederent: sed semper uenientibus aduersè occurrerent. Interim sunt relique subsequere. Tum necessario discessam ab arte est: propter angustias loci. atq; omne certamen in uirtute constitit. Neq; uero Alexandrie fuit quisq;: aut nostrorum: aut oppidanorum: qui aut in opere: aut in oppugnatione occupatũ animũ haberet. quin altissima tecta peteret. Minime autem erat par plũ certamẽ. Nostris enĩ pulsis: neq; terra: neq; mari effugiũ dabatur uictis. omniaq; uictoribus erant futura in incerto. Illi si superassent nauibus: omnia tenerent. si inferiores fuissent: reliquã fortunam periclitarent. Simul illud graue: ac miserum uidebat: per paucos: de summa: ac de salute omnium: decertare. Quorum si quis aut animo: aut uirtute cessisset: reliquis etiã eẽt cauendum: quibus pro se pugnandi facultas non fuisset. Hec superioribus diebus se penumero Cesar suis exposuerat: ut hoc maiori animo contenderent: q; omnium salutem sibi commendatam uiderent. eadem sibi quisq; contubernalem amicum: notum prosequens: erat obrestatus ne suam: atq; omniũ falleret opinionẽ. quorũ iudicio delectus ad pugnam proficisceret. Itaq; hoc animo est decertatũ ut neq; maritimis: nauticisq; sollertia: atq; ars presidium ferret. neq; numero nauium prestantibus multitudo prodesset. neq; flexi ad uirtutem ex tanta multitudine hostium uiri: uirtuti nostrorum possent adequari. capiuntur hoc prelio. x. biremes: cum defensoribus remigibusq;. & deprimunt tres: nostris incolumibus omibus: reliqui propinquã fugã ad oppidum capiunt. quas protexerunt ex molibus: atq; edificis imminentibus. & nostros adire propius prohibuerunt. Hoc ne sibi sepius accidere possent: omni ratione Cesar contendendum existimauit. ut insulam: molemq; ad insulam pertinentem in suam redigeret potestatem. perfectis enĩ magna ex parte munitionibus: & oppidum: & illam: & urbem: uno tempore temptari posse confidebat. quo capto consilio cohortes. x. & leuis armature electos: quos idoneos: ex equitibus Gallis arbitrabatur in nauigia minora: scaphasq; imponit: inq; alteram insule partem:





distinende manus causa: cum cōtractis nauibus aggreditur. p̄mis  
magnis propolis: qui primi insulam cepissent. ac primo impetum  
nostrorum pariter sustinuerūt. Vno enim tempore: & ex tectis  
edificiorū ppugnabant. & littora armati defendebāt. quapropter  
asperitate loci nō facilis nostris additus dabatur. & scaphis: nauibusq;  
longis. v. mobiliter: & sciēter: angustias loci tuebant. Sed  
ubi locis primū cognitis: uadisq; pertēctis: pauci nostri in littore  
constiterunt: atq; hos sunt alii subsequuti: constanterq; in eos qui  
in littore equo insteterant: impetū fecerunt: omnes p̄barite terga  
uerterunt. His pulsis: custodia portus relicta: ad littora & utcum  
applicauerunt. seq; ex nauibus: ad tuenda edificia eiecerunt. neq;  
uero diutius ipsi: ex munitione se continere potuerunt. Erat non  
dissimile alexandrie genus edificiorum: ut minora: maioribus con/  
ferantur. turresq; edite: & cōiuncte muris: locum obtinebāt. neq;  
nostri: aut scalis: aut cratibus: aut reliquis rebus parati uenerant:  
ad oppugnandum: sed terrore hominibus mentē: consiliūq; eripit.  
& membra debilitat: ut tunc accidit. qui se in equo loco ac plano  
pares eē confidebāt: uidem perterriti fuga suorū: & cede paucorū:  
triginta pedum altitudine: in edificiis constare ausi non sunt. seq;  
per molem in mare precipitauerunt: & octingentorum passuum  
interuallo: ad oppidum enatauerunt: multi tamen ex his capti:  
interfectiq; sunt. Sed numerus captiuorum omnino fuit sexcēti.  
Cesar preda militibus cōcessa: edificia diripi iussit. castellumq; ad  
pontem: qui propior erat Pharo communiuit: atq; ibi presidium  
posuit. Hunc fuga pharite reliquerant: certiorē illum: p̄priorēq;  
oppido alexandrinū tuebantur. sed cum postero die: simili ratione  
aggreditur: q̄ his obtentis duobus: omnem nauigiorū excursus:  
& repentina latrocinia sublatū iri uidebant. Iamq; eos qui p̄sidio  
eum locū tenebāt: tormentis e nauibus: sagittisq; depulerant. atq;  
in oppidum redegerant. & cohortium trium instar: in terram ex/  
posuerant. Non enim plures consistere: angustie loci patiebant.  
relique copie in nauel stationem obtinebant: quo facto imperat  
pōtem aduersus hostē preuallari. & q̄ exitus nauibus erat fornice  
extracto: quo fons sustinebatur: lapidibus impleri: atq; obstrui.  
quorū altero opere effecto. nulla omnino scapha egredi posset:  
altero instituto: omnes alexandrinorū copie ex oppido se eiecere:  
& contra munitiones pontis: latiori loco constiterūt. Eodemq; tpe  
que consueuerant nauigia per pontes: ad incendiam onerariarum

emittere ad molem constituerūt. Pugnabatur a nobis ex ponte:  
ex mole ab illis: exq; area: que erat aduersus pontē: & ex nauibus  
contra molem. In his rebus occupato Cesare militesq; hortante:  
remigū magnus numerus: & classiariorū: ex longis nauibus nostris  
in molem se eiecit. Pars eorū studio spectandi ferebat. Pars etiā  
cupiditate pugnandi. hi primū nauigia hostiū lapidibus ac fūdis  
a mole repellebant. Ac multum p̄ficere multitudine telorū uide/  
bantur. Sed postq̄ ultra eū locū ab latere eorū aperto: ausi sunt  
egredi ex nauibus: alexandrinū pauci: ut sine signis: certisq; ordi/  
nibus: sine ratione p̄derāt: sic temere in nauel refugere ceperūt.  
Quorū fuga incitati alexandrinū plures ex nauibus egrediebant.  
nostrosq; acrius percurbatos: insequabant. Simul qui in nauibus  
longis remanserāt: scalas raptē: nauesq; a terra repellere p̄perabāt  
ne hostes nauibus potirent. quibus omnibus rebus p̄turbati milites  
nostri: cohortium trium: qui in ponte ac prima mole constiterāt:  
cum post se clamorē exaudirēt: fugam suorū uiderent: magnam  
uim telorū aduersi sustinerent: ueriti: ne ab tergo circūuenirent:  
& discessu nauiū omnino reditu itercluderent: munitionē in pontē  
instituta reliquerūt. & magno cursu incitati: ad nauel cōtenderūt.  
Quorū pars p̄xima nacta nauel: multitudine hoīm: atq; onere  
depressa ē. pars resistens: & dubitans: qd eēt capiēdum consiliū: ab  
alexandrinis interfecta est. Nonnulli felicitore exitu: expedias  
ad anchoras nauel cōsequuti: incolumes discesserūt. Pauci eleuati  
scutis: & animo ad conādum nixi: ad p̄xima nauigia adnatarūt.  
Cesar quoad potuit: cohortando suos: ad pontem: & munitiones  
cōtendere: eodem in piculo uersatus est. Postq̄ uniuersos cedere  
animaduertit: in suū nauigiū se recepit. quo multitudo hoīm in se/  
quuta cum irrūperet: neq; administrandi: neq; repellendi a terra:  
facultas dareē: fore: qd accidit: suspicatus: sese ex nauigio eiecit:  
atq; ad eas: que longius constiterant: nauel adnatauit. Hinc suis  
laborantibus subsidio scaphas mittens nōnullos conseruauit. Na/  
uigiū qdem eius multitudine depressam militū: una cū hominibus  
interuit. Hoc p̄lio desiderati sunt ex numero legionariorū militū  
circiter. cccc. & paulo post eū numerū classiarū: & remigel. Alex/  
andrinū eo loco castellū magnis munitionibus: multisq; tormentis:  
cōfirmauerūt. atq; egestis ex mari lapidibus: libere sūc usi postea  
ad mittenda nauigia. Hoc detrimento milites nostri t̄m abfuerunt:  
ut perturbarentur: ut incensi: atq; incitati: magnas accessiones





fecerint in operibus hostium expugnandis. In preliis cotidianis quicunque fors obrulerat: percurrētib; & erupentibus alexandrinis manum comprehendendi multum operibus: & ardentibus studiis militum. Nec diuulgata Cesaris hortatio sublequitur legionum aut laborem: aut pugnandi poterat cupiditatem: ut magis deterrendi: & continendi: a periculosissimis essent dimicationibus: quae incitandi ad pugnandum Alexandrinis: cum Romanos: & secundis rebus confirmari: & aduersis incitari: uiderēt: neque ullū belli tertium casum noscēt: quo possent eē firmiores: ut cōiectura cōsequi possumus: aut admoniti a Regis amicis: qui in Cesaris erāt p̄sidiis: aut suo p̄te consilio: per occultos nuntios Regis probato: legatos ad Cesarem miserunt: ut dimitteret Regē: transireq; ad suos patere. Paratā enim omnem multitudinem esse confectam tedio puelle fiduciaro regno: daminatione crudelissima Ganyemedis: facere: id quod Rex imperasset. Quo si autore in Cesaris fidem amicitiaq; uentū eēnt nullius piculi timorem multitudinis fore impedimento: quo minus se dederent. Cesar & si fallacem gentem: semperq; alia cogitantē: alia simulantē: bene cognitā habebat: tñ petentibus dare uentiam utile esse statuit. Quod si quo facto sentirent ea: que postularēt mansurū in fidem: dimissum Regem credebat. Sin id quod magis illorum nature conueniebat. ducem ad bellum gerendum Regem habere uellent: splendidius atq; honestius se cōtra Regē: q̄ cōtra cōuennaz; ac fugitiuoz; manū: bellum eē gesturū. Itaq; Regem cohortatus: ut consuleret regno paterno: parceret preclarissime patrie: que turpibus incendiis: & ruinis eēt deformata. Cuius suos primū ad sanitatem reuocaret: deinde cōseruaretur fidem populo romano. Sibiq; prestaret: cum ipse tantū ei crederet: ut ad hostes armatos eū mitteret: dextra dextrā tenens dimittere cepit aduicū iam etate puerū. At regius animus disciplinis fallacissimis eruditus ne a gentis sue moribus degeneraret: flens orare contra Cesarem cepit: ne se dimitteret. Non enim regnum ipsum sibi conspecta Cesaris esse iucundius. Compressis pueri lachrymis Cesar ipse cōmotus: celeriter si illa sentiret: fore eum secum affirmans: dimisit. Ille ut ex carceribus in liberū cursum emissus: adeo contra Cesarē acriter bellum gerere cepit: ut lachrymas: quas in colloquio proiecerat: gaudio uideretur pfudisse. Accidisse hec cōplures Cesaris legati: amici centuriones militesq; letabant: q̄ nimia bonitas eius fallacis pueri delusa fuerit. q̄ id Cesar bonitate tantū adductus

& non prudentissimo consilio fecisset: cū duce assūpto alexandrinis nihil se infirmiores factos ac languidiores romanos animaduertēret. Eludentibusq; militibus regis etate atq; infirmitatē magnū dolorem acciperent: neq; se quicquid proficere uiderent. rumoresq; existerent magna Cesaris p̄sidia: terrestri itinere Syria Ciliciaq; adduci quod non auditum Cesari erat. Commeatum qui nostris mari supportabatur: intercipere statuerunt. Itaq; expeditis nauibus: locis idoneis ad Canopum in statione: dispositis nauibus: insidiabantur nostris commeatibus. Quod ubi Cesari nunciatum est: classem iubet expediri atq; instrui. Perficit huic Tyberium ne rationem proficiscuntur: in ea classe Rhodie naues: atq; in his Euphranor: sine quo nulla unq; dimicatio maritima parū etiam feliciter confecta est. At fortuna que plerūq; eos: quos plurimis beneficiis ornauit: ad duriorē casum reseruat superiorū temporū dissimilis: Euphranorem persequatur. Nam cum ad Canopum uentum est: instructaq; utrinq; classis esset: & conflixisset: & sua consuetudine Euphranor prius preliū cōmisisset. & illic triremem hostiū p̄forasset ac demersisset. p̄ximā lōgtus issequutus: parū celeriter issequētib; reliq; circūuectus ab alexandrinis ē. cui subsidium nemo tulit. siue q̄ in ipso satis p̄sidiū p̄ uirtute ac felicitate eius putarent esse: siue q̄ ipsi sibi timebant. Itaq; unus ex omnibus eo prelio bene rem gessit. solus cum sua quadiremi uictrice perit. Sub id tempus Michridates Pergamenus: magne nobilitatis domi scientieq; in bello: & uirtutis: fidei dignitasq; in amicitia Cesaris: miles in Syriam: Ciliciamq; initio belli Alexandrinis: ad auxilia accersenda: cum magnis copiis: quas celeriter: & propensissima ciuitatum uoluntate. & sua diligentia confecerat: itinere pedestri: quo coniungitur: egyptus Syrie Pellusium adducit. Idq; oppidum firmo p̄sidio occupatū ab Achilla: propter oportunitatem loci. Namq; tota egyptus maritimo accessu: Pharo: pedestri: Pelusio: uelut castris munita: existimat. repēte magnis circūdatum copiis: multiplici p̄sidio p̄tinaciter ppugnantis: & copiarū magnitudine: q̄s integras uulneratis defessisq; subiciebat: & p̄seuerantia constantiaq; oppugnandi: quo die est aggressus: in suam redegit potestatem. P̄sidiumq; ibi suum collocauit. Inde re bene gesta ad Cesarem contendit. omnesq; eas regiones: per quas iter faciebat autoritate ea: que plerūq; adest: uictori placarat. Atq; in amicitia Cesaris redegerat. locus est fere regionū illarum nobilissimus: non





longe ab alexandria: qui nominat delta: quod nomen a similitudine littere cepit. Nam pars quedam fluminis Nili deriuata inter se duobus itineribus paulatim mediū iter se spacium relinquens diuersissimo ad litus iterualla: a mari adiungit. Cui loco cum appropinquare michridatē rex cognouisset. & transiendum ei flumē sciret: magnas aduersus eum copias misit. quibus uel superari: deleri: & methridatem uel sine dubio retinere posse: credebat. quē admodum autē optabat eum uinci: sic satis habebat: interclusum a Cesare: se retineri. Que prime copie flumen a delta transire: & michridati occurrere potuerunt: prelium commiserunt. festinantes preripere subsequētibz uictorie societatem. Quorum impetum Michridates magna cum prudentia: consuetudine nostra castris uallatis sustinuit. Cū uero incaute: atque insolēter succedere eos munitionibus uideret: eruptioe undiq; facta magnum numerum interfecit. quod nisi locorum noticia reliqui se texissent: partimque in naues: quibus flumen transierant: recepissent funditus: deleri essent. qui ut paululum ab illo timore se recrearunt: adiunctis uel qui subsequebantur: rursus Michridatē oppugnare ceperunt. mittitur a michridate nuntius Cesari: qui regestam perferret. cognoscit ex suis: hec eadem accidisse. ita pene sub idem tempus: & Rex ad opprimendum Michridatē proficiscitur: & Cesar ad recipiendum: celeriori fluminis nili navigatione est usus. in qua magnam & paratam classem habebat. Cesar eodem itinere uti noluit: ne nauibus in flumine dimicaret. Sed circumuectus eo mari: quod Africe partis esse dicitur: sicuti supra demonstraui: prius tamē regis copias occurrit: quod si michridatem aggredi posset. eumque ad se uictorem incolumi exercitū recepit. Confederat cum copiis rex loco natura monito. quod erat ipse excellior: planities ex omnibus partibus subiecta. Tribus autem ex lateribus uariis genere munitionibus cegebatur. Unā latus erat a directum flumini nilo. alterū editissimo loco ductum in partem castrorum obtinebat. Tertium palude cingebatur. Inter castra Regis & Cesaris iter flumen intercedat angustum altissimis ripis: quod in nilum effluebat. Aberat autem ab Regis castris milia passuum circiter septe. Rex cum hoc itinere uenire Cesarem comperisset: equitatum omnem expeditosque delectos pedites: ad id flumen misit: qui transitu Cesarē prohiberent. & eminens ex ripis prelium impar inirent. Nullum enim processum uirtus habebat: aut periculum ignauia subibat. que res incendit dolore milites: equitesque nostros: quod tam diu pari

prelio cum alexandrinis certaretur. Itaque eodem tempore equites germani dispersi: uada fluminis querentes: partim dimissoribus ripis flumen tranarunt. & legionariū magnis arboribus excisis: que longitudine utraq; ripam contingerent proiectis: repetinoque aggere iniecto: flumē transierunt. quorum impetū adeo primuerunt hostes: ut in fuga spem salutis collocarēt. Sed id frustra. namque ex ea fuga pauci ad Regem refugerunt. pene omni reliqua multitudine interfecta. Cesar re preclarissime gesta: cum subito aduentū suum iudicarent: magnū terrorē Alexandrinis iniecturū: protinus uictor ad Regis castra contendit. Hec cum & opere magno uallata: & loci natura munita aduerteret: confertaque armatorum multitudinē: collocatamque in uallo uideret: lassos itinere: ac preliando milites ad oppugnanda castra succedere noluit. Itaque non magno intervallo relicto ab hoste: castra posuit. Postero die castellum quod Rex in proximo loco: non longe a suis castris muniterat: brachisque cū ope castrorum coniunxerat: uici obtinendi causa: Cesar aggressus omnibus copiis expugnat. Nō quod id minori numero militum consequi difficile factu putaret. sed ut ab ea uictoria perterritis alexandrinis: protinus castra Regis oppugnaret. Itaque eo cursu: quo refugientes alexandrinos: ex castello in castra sunt milites insequuti: munitionibus successerunt. acerrimeque eminens preliari ceperunt. duabus ex partibus aditus oppugnationis nostris dabat. una qua liberum accessum habere demonstrauit. altera que mediocre intervallo inter castra: & flumē nilum habebat. maxima & electissima alexandrinorum multitudo defendebat eam partē: que facillimum aditum habebat. plurimū autē proficiebant hostes in repellendis uulnerandisque nostris: qui in regione fluminis nili propugnabant. diuersis enim telis nostris figebant: aduersi ex uallo castrorum auersi ex flumine: in quo multe naues instructe funditoribus: & sagittariis nostros impugnabant. Cesar cū uideret milites acius preliari non posse: nec tamen multum profici: propter locorum difficultatem. Cūque animaduerteret: excelsumque locum castrorum relictum esse ab alexandrinis uideret: quod & per se munitus esset: & studio partim pugnantis: partim spectandi decurrissent: in eum locum quo pugnat: cohortes illos circūire castra: & summū locum aggredi iussit: hisque Carfulenū prefecti: & animi magnitudine: & rei militaris scientia uirum prestantē. quo ut uentū est: paucis defendentibus munitionē nostris contra militibus acerrime pugnantibus: diuerso





clamore: & prelio perterriti: Alexandrini: trepidantes in omnes partes castrorum discurrere ceperunt. quorum perturbat denotatorum animi adeo sunt incitati: ut pene eodem tpe: ex omnibus partibus. primi tamen editissimum locum castrorum caperent. ex quo decurrentes: magnam multitudinem hostium interfecerunt. quod periculum plerique alexandrini fugientes: aceruatim se de uallo precipitauerunt in eam partem: que fluminem erat adiuncta. horum primis: in ipsa fossa munitionis magna ut oppressis: ceteri faciliorem fugam habuerunt. Costat fugisse ex castris Regem ipsum: receptumque in nauem. & multitudine eorum: qui ad proximas naues adnatabant: demerso nauigio: perisere felicissime celerisque gesta Cesar magne uictorie fiducia prolixo terrestri itinere: alexandriam: cum equibus contendit. Atque ea parte oppidi uictor introuit: que presidio hostium tenebatur. Neque eum consilium suum fefellit. qui hostes eo prelio audito: nihil iam de bello essent cogitaturi. dignum aduenientis fructum uirtutis: & animi magnitudinis tulit. Omnis enim multitudo oppidanorum: armis praeditis munitionibusque suis relictis: ueste ea supra: quam supplices dominantes deprecari consueuerunt: sacrisque omnibus prelati: quorum religio praecari offensos: iratosque animos Regum erat soliti: aduenienti Cesari occurrerunt. seque ei dederunt. Cesar in fidem receptos consolatus: per hostium munitiones in suam partem oppidi magna gratulatione uenit suorum: qui non tantum bellum ipsum: ac dimicationem: sed etiam talem aduentum eius felicem fuisse letabantur. Cesar egypto atque alexandria potitus: reges constituit: quos Ptolemeus testamento scripserat. atque obtestatus erat. pro. romano. ne mutarentur. Nam maiore ex duobus pueris Rege amisso: minori tradidit regnum. maiori ex duobus filiis Clopate: que manserat in fide: presidiumque eius. minorem Arsinoen cuius nomine diu regnasse impotenter Ganymedem docuimus: deducere ex regno statuit. nequa rursus noua dissensio: prius quam diuturnitate confirmarentur Regis imperia: per homines seditiosos nascere. legio ueterana sexta secum deducta: ceteras ibi reliquit: quo firmitus esset eorum regnum: & imperium. qui neque amoris suorum habere poterant: quod fideliter permanerant in Cesaris amicitia: neque uerustatis auctoritatem paucis diebus Reges constituti. simul ad imperii nostri dignitatem: utilitatemque publicam premere existimabat: si permanerent in fide Reges: presidiumque eos nostris esse tutos. & hostes si essent ingrati posse. hisdem presidium coerceri. Sic rebus omnibus confectis: & collocatis: ipse itinere terrestri praefectus est in Syriam.

Dum hec in egypto geruntur: Rex Deiotarus ad Domitium Calpurnium: cui Cesar Asia: finitimasque partem administrandas tradiderat: uenit oratum. ne Armeniam minorem regnum suum: ne uel Cappadociam regnum Ariobarzani possideri: uastarique patere: a Pharnace. quo malo nisi liberarentur impata se facere pecuniaque promissa Cesari non posse persolvere. Domitius non tantum ad explicandum sumptus rei militaris: cum pecunia necessariam esse iudicaret: sed etiam turpe populo. romano. & Cesari uictori: sibique infame esse statueret: regna fortiorum: atque amicorum ab externo Rege occupari: nuntios confestim ad Pharnacem misit: Armenia Cappadociaque decederet: ne uel occupatione belli civilis populi romano. ius: maiestatemque temptaret. Hanc denuntiationem: cum maiorem uim habere existimaret: si prius eam regionem cum exercitu accessisset: ad legiones praefectus: unam ex tribus. xxxvi. secum ducit. duas in egyptum ad Cesarem mittit: litteris eius euocatis. Quarum altera in bello alexandrino non occurrit: quod itinere terrestri per Syriam erat missa. Adiungit. Cn. Domitius legioni. xxxvi. duas a Deiotaro: quam ille disciplina atque armatura nostra complures annos constitutas habebat. equosque centum: totidemque ab Ariobarzane sumit. mittit. P. Sestium: ad. C. Pretorium Questorem: ut legionem adduceret: que ex tumultuaris militibus in portu confecta erat. Q. Patissium in Cilicia: ad auxilia arcerenda: que copie celeriter omnes iussu Domitii conuenerunt. Interim legati a Pharnace responsum referunt: cappadocia se decessisse. Armoniam minorem se recepisse. quam paterno nomine iure obtinere deberet. Denique eius regni causa integra Cesari seruari. Paratum enim se facere: quod si statuisset. P. Domitius cum animaduertisset eum Cappadocia decessisse: non uoluntate abductum: sed necessitate: quod facilius Armeniam defendere posset: subiectam suo regno: quam Cappadociam longius remotam: quod omnes tres legiones adductumque Domitium putasset. Ex quibus cum duas ad Cesarem missas audisset: audaciusque in armenia substitisset: perseverare cepit: ut eo quoque regno decederet. Neque enim aliud ius esse Cappadociae: atque Armentiae: nec iuste eum postulare: ut in Cesaris aduentu res integra differretur. Id enim esse integrum: quod ita esset: ut fuisset. His responsis datis: cum ut copias: quam supra scriptis: praefectus in Armeniam. locisque superioribus iter facere instituit. Nam ex ponto a Comanis iugum editum siluestre pertingens in armeniam minorem: quo Cappadocia finit ab Armenia. cuius itineris bene erat certe opportunitates. quod in





locis superioribus nullus impetus repentinus accidere hostiū poterat. & q̄ Cappadocia his iugis subiecta. magnam comearum copiam erat subministratura. Complures interim legationes Pharnaces ad Domitium mittit: que de pace agerent. regiaq; munera Domitio ferrent. ea constanter omnia aspernabatur. nec quicq̄m sibi fore antiquius: q̄m dignitatem populi romani. & regna sotorum recuperare: legatis respondebat. magnis & cōtinuis itineribus cōfectis: cum aduentaret ad nicopolim: quod oppidum in Armenia minore positum est: plano loco: montibus tamen altis: ab duobus lateribus obiectis: satis magno itervallo: ab oppido remotis: castra posuit longe a nicopoli circiter milia passuum septem. Quibus ex castris cum locus angustus ac impeditus esset transeundus: Pharnaces in insidiis delectos pedites: omnesq; pene disposuit equites: Magnam autem multitudinem pecoris: intra eas fauces dissipari iussit. paganosq; & oppidanos in his locis obuersari: ut siue amicus siue inimicus Domitius eas angustias transiret: nihil de insidiis suspicaretur. Cum in agris: & pecora: & homines animaduerteret uersari. tanquā amicorū aduentu greges. Sin uero ut in hostium fines ueniret: preda diripienda: milites dissiparentur. Dispersiq; cederentur. Hec cum administraret: nunquam tamen intermittebat: legatos de pace: atq; amicitia: mittere ad Domitium. cum hoc ipso crederet eum facilius decipi posse. At contra spes pacis Domitio in eisdem castris morādi: attulit causam. Ita Pharnaces missa proximi temporis occasione: cum uereretur: ne cognoscerentur insidie: suos in castra reuocauit. Domitius postero die: propius Nicopolim accessit. castraq; oppido contulit. que dum muniunt nostri: Pharnaces aciem instruxit suo more: atq; instituto. In fronte enim simplia directa acie: cornua trinis firmabantur subsidiis: eadem ratione medie collocabantur acies duobus dextra: sinistraq; interuallis simplicibus ordinibus instructis: perfecit inceptum castrorum opus Domitius: parte copiarum: pro uallo instructa. proxima nocte Pharnaces interceptis tabellariis qui de alexandrinis rebus litteras ad Domitiū ferebant: cognoscit Cesarem magno in periculo uersari. flagitareq; a Domitio: ut q̄m primū sibi subsidia mitteret. p̄p̄iusq; ipse alexandriam p̄ Syriam accederet q̄ cognita re pharnaces uictorie loco ducebat si trahere tempus posset: cum discedendum celeriter Domitio puraret. Itaq; ab oppido qua facillimum accessum: & equissimum ad dimicandum

nostris uidebat: fossas duas directas: non ita magno medio interuallo relicto: quatuor pedum altitudinis: in eum locum deduxit. quo longius constituerat: suam non producere aciem. Inter has fossas aciem semp̄ instruebat. equitatum autē ab lateribus omnem extra fossam collocabat. qui neq; aliter utilis esse poterat. & multum numero anteibat nostrum equitatum. Domitius autem cum Cesaris magis periculo q̄ suo cōmoueretur: neq; se tuto discessurum arbitraret: si cōditiones quas reiecerat: rursus appeteret: aut sine causa discederet: ex p̄p̄inquis castris in aciem exercitum eduxit. tricesimam sextam legionem in dextro cornu collocauit. ponticā in sinistro. Deiotari legiones in mediā aciem cōtulit: quibus tamē angustissimum frōtis reliquit interuallum. reliquis cohortibus in insidiis collocatis. sic ueriq; acie instructa p̄cessū ē ad dimicandum. Signo sub idem tēpus ab utroq; dato: concurrūt acriter. uarieq; pugnatur. Nam tricesimam sextam legio cū extra fossam in equitatum Regis impetum fecisset: adeo secundum prelium fecit: ut mentibus oppidi succederet. fossaq; transiret: aduersusq; hostes aggredere. At pontica ex altera parte legio: cum paululum auersa hostibus celsisset: fossam autē circuire acies secundo conata fuisset: ut apto latere aggredere hostem: in ipso transitu fosse confixa: & oppressa est. Deiotari uero legiones uix impetum sustinuerunt. Ita uictrices regis copie: cornu suo dextro: mediaq; acie: conuerterūt se ad tricesimam sextam legionem: que tamen fortiter uincētū impetum sustinuit. magnis copiis hostium circūdata: presentissimo animo pugnans: in orbem se recepit ad radices montiū: quo pharnaces insequi: propter iniquitatē loci noluit. Ita pontica legione pene tota amissa: magna parte Deiotari militū interfecta: tricesimam sextam legio in loca se superiora contulit. nō amplius ducentis quinquaginta desideratis. Ceaderūt eo p̄lio splendidi: ac illustres uiri: nonnulli equites romani. Quo tamen incommodo Domitius accepto: reliquas exercitus dissipari collegit. itineribusq; tutis per cappadociam in asiā se recepit. Pharnaces rebus secundis elatus: dum de Cesare ea que optabat: speraret: pontum omnibus copiis occupauit. Ibiq; & uictor: & crudelissimus Rex: cum sibi fortunā paternā feliciorē euentu destinaret: multa oppida expugnauit. bona ciuium romanorū: ponticorūq; diripuit. supplicia constituit in eos: qui aliquam forme atq; etatis commēdationem habebant: eaq; que morte eēt miseriora. pontūq; nullo defendēte: paternū





regnum se recepisse glorians obtinebat. Sub id tempus in illyrico est incommodum acceptum: que Prouincia superioribus mensibus retenta: non tantum sine ignominia: sed etiam: cum laude erat. Namq; eo missis estate cum duabus legionibus Cornificius Cesaris Questor Propretore: quanquam erat Prouincia minime copiosa ad exercitus alendos: & finitimo bello: ac dissensionibus uastata: & confecta: tamen prudentia ac diligentia sua magnam curam suscipiebat: nequo temere progredieretur: & recepit: & defendit. Namq; & castella complura: locis editis posita: quorum opportunitas: castellanos impellebat: ad decursiones faciendas: & bellum inferendum: expugnauit. Ea q; preda milites donauit. Que etsi erat tenuis: tamē in tanta desperatione erat grata: presertim uirtute parata. & cum Octavius ex fuga Farsalici prelii magna classe in illum se sinum contulisset: paucis nauibus Iadestiorum: quorum semper in Republicam singulare constiterat officium: dispersis Octavianis nauibus: erat potius: ut uel classe dimicare posset. adiunctis captiuis nauibus sotorū. & cum diuersissima parte orbis terrarum. Cn. Pompeium uictor Cesar sequeretur: compluresq; aduersarios in illyricum: propter Macedonie propinquitatem: se reliquis ex fuga collectis: compulisse audiret. litteras ad Gabinium mittit: uti cum legionibus tyronum: que nuper erant conscripte: proficisceretur in illyricum. coniunctisq; copiis cum Cornificio: siquod periculum Prouincie inferretur: depelleret. Sin ea nō magnis copiis tuta eē posset. in Macedoniā legiones adducerent. Omnem enim illam partem regionēq; utuo Cn. Pompeio bellum instauraturam esse credebat. Gabinus ut in illyricū uenit: hiberno tempore anni ac difficili siue copioso rem punitiam existimans: siue multum fortune uictoris Cesaris tribuens: siue uirtute & scientia sua confusus: quibus sepe in bellis periclitatus: magnas res: & scdās: ductu: ausuq; suo gesserat. neq; prouincie facultatibus subleuabatur: que partim erat exinanita: partim infidelis. neq; nauibus intercluso mari tempestatibus: cōmeatus supportari poterat: magnisq; difficultatibus coactus non ut uolebat: sed ut necesse erat: bellum gerebat. ita cum durissimis tempestatibus: propter inopiam castella expugnare cogebatur. crebra incommoda accipiebat. adeoq; est a Barbaris contemptus: ut solonam se recipiens in oppidum maritimū: quod ciues romani fortissimi fidelissimiq; incolebant: in agmine dimicare sic coactus.

Quo prelio duobus milibus militum amplius amissis ceurionibus xxxviii. tribunis. iiii. cū reliquis copiis solonā se recepit. Sūmaq; ibi difficultate rerū omnium pressus: paucis mensibus morbo perit. cuius & infelicitas uiuit: & subita mors in magnam spem Octauium adduxit punitie potius. quem tamē diutius in rebus secundis: & fortuna: que plurimum in bellis potest: diligentiaq; Cornificii: & uirtus Vatini: uersari passa non est. Vatinius Brundisii cum eēt: cognitis rebus que gesta erāt in illyricū: cum litteris Cornificii: ad auxiliū punitie ferendum euocaret: & M. Octauium audiret: cum Barbaris foedera percussisse: compluribusq; locis nostrorum tyronū & militū oppugnare presidia: partim classe per se: partim pedestribus copiis per barbaros: etsi graui ualitudine affectus uix corporis uiribus animū sequebat: tamē uirtute uicit incommodum nature. difficultatesq; hyemis: & subite preparationis. Nam cum ipse paucas in portu naues longas haberet: litteras in Achatam ad Calenū misit: uti sibi classē mitteret. qđ cū tardius fieret: q̄ piculū nostrorū flagitabat: qui sustinere impitum Octauium nō poterant: nauibus actuariis: quarū numerus erat satis magnus: magnitudine satis iusta ad plandum rostra ipse ipsiuit. Has adiunctas nauibus longis: & numero classis aucto. militibus ueteranis impositis: quorū magnā copiā habebat: ex omnibus legionariis: qui numero egroz relicti erant Brundisii: cū exercitus in Greciam transportarent: pfectus ē in illyricū: maritimasq; nōnullas ciuitates: que defecerāt Octauioq; se tradiderant: partim recipiebat: partim remeantes in suo consilio: preteruehebat: nec sibi illius rei moram necessitatēq; iniungebat. quin q̄celererrime posset ipm Octauium persequeret. Hunc oppugnantem epidaurum terra: mariq; ubi nostrum erat presidium: aduentu suo discedere ab oppugnatione coegit. presidiumq; nostrum recepit. Octauius enim cum Vatiniū classē magna ex parte cōfectam ex nauiculis actuariis habere cognouisset: cōfusus sua classe: substitit ad insulam thauridē: qua regione Vatinius insequens nauigabat. nō qđ Octauium ibi restitisse sciret: sed qđ eum longius progressum insequi decreuerat. Cum propius thauridem accessisset: distensis suis nauibus qđ & tēpestas erat turbulenta: & nulla suspitio hostis accessisset: repente aduersum ad se uenientem nauem: antennis ad medium malum demissis instructā propugnatoribus animaduertit. Quod ubi conspexit: celeriter uela subduci dimittiq; antennis iubet & milites armari. & uexillo





sublato: quo pugnandi dabat signum: que p̄me naues sublequebant: idem ut facerent: significabat. parabant se uacillanti repente oppressi: parati deinceps octauiam ex portu procedebant. Instruit utrinque acies: ordine disposita magis Octauiana: paratior: militum animis uacillans. Vatinus cum animaduerneret: neque nauum se magnitudine: neque numero parem esse fortuite dimicationi: fortune rem committere maluit. Itaque p̄mus sua quinque remi in quadriremem ipsius Octauii impetum fecit. celerrime: fortissimeque contra illo remigante: naues aduersae rostris concurrunt: adeo uehementer: ut nauis Octauiana rostro discusso ligno contineretur. committitur acriter reliquis locis prelium: concurruntque ad duces maxime. nam cum suo quisque auxiliu ferret: magnu cominus in angusto mari plium factu est. Quantoque coniunctis magis nauibus: colligendi potestas dabatur: tanto superiores erant uacillanti: qui admiranda uirtute ex suis nauibus in hostium naues: transire non dubitabant. & dimicatione equata: longe superiores uirtute rem feliciter gerebant: deprimunt ipsius Octauii quadriremis: multi preterea capiunt. aut rostris perforate merguntur. propugnatores octauiam partim in nauibus iugulantur. partim in mare precipitantur. Ipse Octauius se in scapham confert in quam plures confugerant. depressa scapha: uulneratus tamen adnatat ad suu Myoparonem eo receptus cum prelium nox dirimeret: tempestate magna uelis profugit: sequuntur hunc sue naues nonnullae: quas casus ab illo periculo uendicarat. At Vatinus re bene gesta receptus cecinit: suisque omnibus incolumibus in eum se portum recepit: quo ex portu classis octauiana ad dimicandum processerat. Capit ex eo prelio pentiremem unam: triremes duas: dyerotas octo. compluresque remiges octauianos posteroque ibi die fuit: dum suas captiuasque naues resticeret. post die tertiu contendit in insulam istam: quae eo se recepisse ex fuga credebat Octauium: erat meum nobilissimum regionum earum oppidum coniunctissimuque Octauiis: quo ut peruenit: oppidani supplices se Vatinio dederunt. Comperitque ipsum Octauiu: paruis paucisque nauibus uento scilicet regione Graeciae petisse: inde ut Siciliam deinde ut Africam caperet. Ita breui spatio re p̄clarissime gesta. puincia recepta: & Cornificio reddita: classe aduersariorum: ex illo toto sinu expulsa: uictor se Brundisium incolumi exercitu: & classe recepit. His autem temporibus: quibus Caesar: ad Dyrachiu Pompeiu obsidebat: & Paleophasali re feliciter gerebat Alexandrieque

cum periculo magno: tum etiam maiore periculi fama dimicabat. Cassius Longinus in Hispania Propretore puinciae uacillantis obtinende causa relictus: siue consuetudine nature suae: siue odio quod in illam puinciam susceperat: Questor ex insidiis ibi uulneratus: magnas odii sui fecerat accessiones. quod uel ex conscientia sua: cum de se mutuo sentire puinciam crederet: uel mutuis signis & testimoniis eorum: qui difficulter odia dissimulant: animaduertere poterat. & compensare offensionem puinciae: exercitus amore cupiebat. Itaque cum primum in unum locum exercitum conduxit: sestertia. C. militibus est pollicitus. nec multo postquam in Lusitania Medobregam oppidum: montemque herminium expugnasset. quo Medobrugenses confugerant: ibi Impator appellatus: iteru sestertius. C. milites donauit. multa preterea: & magna premia singulis concedebat: quae speciosum reddebant presentem exercitus amorem. Paulatim tamen & occulte militarem disciplinam: seueritatemque minuebant. Cassius legionibus in hyberna dispositis ad ius dicendum Cordubam se recepit. Contractumque in ea esalenum grauissimis oneribus puinciae constituit exoluere. & ut largitionis postulata consuetudo: per causam liberalitatis speciosam: plura largitori querebatur. pecuniae locupletibus imperabantur. quas Longinus sibi expensas ferri: non tantu patiebatur: sed etiam cogebat. in gregem locupletiu: simultatu cause tenues coniciebant. neque ullu genus questus: aut magni & euidentis: aut minimi & sordidi premittebat quo domus & tribunal Impatoris uacaret. nemo erat: qui modo aliquam iacturam facere posset: quin aut uadimonio teneretur: aut inter reos referretur. Ita etiam magna sollicitudo periculorum ad iacturas & detrimenta reifamiliaris adiungebant. Quibus de causis accidit ut cum Longinus Impator eadem faceret quae fecerat questor. Similia rursus de morte eius puinciales consilia mirent. Horum odium confirmabant nonnulli familiares eius: qui cum in illa societate uersarentur rapinarum. nihilominus tamen oderant eum in cuius nomine peccabant. sibique quae rapuerant acceptum ferebant. quod interciderat aut erat interpellatum Cassio assignabant. quintam legionem nouam conscribit. augetur odium: & ex ipso delectu: & sumptu addite legionis: complentur equitum tria milia: maximisque ornatur impensis. nec puinciae datur ulla requies. Interim litteras accepit a Cesare: ut in Africam exercitu traiceret: perque mauritaniam ad fines numidiae pueniret. quae magna. Cn. Pompeio





Iuba Rex miserat auxilia: maioraq; missurus existimabat. qbus  
litteris acceptis insolenti uoluntate efferebatur: q sibi nouarum  
prouinciaru: & fertilissimi regni: tanta oblata esset facultas. Itaq;  
ipse in Lusitania proficiscit ad legiones accersendas: auxiliaq; ad/  
ducenda. certis hominibus dat negotium: ut frumentum: nauesq;  
centum prepararentur: pecunieq; describerent: atq; imperarent.  
nequa res cum redisset: moraretur. reditus eius fuit celerior omniu  
opinionem. no enim labor aut uigilantia cupienti presertim aliquid  
Cassio deerat. exercitu coacto in unum locum. castris ad corduba  
positis pro coitione militibus exponit: qualis res Cesaris iussu gerere  
deberet. polliceturq; ut cum in mauritaniam traiecisset: sextertia  
se daturum. Quintam fore in Hispania legionem. ex contione  
se cordubam recepit. eoq; ipso die meridiana hora cum in basilica  
iret: quidam Minutius Silo diens. L. Racilius libellum: qsi aliquid  
ab eo postularet: ut miles ei tradidit. deinde post Racilius nam  
ut latus Cassii tegebat: quasi respousum ab eo peteret: celeriter dato  
loco: cum se insinuassec: sinistra corripit eum: dextraq; bis ferit  
pugione. clamore sublato: fit a coniuratis impetus: uniuersis Mi/  
nutius Flaccus proximum gladio traiecit licetorem. Hoc inter/  
fecto Cassium legatum uulnerat. Ibi. T. Valsus & L. Mergilio  
simili confidentia: Flaccum municipem suum adiuuant. Erant  
enim omnes italicenses. ad ipsum Longinum. L. Licinius Squillus  
inuolat. Iacentemq; leuibus sauciat plagis. concurrunt ad Cassiu  
defendendum. Semper enim Verrones: compluresq; euocatos  
cum telis habere consueuerat. a quibus ceteri intercluduntur. qui  
ad cedem faciendam: subsequebantur. quo in numero fuit Cal/  
purnius Salutanus: & Manilius. Tusculus Minutius inter saxa:  
que iacebant: in itinere fugiens opprimitur. & relato ad domum  
Cassio ad eum deducitur. Racilius in proximam se domum fami/  
liaris sui confert: dum certum cognosceret: confectus ne Cassius  
esset. L. laterensis: cum id non dubitaret: accurrit letus in castra:  
militibus uernaculis: & secunde legionis: quibus odio sciebat preci/  
pue Cassium ee gratulatur. Tollitur a multitudine tribuual pcor  
appellatur. Nemo enim aut in Prouincia natus: aut uernacule  
legionis miles: aut diuturnitate iam factus prouincialis. quo in  
numero erat secunda legio: non cum omni prouincia consenserat  
in odio Cassii. Nam legiones trigessimam: & uigesimamprimam:  
paucis mensibus in italia scriptas: Cesar attribuerat Longino.

Quinta legio ibi nuper erat confecta. Interim nuntiat laterensis  
uiuere Cassium. quo nuntio dolore magis pmotus: q animo per/  
turbatus: reficit celeriter se: & ad Cassiu uisendum pficiscit. Re/  
cognita trigesima legio: signa corduba infert ad auxiliu ferendum  
Imperatori suo. Facit hoc idem uigesimaprimum. Subsequitur has  
quinta. Cum due legiones relique essent in castris: secudanti uerite  
ne soli relinquerent: atq; ex eo quid sensissent: indicaretur: secute  
sunt factu superioru. permansit in sententia legio uernacula. nec  
ullo timore de gradu deiecta est. Cassius eos qui nominati erant  
consciu cedis: iubet coprehendi. Legionem quintam i castra remittit.  
cohortibus. xxx. retentis. Inditio Minutu cognoscit. L. Racilius  
& L. Laterensem: & Anniu Scapulam maxie dignitatis & glorie:  
punitalem homine: sibiq; tam familiarem: q laterensem: i eadem  
fuisse coiuratione. Nec diu moratur dolorem suu: qn eos interfici  
iubeat. Minutiu libertis tradit excruciantum. Item Calpurniu  
Salutanu: qui proficetur indicu coiuratorumq; numeru auget:  
uere ut quidam existimant. ut nonnulli queruntur coactus. Iisdem  
cruciatibus affectus a. L. Mergillio Squillus: noiat plures. quos  
Cassius interfici iubet. exceptis ut qui se pecunia redemerunt. Na  
palam sestertius decem cum Calpurnio paciscit. & cum. Q. Sestio  
quingenta. Qui si maxime nocentes sunt mulctati: tn periculum  
uite: dolorq; uulneru: pecunia remissus: crudelitatem cum auaricia  
certasse significabat. Aliquot post diebus litteras a Cesare missas  
accipit. qbus cognoscit Pompeiu i acie uictu. amissis copiis fugisse.  
Qua re cognita. mixta dolore uoluptate capiebat. uictorie nu/  
tius leticiam exprimebat. confectum bellum licentiam temporum  
intercludebat. Sic erat dubius animi: utru nihil timere: an omnia  
licere mallet. Sanatis uulneribus: accersit omnes qui sibi pecunias  
expensas tulerant. acceptasq; eas iubet referri. qbus paru uidebat  
imposuisse oneris: ampliozem pecuniam imperat. Que aut Rome  
delectu instituit: quosq; ex oibus coactibus: colonisq; coscriptos  
transmarina militia pterritos ad sacramenti redemptionem uocabat.  
Magnu hoc fuit uectigal. manus tamen creabat odiu. His rebus  
confectis totu exercitu lustrat. Legiones quas in africa ducturus  
erat: & auxilia mittit ad traiectum. Ipse classem qua parabat: ut  
inspiceret: hispalim accedit. ibiq; moratur. propterea q edictum  
tota Prouincia proposuerat: ut quibus pecunias imperassec: neq;  
contulissent: se adirent. Que euocatio uehementer omnes turbauit.



Interim. L. Titus: qui eo tpe tri. mili. legiōis uernacule fuerat: nuntiat fama legionem trigelima: quam. Q. Cassius legatus simul ducebat: cum ad oppidum lepum castra haberet: seditione facta ceterioribus aliquot occisis: qui signa tolli nō patiebant: discessisse & ad secundam legionem contendisse: que ad frerum alto itinere ducebat. Cognita re noctu cū. v. cohortibus undeuisi manorū egreditur. mane puenit. Ibi eum diem ut quid ageret: respiceret moratus. Carbonam cōtendit. Hic cū legiones trigelima & uige/ sima pma: & tres cohortes ex scda legione. & quinta legio totusq; cōuenisset equitatus: audit q̄ttuor cohortes a uernaculis opp̄ssas ad obuculam: cum his ad scdam peruenisse legione: omnesq; ibi se cōiunxisse. & T. Torium: italicensem ducem delegisse. Celeriter habito consilio: Marcellū cordubā: ut eam in potestate retineret. Q. Cassium legatum hispalim mittit. Paucis ei diebus affertur conuentū cordubensem ab eo defecisse. Marcellūq; aut uolūate: aut necessitate adductū: nanq; id uarie nūtiabatur: consentire cū cordubensibus. duas cohortes legionis quinte que fuerāt cordube in presidio idem facere. Cassius his rebus incensus. mouet castra. & postero die segouiam ad flumē silicense uenit. ibi habita cōtione: militū tenrat animos: quos cognoscit non sua: sed Cesaris absentis causa fidissimos eē. nullumq; periculum deprecaturus: dum per eos Cesaris puincia restitueret. Interim Torius ad cordubam ueteres legiones adducit. Ac ne dissensionis initium natum. seditiosa militū suaq; uideretur natura. Simul ut contra Q. Cassium: qui Cesaris nomine maioribus uiribus uti uidebatur: eque potentē opponeret dignitatem. Cn. Pompeio se prouinciam recuperare uelle palam dictitabat. Et forsitan etiam hoc fecerit odio Cesaris: & amore Pompeii: cuius nomen multum poterat apud eas legiones: quas M. Varro obtinuerat. Sed id qua mente cōmotus fecerit: con/ iectura sciri potest. Certe hoc pre se Torius ferebat. Milites adeo fatebantur: ut. Cn. Pompei nomen in scutis inscriptum haberēt. eiq; frequens legionum conuentus obuiam prodit. Neq; tantum uirorum: sed etiam matrū familiarū. ac pretextatorū. deprecateq; ne hostili aduentu cordubam diriperent. Nam se cōtra Cassium cōsentire. cum om̄ibus contra Cesarem ne facere cogent: orare. Tante multitudinis precibus: & lachrymis exercitus commotus: cū uideret ad Cassium persequendum nihil opus eē. Cn. Pompei nomine & memoria. tāq; om̄ibus cesarianis: q̄ pompeianis longinū

esse in odio: neq; se conuentū: neq; M. Marcellum cōtra Cesaris causam posse perducere: nomen Pompeii ex scutis detraxerunt. Marcellum qui se Cesaris causam defensurum proficebat: ducem ascuerunt. pretorēq; appellarunt. & sibi conuentū adiunxerunt. castraq; ad cordubam posuerunt. Cassius eo biduo citius q̄ttuor milia passuū a corduba citra flumē betim. in oppidi cōspectu loco excelso facit castra. Litteras ad Regem Bogudem i mauritaniā: & ad M. Lepidum pcons. in Hispaniā ceteriorē mittit: subsidio sibi: prouincieq; Cesaris causa q̄ primum ueniret. ipse hostili modo cordubensiu agros uastat. edificia incendit. Cuius rei deformitate atq; indignitate legiones que Marcellum in ducem ceperāt: ad eū concurrerunt: ut in aciem educerent: orant. Priusq; confligendi sibi potestas fieret: q̄ cum tanta cōtumelia nobilissime carissimeq; possessiones cordubensiu in conspectu suo: rapinis: ferro: flāmaq; consumerentur. Marcellus cum configere miserimū putaret: q; & uictoris & uicti detrimentum ad eundem Cesarem esset redun/ daturū: neq; sue potestatis eēt: legiōes betim traducit: atq; aciem instruit. Cum Cassius cōtra pro castris suis aciem instruxisset loco superiore: causa iterposita: q; si in equū nō descenderet: Marcellus militibus persuadet: ut se in castra recipiāt. Itaq; copias reducere cepit. Cassius quo bene ualebat Marcellūq; infirmum eē sciebat. aggressus equitatu legionarios se recipientes: cōplures nouissimos in fluminis ripis iterfecit. cū hoc detrimento quid transitus fluminis uitu difficultatisq; haberet: cognitum eēt: Marcellus castra betim transfert. crebroq; uterq; legiones in aciem educit. neq; tamē con/ fligitur ppter locorū difficultates. Erat copis pedestribus multo firmitior Marcellus. habebat enī ueteranas: multisq; prelus exptas legiones. Cassius fidei magis q̄ uirtuti legionis cōfidebat. Itaq; cū castra castris collocata essent: & Marcellus locum idoneū castello cepisset: quo prohibere aqua cassianos posset: Longinus uertus ne genere quodam obsidionis clauderetur: in regionibus alienis: sibiq; infestis: noctu silentio ex castris pficiscitur. celeriq; itinere ulam contendit. quod sibi fidele eē oppidum credebat. ibiq; adeo coniuncta ponit menibus castra: ut est loci natura. nanq; ula in edito monte posita est. ut ipsa munitione urbis undiq; ab oppug/ natione tutus eēt. Hunc Marcellus insequit: & q̄ proxime potest ulam: castra castris cōfert. locorūq; cognita natura: quo maxime rem deducere uolebat: necessitate ē adductus. ut neq; configeret:





cutus rei facultas esset: resistere incitatis militibus non poterat: neq; uagari Cassium latius pateretur: ne plures ciuitates ea paterent: que passi erant cordubenses. Castellis idoneis locis collocatis opibusq; in circuitu oppidi cōtinuatis: ulā Cassiūq; munitionibus clausit. q̄ sibi usui fore credebat: si pabulari frumētariq; Marcellū non pateretur. Magno autē impedimento: si clausus obsidione & inutilis: necessarium consumeret frumētum. Paucis diebus litteris Cassiū accepit: Rex Bogud cū copiis uenit. adiungitq; ei legionē: quā secū adduxerat. compluresq; cohortes auxiliarias hispanoꝝ. namq; ut in ciuilibus dissensionibus accidere consuevit: ita tēpibus illis in Hispania nonnullae ciuitates rebus Cassiū studebant: plures Marcellō fauebāt. Accedit cū copiis Bogud ad exteriore Marcelli munitiones. pugnat utrinq; acriter. crebroq; ut accidit fortūa sepe ad utrunq; transferente uictoriā. nec tamen unq̄ ab opibus depellitur Marcellus. Interim Lepidus ex citeriori prouincia cū cohortibus legionariis trigintaquinque: magno numero equitum: & reliquorum auxiliorū uenit: ea mente ulam ut sine ullo studio tantū contentionē Cassiū Marcelliq; componeret. Huic uententi sine dubitatione Marcellus se credit atq; offert. Cassius cōtra suis se tenet presidium. siue eo q̄ plus sibi iuris debet: q̄ Marcellō existimabat: siue eo q̄ ne preoccupatus animus Lepidi esset obsequio aduersari: uerebatur. ponit ad ulam castra Lepidus. neq; habet a Marcellō quicq; diuisi. ne pugnaretur interdicit. ad exeundum Cassium inuitat. fidemq; suā in re omni interponit. Cum diu dubitasset Cassius: qd sibi faciendum: quidue Lepido eēt credēdum: neq; ullum exitū consilii sui reperiret: si permaneret in sententiā: postulat uti munitiones dilacerentur. sibiq; liber exitus daretur. nō tantum inducias facerent: sed prope iam constituta opera cōplanarent. custodieq; munitionū essent deductae. Auxilia Regis in id castellum Marcelli: quod proximum erat regis castris: neq; opinantibus omnibus: si tamē in omnibus fuit Cassius: nam de huius conscientia dubitabatur: impetum fecerunt. cōpluresq; ibi milites oppresserūt. q̄ nisi celeriter indignatiōe & auxilio Lepidi preliū esset diremptum: maior calamitas esset accepta. Cum iter Cassio patefactum esset: castra Marcellus cum Lepido coniungit. Lepidus eodem tēpore Marcellusq; cordubam cum suis proficiscitur. a corduba narbonem. Sub idem tēpus Trebonius Proconsul ad

Prouinciam obtinendam uenit. De cuius aduentu: ut cognouit Cassius: legiones quas secū habuerat: equitatuq; i hyberna distribuit. Ipse omnibus suis rebus celeriter correptis malacam cōtendit. ibiq; aduerso tēpore nauigandi naues conscendit: ut ipse predicabat: ne se Lepido & Trebonio & Marcello committeret. & amici eius dictitabant: ne per eam Prouinciam minore cum dignitate iter faceret. cuius magna pars ab eo defecerat. ut ceteri existimabāt: ne pecunia illa ex infinitis rapinis confecta: in potestatem cuiusq; ueniret. Progressus hyberna secunda tempestate: cum in hiberū flumen noctis uitande causa se cōtulisset. Inde paulo uehementiori tempestate nibilo periculosius se nauigaturum credens: profectus aduersis fluctibus occurrentibus ostio fluminis in ipsius faucibus: cū neq; flectere nauem propter uim fluminis: neq; directam tantis fluctibus tenere posset: demersa nauis perit. Cū in syriā Cesar ex egypto uenisset: atq; ab his qui roma uenerāt ad eū cognosceret: litterisq; urbanis animaduerteret: multa rome mala & inutiliter administrari: neq; ullam partem reipub. satis commode geri: q̄ & contentionibus tribunitis p̄nitiose seditiones orirent: & ambitioe atq; indiligentia tribunorum militum: & qui legionibus preerant: multa cōtra morem consuetudinēq; militarem fierent: que dissolue de discipline: seueritatisq; essent: eaq; omnia flagitare aduentū suū uideret: tamen preferendum existimabat: quas in prouincias regionesq; uenisset: eas ita relinquere constitutas: ut domesticis dissensionibus liberarentur. Iura legesq; acciperent. & externorū hostium metum deponerēt. Hec in Syria cilitia Asia celeriter se confecturum sperabat: q̄ he prouincie nullo bello premebant. In bithynia ac pōto plus oneris uidebat impendere sibi. nō enim excessisse ponto Pharnacem audierat. neq; excessurum putabat: cum secundo prelio eēt: uehementer inflatus: quod cōtra Domitiū Caluinū fecerat. cōmoratus uere i omnibus ciuitatibus que maiores sunt dignitate: premia benemeritis & uirum & publice tribuit. de controuersis ueteribus cognoscit: ac statuit reges. leges dynastas prouincie: finitimosq; omnes qui ad eum cōcurrerant: receptos in fidem: conditionibus impositis prouincie tuende ac defendende dimittit. & sibi & populo ro. amicissimos. Paucis diebus in ea prouincia consumptis: Sex. Cesarē amicū & necessariū suū legionibus Syriēq; prefecit. Ipse eadem classe q̄ uenerat proficiscit in Cilitiā: cuius prouincie ciuitates omnes euocat Tarsum. quod oppidū fere





totius cilicie nobilissimū fortissimūq; est. ibi rebus omnibus prouintie & finitimarum ciuitatum constitutis: cupiditate proficiscendi ad bellum nō diutius moratur. magnisq; itineribus per cappadociam cōfectis: biduum mazace moratus uenit Comana: uetustissimū & sanctissimū in cappadocia Bellone templum: qđ tanta religione colitur: ut sacerdos eius dee maiestate. imperio. & potentia scđus a rege: consensu gentis illius habeatur. Id homini nobilissimo Ni/ comedi bithynio adiudicauit. qui regio cappadocū genere ortus: ppter aduersam fortunā maiorū suorū: mutationēq; generis iure minime dubio: uetustate tñ intermisso: sacerdotium id repetebat. Fratrem autem Ariobarzani Ariaratem: cum benemeritus uterq; eorū de republica eēt: ne aut regni hereditas Ariaratē sollicitaret: aut heres regni terreret: Ariobarzani attribuit. q; sub eius impio ac ditione esset. ipse iter ceptum simili uelocitate conficere cepit. cum propius pontum finesq; gallogrecie accessisset: Deiotarus tetrarcha gallogrecie tunc quidem pene totius quod ei neq; legibus neq; moribus cōcessum esset: & ceteri tetrarche cōtendebant: Sine dubio autem rex armenie minoris ab senatu appellatus: depositus regis insignibus: neq; tantū puato uestitu: sed etiā reorū habitu: supplex ad Cesarem uenit oraturū: ut sibi ignosceret: q; in ea parte positus terrarū: que nulla presidia Cesaris habuisset: exercitibus imperisq; i. Cn. Pompeii castris fuisset. neq; enī se iudicē debuisse esse cōtrouersiarū populi romani. sed parere presentibus imperis. Contra quem Cesar cum plurima sua commemoraret officia: que consul ei decretis publicis tribuisset: cūq; defensionem eius nullam posse excusationē sue imprudentie recipere coarguisset: q; homo tante prudentie ac diligētie scire potuisset: quis urbem italiamq; teneret: ubi Senatus populusq; ro. ubi respublica eēt: quis deinde post. L. Lentulum. M. Marcellum consul esset. sed tamen se cōcedere id factum superioribus suis beneficis: ueteri hospitio: atq; amicitie: dignitati: etatiq; hominis: precibus eorum qui frequentes concurrissent hospites atq; amici Deiotari ad deprecandum. De controuersis tetrarcharum postea se cogniturū esse dixit. regnum uestitum ei restituit. Legionem autē eam: quā ex genere ciuium suorū Deiotarus natura disciplinaq; nostra constitutam habebat: equitatuq; omnē ad bellum gerēdum adduci iussit. Cum in pontū uenisset: copiasq; omnes in unū locum coegisset: que numero atq; exercitatione bellorum mediocres erant: excepta enim legione

Sexta: quam secū adduxerat alexādria ueteranā: multis meritis laboribus piculisq; functam: multisq; militibus partim difficultate itinerum ac nauigationū: partim crebritate bellorū adeo diminitā ut minus mille hominū in ea esset: relique erant tres legiones: una Deiotari: due que in eo prelio: quod. Cn. Domicium fecisse cum Pharnace scripsimus fuerant. Legati a Pharnace missi Cesarem adeunt. atq; imprimis deprecantur: ne eius aduentus hostilis esset. Facturū enim omnia Pharnacem que imperata essent: maximeq; cōmemorabant: nulla Pharnacem auxilia contra Cesarem Pōpeio dare uoluisse: cum Deiotarus qui dedisset: tñ ei satisfecisset. Cesar respōdit: se fore equissimū Pharnaci sique polliceretur representaturus eēt. monuit autē ut solebat mitibus uerbis legatos: ne aut Deiotarus sibi obucerent: aut nimis eo gloriarētur beneficio: q; auxilia Pompeio nō misissent. nā se neq; libentius facere quicq; q; supplicibus ignoscere. neq; puuntiarū publicas iniurias condonare uel posse: qui nō fuissent in se officiosi. Id ipm quod cōmemorasset officium utilius Pharnaci fuisse qui prouidisset: ne uinceretur: q; sibi: cui diu immortales uictoriam tribuissent. Ita ipse magnas & graues iniurias ciuium romanorū: qui in ponto negociati essent: quoniā in integrū restituere non posset: cōcedere Pharnaci. Nā neq; interfectis amissam uitam: neq; exēctis uirilitem restituere posse. qđ quidem suppliciu grauius morte ciues romani subissent. Ponto uero decederet cōfestim. fāctasq; publicanorū remitteret. ceteraq; restitueret solis ciuibsq; romanis: que penes eum essent. Si bene fecisset iam tunc sibi mitteret munera ac dona: que bene rebus gestis Imperatores ab amicis accipere consueissent. Miserat enim Pharnaces coronam auream. His responsis datis. legatos remisit. At Pharnaces omnia liberaliter pollicitus cum festinantē ac properantē Cesarem speraret: libentius etiā crediturū suis pmissis: q; res pateretur: quo celerius honestusq; ad res magis necessarias proficisceretur: nemini enim erat ignotum: plurimis decausis ad urbem Cesarem reuocari: lentius agere. decedendi diem postulare longiorem. pactiones iterponere. in summa frustrari cepit. Cesar cognita calliditate hominis: q; alius temporibus natura facere consueuerat: tunc necessitate fecit adductus: ut celerius oīm opinione manum conferret. Zela est oppidum in ponto positum: ipm ut in plano loco satis munitū. cumulus enī naturalis uelut manufactus: excelsiore undiq; fastigio sustinet murum. Circumpositi sunt huic





oppido magni multiq; intercisi uallibus colles: quorū editissimus: q; ppter uictoriā Mithridatis: & infelicitatē Triariū: detrimētūq; exercitus nostri: superioribus locis atq; itineribus pene cōiunctus oppido: magnam in illis partibus habet nobilitatem. nec multo longius milibus passuū tribus abest ab zela. Hūc locū Pharnaces ueteribus paternorum felicitum castrorum relictis operibus copis omnibus suis occupauit. Cesar cum ab hoste milia passuum quinque castra posuisset. uideretq; eas ualles quibus regia castra munirent. eodem interuallo sua castra muniturus. si mō ea loca hostes priores non cepissent: que multo erant propiora regis castris: aggerem cōportari iubet intra munitiones. Quo celeriter collato: proxima nocte uigilia quarta: legionibus omnibus expeditis impedimentisq; in castris relictis: prima luce non opinantibus hostibus ipm locum cepit. In quo Mithridates scdm bellū aduersus Triariū fecerat. Hunc omnē comportari aggerem e castris. seruitiaq; agi iussit: ne quis ab opere miles discederet: cū spacio non amplius mille passuū intercisa uallis castra hostium diuideret ab opere incepto Cesaris castrorum. Pharnaces cū id repente prima luce animaduertisset: copias suas om̄s p castris instruxit: quas interposita tanta locoꝝ iniquitate: consuetudine magis puulgata militari: credebat instruit Cesar uel ad opus suū tardandum: quo plures in armis tenerent: uel ad ostentationem regie fiducia: ne munitione magis: q̄ manu defendere locū Pharnaces uideretur. deterritus nō est: quominus prima acie p uallo instructa: reliqua pars exercitus opus faceret. At Pharnaces impulsus siue loci felicitate: siue auspiciis: & religio- onibus inductus: quibus obtēperasse eum postea audiebamus: siue paucitate nostrorū: qui in armis erant comperta: cū more operis quotidiani: magnam illorū seruatorū multitudinem que aggerem portabat milites eē credidisset: siue etiā ueterana fiducia exercitus sui: quē cum legione. xxii. in acie conflixisse. & uicisse legati eius gloriabantur. siue contemptu exercitus nostri. quem pulsum a se Domitio duce sciebat: inuito consilio dimicandi: descendere p̄rupta ualle cepit. Cuius aliquā diu Cesar irridebat inanē ostentationē. & eo loco milicum cohortationē: quem in locū nemo sanus hostis subiturus eēt. Cum interim Pharnaces eodem gradu quo in preliū descēderat: uallē ascendere aduersus arduū collē instructis copis cepit. Cesar incredibili eius uel temeritate: uel fiducia motus: neq; opinans: imparatusq; oppressus eodem tēpore milites ab operibus

uocat. arma capere iubet. legiones opponit. aciem instruit. Cuius rei subita crepidatio magnum terrorem attulit: nostris nondum ordinibus instructis: falcate regie quadrigę p̄mixtos milites per- turbant. que tamen celeriter multitudine telorum opprimuntur. Insequitur has acies hostium. & clamore sublato confligit. multā adiuuante natura loci. plurimū deorum immortalū benignitate: qui cum omnibus casibus bellis intersunt. tum precipue eis: quibus nihil ratione potuit administrari. Migno atq; acri prelio facto: cominus dextro cornu quo ueterana legio erat collocata: initū uictorie natū est. ex ea parte cū in procliu detrunderent hostes. Multo tardius sed tamen usdem diis adiuuantibus: sinistro cornu mediaq; acie tote profligantur copie Regis: que q̄facile suberant iniquū locū: tam celeriter gradu pulse premebant loci iniquitate. Itaq; multis militibus partim interfectis: partim suorum ruina op- pressis: qui uelocitate effugere poterant: armis tñ protectis: uallē transgressi nihil ex loco superiore inermes proficere poterant. Ac nostri uictoria elati: subire iniquū locum. munitionesq; aggredi non dubitarunt. Defendentibus autem his cohortibus castra: quas Pharnaces presidio reliquerat: celeriter castris hostiū sunt potiti. Interfecta multitudine omni: aut capta suorum: Pharnaces cum paucis equitibus profugit. Cui nisi castrorū oppugnatio facultatē attulisset libertus profugiēdi: uiuus in Cesaris potestatē adductus esset. Tali uictoria totiens uictor Cesar incredibili est leticia af- fectus: q; maximum bellum tanta celeritate confecerat. q; subiti- piculi recordatio ē letior. q; uictoria facilis ex difficillimis rebus acciderat. Ponto recepto: preda om̄i regia militibus condonata: postero die cum expeditis equitibus ipse proficiscitur. Legionem sextam decedere ad premia: atq; honores accipiendos in Italiam iubet. Auxilia Deiotari domum remittit. duas legiones cum Celio Minutio in ponto reliquit. Ita per gallogreciam bithyniamq; in asiam iter facit. omniumq; earum prouintiarum de controuersis cognoscit: & statuit. Iura in tetrarchas. reges. ciuitates disposuit. Mithridatem Pergamenum quo rem feliter celeriterq; gestam in egypto supra scripsimus regio genere ortum. disciplinis etiā regis educatū. nam eum Mithridates rex asie totius: ppter nobilitatē pergamo paruulum secū asportauerat i castra. multosq; tenuerat annos. Regem bosphori constituit. quod sub imperio Pharnacis fuerat. puintiasq; populi romani a barbaris atq; inimicis regibus:





interposito amicissimo Rege munit. Eidem tetrarchiam legibus gallogrecoꝝ iure gētis & cognatiōis adiudicauit occupatā: & possessam paucis ante annis a Detotaro. Neq; tñ usq; diutius moratus est q̄ necessitas urbanaz̄ seditionū pati uidebat̄. Rebus felicissime celerrimeq; cōfectis. in Italiam celerius omniū opinione uenit.

C. Iulii Cesaris belli Africi. Opus  
uel Hircu Cōmētarius Quintus.

Cesar itineribus iustis cōfectis nullo die intermisso: ad. xiiii. kal. Ianuarii. lilybeū puenit. Statimq; ostendit sese naues uelle cōscendere: cū non amplius legionē tyronū haberet unā. equitesq; uix sexcentos. Tabernaculum scdm litteras ipm cōstituit ut ppe fluctus uerberaret. Hoc eo consilio fecit: ne quis more quicq; fere speraret. & ut omnes in dies horasq; parati eēnt. Incidit p id tēpus: ut tēpestates ad nauigandū idoneas nō haberet. Nihilō tñ minus in nauibus remiges militesq; cōtinere. & nullā p̄mittere occasionē p̄fectionis. cū presertim ab incolis eius p̄uinitie nuntiarent̄ aduersarioꝝ copte. eq̄tatus infinitus. legionē regie tres. leuis armature magna uis. Scipionis decē. elephāti centū uiginti. classesq; eē cōplures: tñ nō deterrebat̄ aīo. & spe cōfidebat. Interī indies & naues lōge adaugeri. & onerarie cōplures eodem cōcurrere. & legionē tyronū cōuenire. In his ueterana legio quita. equitū ad duo milia. legiōibus collectis sex. & equitū duobus milibus: ut queq; p̄ma legio uenerat: in naues longas imponebat̄. eq̄tes aut̄ in onerarias. ita maiorē partē nauū antecedere iussit. & insulam petere apontanā que est a lilybeo. Ibiq; cōmoratus bona paucorū uendit publice. Deinde Alieno p̄tori q̄ siliā obtinebat: de om̄ibus rebus precipit. & de reliquo exercitu celeriter imponendo. Datis mandatis conscendit ad. vi. kalen. Ianuar. & reliquas naues statim est consequutus. Ita uento certo celeriq; nauigio uectus: post diem quartā cū longis paucis nauibus in cōspectum africe uenit. Nam neq; onerarie relique preter paucas uento disperse: atq; errabūde diuersa loca petierunt. clupeam classe preteruebitur. deinde neapolim. cōplura p̄terea castella: & oppida nō lōge a mari relinqt. Postq; adrumetum accessit: ubi presidium erat aduersariorum: cui

preerat. C. Confidius: & a clupea secundum oram maritimam cum equitatu adrumeti. Cn. Piso cū mauris circiter tribus milibus apparuit. Ibi paulisper Cesar ante portum cōmoratus: dum relique naues conuenirent: exponit exercitū. Cuius numerus in presentia fuit pedum tria milia. equitū centumquinquaginta. Castrisq; ante oppidum positus: sine iniuria cuiusq; consedit. cohibetq; om̄es a preda. Oppidani interim muros armatis complent. ante portam frequentes considunt ad se defendendum: quorū numerus duarū legionum intus erat. Cesar circum oppidum uectus natura loci perspecta: redit in castra. Nō nemo culpe eius imprudentieq; ascribatur: q̄ neq; circū loca gubernatoribus p̄fectisq; qd̄ petere preceperat. neq; ut more ipsius consuetudo superioribus temporibus fuerat: tabellas signatas dederat: ut in tempore his perlectis locum certum peterent uniuersi. quod minime Cesarem fefellerat. Nam neq; ullum portum terre Africe quo classes decurrerent: p̄ certo tutum ab hostium presidio fore suspicabat̄. Sed fortuito oblatam occasionē egressus aucupabat̄. L. Plancus interim legatus petit a Cesare: ut sibi daret facultatē cū Cōsidio de pace agēdi: si posset aliqua ratione perducere ad sanitatem. Itaq; data facultate litteras conscribit. & eas captiuo dat perferendas ad oppidū ad Confidiū. Quo simul atq; captiuus peruenisset: litterasq; ut erat mandatum Confidio porrigere cepisset: prius q̄ acciperet ille: unde inquit istas? Tum captiuus uenio a Cesare. Tunc Confidius. Unus est inquit Scipio Impator hoc tēpore populi romani. Deinde in conspectu suo captiuū interfici iubet. Litterasq; nōdum p̄lectas: sicut erāt signate: dat hōi certo ad Scipionē perferendas. Postq; una nocte & die ad oppidum consumpta: neq; responsū a Confidio dabat̄. neq; ei relique copie succurrebāt. neq; equitatu abundabat. & ad oppidum oppugnandum non satis copiaz̄ habebat. & eas tyronū neq; primo aduentu conuulnerari exercitum uolebat: & oppidi egregia munitio: difficilisq; ad oppugnandum erat ascēsus: & nuntiabant̄ auxilia magna equitatus oppidanis suppeditas uenire. Nō est uisa ratio ad oppugnandū oppidū cōmorandi. ne dum in ea re Cesar est occupatus: circumuentus a tergo ab equitatu hostium laboraret. Itaq; castra cū mouere uellet: subito ex oppido erupit multitudo atq; equitatus subsidio uno tempore eis casu succurrit: qui erat missus a Iuba ad stipendium accipiendum. Castraq; unde Cesar egressus iter facere ceperat: occupat. & eius agmē extremū





insequi ceperunt. Que res cum animaduersa eēt: subito legionaru  
consistunt: & equites quanq̄ erant pauci: tamen contra tantam  
multitudinem audacissime concurrunt. Accidit res incredibilis: ut  
equites minus eriginta Galli: maurorum equitum duo milia loco  
pellerent. fugerentq; in oppidum: Postq̄ compulsi & cōiecti erāt  
intra munitiones: Cesar iter constitutū ire contendit. Quod cum  
sepius facerent: & modo insequerentur: modo rursus ab equitibus  
in oppidū repellerentur cohortibus paucis ex ueteranis: quas secū  
hēbat in extremo agmine collocatis: & parte equitatus: iter leniter  
cū reliq; facere cepit. Itaq; quāto longius ab oppido discedebat:  
tāto tardiores ad insequēdum erāt numide. Interim in itinere ex  
oppidis & castellis legatiōes uenire. polliceri frumentū. paratosq;  
esse que imperasset facere. Itaq; eo die castra posuit: ad oppidum  
ruspinam kal. Ianua. inde mouit: & peruenit ad oppidum leptim  
liberam ciuitatem: & immunē. Legati ex oppido ueniūt obuiam:  
libenter se oīa facturos: que uellet: pollicentē. Itaq; cēturionibus  
ad portas oppidi & custodis impositis: ne quis miles in oppidum  
introidet: aut iniuriam faceret ciuitatem incolē. Nō longe ab op/  
pido secūdum littus fecit castra. Eodem naues onerarie: & longe  
nonnullē casu aduenerunt. Reliquē ut est et nuntiatum incerte  
locorū: uticam uersus petere uise sunt. Interea Cesar a mari non  
digredi: neq; mediterranea petere ppter nauū errorē. equitatūq;  
in nauibus omnē continere: ut arbitror: ne agri uastarent. aquā  
in naues iubet comportari. Remiges interim q̄ aquatū e nauibus  
exierant: subito equites Mauri adorti: nō opinātibus cesarianis:  
multos iaculis cōuulnerauerūt. nonnullos interfecerunt. Latent  
enim in insidis cum equis inter ualles: & subito exeunt: non ut in  
campo comiuus dep̄ignent. Cesar interim in sardinā nuntios cum  
litteris: & in reliquis Prouinciis finitimas dimisit: ut sibi auxilia:  
commeatus: frumentumq; simul atq; litteras legissent: mittenda  
curarēt. Exoneratisq; p̄im nauibus longis: Rabiriū Posthumū  
in Siciliam: ad sc̄m cōmeatum arcessendum mittit. Interim cum  
x. nauibus longis ad reliquis naues onerarias conquirendas: que  
deerrassent: & simul mare tuēdum ab hostibus iubet p̄fasci. Itē  
C. Salustium Crispum pretorē ad celerinam insulam uersus quam  
aduersarii tenebant: cum parte nauium ire iubet: q̄ ibi magnum  
numerum frumenti esse audiebat. Hec ita imperabat unicuiq;:  
p̄cipiebatq;: ut si fieri posset: ne locū ullū excusatio haberet: nec

moram tergiversatio. Ipse sc̄terea ex profugis: & incolis cognitis  
conditionibus Scipionis: & qui cum eo cōtra se bellum gerebant:  
miserari. Regiū enim equitatū in prouincia africa Scipio alebat:  
tāta hominū erat clementia: ut mallent regis esse uectigales: q̄ cū  
ciuibus in patria in suis fortunis eē incolumes. Cesar ad. iiii. nonas  
Ianuar. castra mouit. Leptiq; sex cohortiū presidio cū Salerno  
relictis: ipse rursus unde pridie uenerat: ruspinā cū reliquis copiis  
conuertit. ibiq; sarcinis exercitus relictis: ipse cum expedita manu  
proficiscitur circum uillas frumentatum. oppidanisq; imperat: ut  
plaustra iumentaq; omnia sequantē. Itaq; magno frumenti iumento  
numero ruspinā redit. Hoc eū idcirco existimo fecisse: ne mari/  
tima oppida post se uacua relinqueret. p̄sidiaq; firmata ad classis  
receptacula muniret. Itaq; ibi relictis. P. Salerno fratre eius: quē  
lepti proximo oppido reliquerat cum legione: iubet comportari  
ligna in oppidum q̄ plurima. Ipse cum cohortibus septem que ex  
ueteranis legiōibus ī classe cū Sulpitio & Vatino rem gesserāt:  
ex oppido ruspinā egressus proficiscitur ad portum: qui abest ab  
oppido milia passuū duo. Ibiq; classē sub uesperū cum ea copia  
conscendit. omnibus in exercitu inscul: & requirētibus Imperatoris  
consilium magno metu: ac tristi sollicitabantur. Parua enim cum  
copia: & ea tyronum: neq; om̄i exposita in africa contra magnas  
copias: & insidiose nationis: equitatūq; innumerabilē: se expositos  
uidebāt. neq; quicq; solaciū in presentia: neq; auxilium in suorum  
consilio animaduertebant: nisi in ipsius Imperatoris uultu: uigore  
mirabiliq; hilaritate. Animū enim altum & erectū pre se gerebat.  
Huic acquiescebant homines: & in eius scientia: & consilio: omnia  
sibi procliuia: omnes fore sperabant. Cesar in nauibus una nocte  
cōsumpta. iam celo albescente: cū p̄fasci conaretur. subito nauū  
pars de qua timebat: ex errore eodem cōferebat. Hac re cognita  
celeriter de nauibus imperat omnes egredi: atq; armatos in littore  
reliquos aduententes expectare. Itaq; sine mora nauibus eis in  
portum receptis: & aduectis militum equitumq; copiis: rursus ad  
oppidū ruspinā redit. atq; ibi castris cōstitutis ipse cū cohortibus  
xxx. frumentatum est profectus. Ex eo est cognitum Cesaris  
consiliū. Ille cū classe nauibus oneratis: que deerrassent: subsidio  
ire clam hostibus dicitur uoluisse: ne casu imprudentes sue naues  
in classē aduersarioꝝ inciderent. neq; eam rem eos uoluisse scire:  
qui in presidio relictis milites fuissent. ne propter suoꝝ paucitatē:





& hostium multitudinem: metu deficerēt. Interim cum tam Cesar  
progressus eēt e castris: circiter milia passuū tria per speculatores  
& antecessores equites: nuntiatum ei copias hostium haud longe a  
sele uisas: & hercle cū eo nuntio puluis ingens conspicitur ceptus est.  
Hac re cognita Cesar celeriter iubet equitatum uniuersum: cuius  
copiā habuit in p̄sentia nō magnā: & sagittarios: quorū paruus e  
castris exierat numerus accersit. atq; ordinatim signa se leuiter cō/  
sequi. ipse antecedere cum paucis armatis. Iamq; cum p̄cul hostis  
conspici posset: milites in campo iubet galeari. & ad eam pugnā  
parari: quoz oīno numerus fuit. xxx. cohortium. cum equitibus  
cccc. & sagittariis. Et hostes interim: quoz dux erat Labienus: &  
Duopacidius aciem dirigunt mirabili longitudine non pedicū: sed  
equitum confertam. & inter eos leuis armature numidas: & sagit/  
tarios interposuerant. & ita condensauerant: ut procul Cesariani  
pedestres copias arbitrarent. & dextrū ac sinistrū cornu magnis  
copiis firmauerāt equitatuū. Interim Cesar aciem dirigit simplicē  
ut poterat: propter paucitatem. sagittarios ante aciem constituit.  
eqtes dextro: sinistroq; cornu opponit. & ita p̄cipit ut p̄uiderēt:  
ne multitudine equitatus hostium circumuenerent. Existimabat  
enim se cum pedestribus copiis acie instructa dimicaturum. Cum  
utrinq; expectatio fieret: neq; Cesar se remoueret: & cum suoz  
paucitate contra magnam uim hostium artificio magis: q̄ uiribus  
decertandum uideret: subito aduersarioz eqtatu se extendere: &  
multitudinē promouere: collesq; complecti: & Cesaris equitatum  
extenuari: simulq; ad circūeundum comparare se ceperant. Cesa/  
riani equites eorum multitudinem egre sustinebant. Acies interim  
medie: cum concurrere conarentur: subito ex condensis turmis  
numide leuis armature cū equitibus p̄currūt. & inter legionarios  
pedites iacula coniciūt. Hic cū Cesariani in eos impetū fecissent:  
ad illoz equites refugiebāt. pedites interim resistebāt: dum eqtes  
rursus cursu renouato pedibus suis succurrerēt. Cesar nouo ge/  
nere pugne oblato: cum ai aduerteret ordines suoz in p̄currendo  
turbari: pedites enī dum eqtes longius a signis persequunt: latere  
nudato a proximis numidis iaculis uulnerabantur. Equites autem  
hostium pilum militis cursu facile uitabant. Edicit per ordines ne  
quis miles a signis quattuor pedes longius procederet. Equitatus  
interim Labieni suorum multitudine confusus: Cesaris paucitatem  
circūire conat. & equites iuliani pauci multitudine hostiū defessi:

equis conuulueratis paulatim cedere. hostis magis magisq; instare.  
Ita puncto tēporis om̄ibus legionariis ab hostiū equitatu circū/  
uentis. Cesarisq; copis in orbem compulsis: intra cancellos omnes  
cōiecti pugnare cogebant. Labienus ī equo capite nudo uersari  
in prima acie simul suos cohortari: nonnunq; legionarios Cesaris  
ita appellare. Quid tu inq; miles Tyro tā feroculus es? uos quoq;  
iste uerbis infatuauit. in magnū me hercle uos periculū impulit.  
miserior uestri. Tum miles: non sum inquit Tyro Labiene: sed  
de legione decima ueteranus. Tum Labienus nō agnosco inquit  
signa decumanorū. Tum miles: tam me quis sim intelliges. Simul  
cassidem de capite detecit: ut agnosci ab eo posset: atq; ita pilum  
uiribus contortū dum ī Labienū mittere contēdit: equi grauitate  
aduerso p̄tori affixit. Et ait Labiene decimum militem: qui te  
petit: scito esse. Omniū tñ animi in terrorem coniecti: & maxime  
tyronū. Circūspicere enim Cesarē neq; amplius facere: nisi hostiū  
iacula uitare. Cesar interim cōsilio hostium cognito: iubet aciem  
in longitudinē q̄maximā porrigi: & alternis cōuersis cohortibus:  
ut una post alteram ante signa: tenderet. Ita coronam hostium  
dextro: sinistroq; cornu mediam diuidit. & unam partem ab altera  
exclusam: equitesq; intrinsecus adortus cū pediatu telis coniectis  
in fugam uertit. neq; longius progressus ueritus insidias: se ad suos  
recipit. Idem altera pars equitū: pedicūq; Cesaris facit. His rebus  
gestis: & procul hostibus expulsis: conuulneratisq; ad sua presidia  
sele sicut erat institutū: recipe cepit. Interī. M. Petreius: & Cn.  
Piso cum. ccc. equibus numidis electis: pediatuq; eiusdem generis  
satis grandi ex itinere recto subsidio suis concurrunt. Hostes suis  
ex terrore firmatis rursusq; renouatis animis: legionarios cōuersis  
equitibus recipientes nouissimos adorti. & impedire ceperūt: quo  
minus se in castra reciperent. Hac re ai aduersa Cesar iubet signa  
conuerti: & medio campo redintegrari prelium. Cum ab hostibus  
eodem modo pugnaretur: nec cominus ad manus rediretur. Cesa/  
risq; equites & iumenta ex nausea: recenti sit: langore: paucitate  
uulneribusq; defatigati ad insequendum hostem: perseverandumq;  
cursum tardiores haberent. Dieiq; pars exigua iam reliqua eēt:  
cohortibus eqtibusq; circundatis impat: ut uno ictu contenderēt.  
neq; remitterēt: donec ultra ultimos colles hostes repullissent. atq;  
eoz essent potiti. Itaq; signo dato: cum iam hostes languide: neg/  
ligenterq; tela mitterent: subito immittit cohortes turmasq; suoz:





atq; uno puncto temporis: hostibus nullo negotio campo pulsif: post collemq; detectis: nacti locum: atq; ibi paulisper commorati: ita ut erant instructi: leniter se ad suas recipiunt munitiões. Itemq; aduersarii male accepti tum demum se: ad sua presidia contulerunt. Iterum ea re gesta: & prelio diremto ex aduersariis p̄fuge plures ex omni hominum genere: & preterea intercepti hostium complures equites: peditesq; ex quibus cognitum est consilium hostium. eos hac mente & conatu uenisse: ut nouo & inusitato genere pluri tyrones: legionariiq; pauci perturbati: Curionis exemplo ab equitatu circumuenti opprimerent. Et ita Iubam dixisse pro contione: tantam se auxiliorum multitudinem aduersariis subministraturus: ut etiam cedendo fatigati in ipsa uictoria uincerent: atq; a suis suparent. Quippe qui in nullo illorum sibi confideret. Primum q̄ audierat Rome legiones ueteranas dissentire. neq; in africam uelle transire. Deinde q̄ triennio in Africa suos milites consuetudine retentos: fideles iam sibi effecisset. maxima autem auxilia haberet numidarum: equitumq; leuis armature. Preterea ex fuga: pluresq; Pompeii Labienus secum a brundisio transportauerat eques germanos: gallosq; ibiq; postea ex hybridis libertinis: seruisq; conscripserat: armauerat: equoq; frenato uti condocuerat. Preterea regia auxilia. elephantum. c. xx. equitatusq; innumerabilis. Deinde legiones conscripte ex cuiusq; modi generis amplius. xii. milibus. Hac spe: atq; ea audacia inflammatus Labienus cum equibus gallis: germanisq; dccc. numidarum sine frenis. viii. milibus. Preterea Petreiano auxilio adhibito equitibus. dccc. peditum: ac leuis armature quater tantis: sagittarum ac funditoribus: hippotoxotisq; compluribus: his copiis pridie nonas Ianuarias post diem tertium: q̄ africam attigit in campis planissimis: purissimisq; ab hora diei quinta: usq; ad solis occasum est decertatum. In eo prelio Petreius grauius ictus ex acie recessit. Cesar enim interim castra munire diligentius: presidiaq; firmare maioribus copiis: uallumq; ab oppido ruspina usq; ad mare deducere: & a castris alterum eodem quo tutius ultero utroq; comere: auxiliisq; sine periculo sibi succurrere possent. Tela: tormentaq; ex nauibus in castra comportare: remigum partem ex classe galloz: rhodiorumq; epibatorumq; armare: & in castra euocare: uti si posset eadem ratione: qua aduersarii leuis armatura interiecta inter equites suos interponerentur. sagittarumq; ex omnibus nauibus ichyreis: lyrisq; & cuiusq; generisq; ductis in castra compluribus frequenter

suas copias. Audiebat enim Scipionem post diem tertium eius dies quo prelium factum erat: appropinquare copias suas cum Labieno & Petreio coniungere. Cuius copie legionum octo equitum quattuor milia esse nuntiabant. officinas ferrarias instruere. sagitteq; telaq; uti fierent complura curare. glandes fundere. sudas comparare. litteras in siciliam nunciosq; mittere ut sibi erant materiemq; congererent ad arietes: cuius inopia in africa esset. Preterea plurimum ferrum adducere. Et iam animaduvertebat frumento se in africa nisi portato uti non posse. Priore anno enim propter aduersariorum delectus: q̄ stipendiariarum aratores: militesq; esse facti: messem non esse factam. Preterea ex omni africa frumentum aduersarios in pauca oppida & bene munita comportasse: omnemq; regionem Africe exinanisse frumento. oppida preterea pauca: que ipsi suis presidis tueri poterant. reliqua dirui atq; deleri: & eorum incolas inter sua presidia coegisse commigrare: agros desertos ac uacuos esse. Hac necessitate Cesar coactus priuos ambiendo: & blande appellando: aliquantulum frumenti numerum in sua castra concesserat: & eo parato utebatur. Opera interim ipse quotidie circuire: & alteras cohortes in statione habere propter hostium multitudinem. Labienus suatos suos: quorum maximus numerus fuit: iubet in plaustris deligatos adumentum deportari. Naues interim Cesaris onerarie errabunde male uagabantur incerte locorum: atq; castrorum suorum: quas singules scaphe aduersariorum complures adorte incenderant: atq; expugnabant. Hac re nuntiata: Cesar classes circum insulas: portusq; disposuit: quo tutius comearum supportari posset. M. Cato interim qui utice preerat. Cn. Pompeium filium multis uerbis: assidueq; obiurgare non desistebat. Tuus inquit pater istius etatis cum esset: & aduersisset rempublicam. ab arduis: sceleratisq; ciuibus oppressam: bonosq; aut interfectos: aut exilio multatos: patria: ciuitateq; carere: gloria & animi magnitudine elatus: priuatusq; adolescentulus paterni exercitus reliquis collectis: pene oppressam funditus: & deletam italiam: urbemq; romanam in libertatem uindicauit. Idemq; siciliam: africam: numidiam: mauritaniam: mirabili celeritate armis recepit: quibus ex rebus sibi eam dignitatem: que est per gentis rarissima: clarissimamq; conciliauit. Adolescentulusq; atq; eques romanus triumphauit. Atq; ille non tam amplis rebus gestis patris: neq; tam excellenti maiorum dignitate parca: neq; tantis clientelis: nominisq; claritate predictus: in rempublicam est ingressus. Tum contra & patris





nobilitate: & dignitate: & per te ipse satis animi magnitudine: & diligentia predictus: nonne niteris: & proficisceris ad paternas clientelas: & ad auxiliū tibi reiq; publice atq; optimo cuiq; efflagratū. His uerbis hoīs grauiſſimi incitatus adoleſcētulus cum nauiculis cuiusq; modi generis. xxx. inibi paucis rostratis profectus ipse ab utica in mauritaniam: regnūq; Bogudis est ingressus. Expeditoq; exercitu numero seruoꝝ: liberoꝝq; .ii. milia: cuius partem inermem: partem armatam habuerat: ad oppidum ascurum accedere cepit. in quo oppido presidium fuit regnū. Pōpeio adueniente oppidani usq; eo passi propius eū accedere: donec ad ipsas portas ac murū appropinquaret: subito eruptione facta: prostratos perterritosq; pompeianos in mare passim: nauesq; cōpulerūt. Ita re male gesta Cn. Pompeius filius naues inde auertit: neq; postea litus attingit. Classēq; ad insulas baleares uersus conuertit. Scipio interim cum his copiis: quas paulo ante demonstrauimus uticē grandi presidio relicto pfectus: primū adrumēti castra ponit. deinde ibi paucos dies cōmoratus: noctu itinere facto cū Petrei & Labieni copiis se cōiungit. atq; unis castris factis. iii. milia passū longe cūſidunt. Equitatus interim eorū circū Cesaris munitiones uagari: atq; eos qui pabulandi: aut aquādi gratia extra uallum progressi essent: excipere: & ita omī aduersarios intra munitiones cōtinere. quare cesariani graui annonā sunt conflictati. ideo: q̄ nondum neq; ab sicilia: neq; ab sardinia cōmeatus supportatus erat. neq; per anni tempus in mari classē sine periculo uagari poterant. neq; amplius milia passū sex terre africe quaq; uersus tenebāt. pabuliq; inopia premebant. Qua necessitate coacti ueterani milites: equitesq; qui multa terra: maritq; bella cōfecissent: & piculis: inopiaq; tali sepe solent esse conflictati: alga in litore collecta: & aqua dulci elota: iumentis exuriensibus data uitam eorū producebant. Dum hec ita fierent: rex Iuba cognitis Cesaris difficultatibus: copiarūq; paucitate: nō est uisum dari spacium conualescendi: augendarūq; eius opum. Itaq; comparatis equitum magnis: pedicūq; copiis subsidio suis egressus: e regno ire contendit. P. Citius interim: & rex Bogud conuictis suis copiis: & cognito regis Iube egressu: propius eius regnum copias admouere. Cirrhāq; oppidum eius regni opulentissimū adortus: paucis diebus pugnando capiūt. & preterea duo oppida Getulorum: quibus cum conditionem ferrent ut oppido excederent: idq; uacuum traderent: conditionemq; repudiassent:

postea ab eis capti: interfectiq; sunt omnes. Inde progressi agros: oppidaq; uexare non desistunt. Quibus rebus cognitis Iuba cum iam non longe a Scipione atq; eius duabus abeēt: capit consilium factus esse sibi: suoq; regno subsidio ire: q̄ dum ipse alios adiuturus proficisceretur: ipse regno expulsus forsitan utraq; re expelleret. Itaq; rursus se recepit: atq; auxilia a Scipione etiam abduxit. suis rebus timens. Elephantisq; triginta relictis: suis finibus oppidisq; suppeditatus pfectus ē. Cesar cum de suo interim aduentu dubitatio in prouincia esset: neq; quis q̄ crederet ipsum: sed aliquē legatum cū copiis in Africam uenisse: conscriptis litteris circum Prouinciam omnes ciuitates facit de suo aduentu certiores. Interim nobiles homines ex suis oppidis pfugere: & in castra Cesaris deuenire: & de aduersarioꝝ suoꝝ acerbitate: crudelitatemq; cōmemorare ceperūt. Quorum lachrymis: querelisq; Cesar commotus: cum antea stare cōstituisset in statuis castris: estate inita cunctis copiis: auxiliisq; coactis: bellū cū aduersariis suis gerere instituit: litterasq; celeriter in siciliam ad Allenum & Rabirū Posthumū conscriptis: & per sarchasopū missis: ut sine ulla mora: ac nulla excusatione hyemis: uentorūq; exercitus sibi q̄celerrime transportaretur: Africā prouinciam perire: funditusq; eueri a suis inimicis: q̄ nisi celeriter solus foret subuentū: preter ipsam africanam terram nihil: ne testū qdem quo se reciperēt: ab eorū scelere insidusq; reliquū futurū: atq; ipse in tāta erat festinatione: & expectatio: ut postero die q̄ misisset litteras: nuntiuq; in siciliam: classē exercitumq; morari diceret: noctes diesq; mentem: atq; oculos ad mare dispositos: directosq; haberet. Nec mirum. Animaduertebat enim uillas exuri. agros uastari. pecus diripi: trucidariq;. oppida castellaq; dirui: desertiq; principesq; ciuitatū aut interfici: aut i catenis teneri. liberos eorū obſidum nomine in seruitutē abripi. His se miseris: suamq; fidem implorantibus: auxilio propter copiarū paucitatē esse non posse. Milites interim in opere exercere: atq; castra munire: turrelq; & castella facere: molesq; iacere in mare nō intermittere. Scipio interim elephantē hoc mō conducere instituit. duas instruxit acies. Vnam funditoꝝ contra elephantos: que quasi aduersarioꝝ locū obtineret: & contra eorum frontem aduersam lapillos minotos mitteret. Deinde in ordinem elephantos constituit. Post illos autē aciem suā instruxit: ut cū ab aduersariis lapides mitti cepissent: & elephāti pterriti se ad suos cōuertissent: rursus a sua acie lapidibus





missis eos conuerterent aduersum hostē. quod egre tardeq; fiebat. Audere enim elephantū multorū annorū doctrina: usuq; uetusto uix edocti tamen communi periculo in aciem producuntur. Dum hec ad ruspina ab utriusq; ducibus administrantur. C. Vergilius Pretorius: qui rapto oppido maritimo preerat: cū animaduertisset naues singulas cum exercitu Cesaris incertas locorū: atq; castrorū suorū uagari occasionem nactus: nauim quā ibi habuit actuanā complet militibus: & sagittariis eidem schaphas de nauibus adiūgit. ac singulas naues cesarianas consistari cepit: & cū plures adortus eēt pulsus: fugatusq; inde discessisset: nec tamē desisteret picitari. forte incidit in nauem in qua erant duo Titi hispani adolescentēs: tribuni legionis. v. quorū pater Cesar in Senatū legerat. & cū his T. Salienus cēturio legionis eiusdem: qui. M. Messallam legatū obsederat messane: & seditiosissima oratiōe apud eū ē usus. Idemq; & pecuniā & ornāta triumphī Cesaris retinenda: & custodienda curauerat: & ob has causas timebat sibi. Hic propter conscientiam peccatorū suorū persuasit adolescentibus: ne repugnarent: seseq; Vergilio traderēt. Itaq; deducti a Vergilio ad Scipionē custodibus traditi: & post diem tertium sint interfecti. Qui cū dacerentē ad necem petisse dicitur maior Titus a cēturionibus uti se priorē: q̄ fratrem interficerent. Idq; ab eis facile impetrasse atq; ita esse interfectos. Turme interim equitū: que p uallo in stationibus esse solebant: ab utrisq; ducibus quotidie mutuis plus inter se pugnare non intermittunt. Nōnunq; etiā germani: galliq; labientiani cum Cesaris equibus fide data iter se colloquebant. Labienus interim cū parte equitatus leptim oppidū: cui p̄erat Saferna cū cohortibus tribus oppugnare: ac ut irrumperē conabatur. quod a defensoribus ppter egregiā munitionē oppidi: & tormentorū multitudinē facile & sine periculo defendebat. Quod ubi eius facere equitatus sepius non intermittebat: & cum forte ante portam turma densa adstitisset: Scorpione accuratius missis: atq; eorū decurione percussis: & ad terram defixis: reliqui perterriti fuga se in castra recipiunt. Quo facto postea sunt deterriti oppidum tentare. Scipio interim fere quotidie nō longe a suis castris passibus. ccc. instruere aciē: ac maiore diei parte cōsumpta rursus se in castra recipere. Quod cū sepius fieret: neq; ex Cesaris castris quisq; prodiret: neq; ppius eius copias accederet: despecta patientia Cesaris: exercitusq; eius Iuba uniuersis copiis pductis: elephātisq; turrilis. xxx. ante aciē

instructis: q̄latissime potuit porrecta equum: peditūq; multitudie uno tempore progressus: haud ita longe a Cesaris castris constitit in campo. Quibus rebus cognitis Cesar iubet milites: qui extra munitiones processerant: quiq; pabulandi: aut ligandi: aut etiam muniendi gratia uallem petierant: quiq; ad eam rem opus erant omnes intra munitiones minutatim modesteq; sine tumultu: aut terrore se recipere. atq; in opere consistere. equitibus autē qui ī statione fuerant: precepit ut usq; eo locū obtinerent: ī quo paulo ante cōstitissent: donec ab hoste missum telum ad se perueniret. q̄ si ppius accederetur: q̄ honestissime se ītra munitiones recipēt. Alii quoq; equitatus edicit: uti quisq; suo loco paratus: armatusq; presto eēt. ac hec nō ipse p se coram: cū de uallo p̄specularetur: sed mirabili peritus sciētia bellandi ī pretorio sedens: per speculatores: & nūtiōs imperabat: que fieri uolebat. Animaduertebat enī: q̄ magnis essēt copias aduersarii freti: tñ sepe a se fugatis: pulsus: territusq; & cōcessā uitā: & ignota peccata. Quibus rebus nunq; tanta suppeteret ex eorū inertia: cōsciētiaq; animi uictorie fiducia: ut castra sua adoriri auderēt. Preterea ipius nomē auctoritasq; magna ex parte eorū exercitus minuebat audaciā: cū egregie munitiones castrorū: & uall: fossarūq; altitudo: & extra uallū stili ceci mirabilē in modū cōstiti: ut sine defensoribus aditū aduersariis prohiberēt. Scorpionum: & catapultarū ceterorūq; telorū: que ad defēdēdum solent parari: magnā copiā habebat. Atq; hec ppter exercitus sui presentis paucitatem: & tyrocinū p̄parauerat: nō hostiū ui & metu cōmotus: sapiētem se timidūq; hostiū opiniōi prebebat. Neq; idcirco copias quāq; erāt pauce: tyronūq; nō ducebat in aciem: q̄ uictorie suorum diffideret. sed referre arbitrabatur: cuiusmodi uictoria eēt futura. Turpe enī sibi existimabat: tot rebus gestis: rarisq; exercitiis deuisis: tot tā claris uictoriis partis: ab reliquis copiis aduersariorū suorū ex fuga collectis se cruetam adeptū existimari uictoriam: ita cōstituerat gloriā exultationemq; eorū pati: donec sibi ueteranarū legionū pars aliq; in secūdo cōmeatu occurrisset. Scipio interim paulisper: ut ante dixi in eo loco cōmoratus: ut quasi despexisse Cesarē uideret: paulatim reducit suas copias in castra. & cōtiōe aduocata de terrore suo: desperationeq; exercitus Cesaris uerba facit. & cohortatus suos uictoriam propriam se eis breui daturū pollicetur. Cesar iubet milite rursus ad opus redire: & per causā





munitionū tyrones i labore defatigare: nō intermitte. Interim numide: getuliq; diffugere quotidie ex castris Scipionis: & partim in regnum se conferre: partim q; ipi maioresq; eorū beneficio. C. Marii uli fuissent: Cesaremq; eius affinem esse audiebant. in eius castra perfugere cateruatim nō intermittebant. Quorū ex numero electos boies illustriores getulos litteris ad suos ciues datis cohortatus: ut manu facta se suosq; defendere: & ne suis inimicis: aduersariisq; dicto audientes essent: mittit. Dum hec ad ruspinam fiunt legati ex Acilla ciuitate ueniunt libere etiam undiq; ad Cesarem: seq; paratos quecunq; imperasset: & libenti animo pollicentur facturos. tantū orare & petere ab eo: ut sibi presidū daret quo tutius id: & sine periculo facere possent: Sed & frumentum: & quecunq; res eis suppetere: cōmunis salutis gratia subministraturos. Quibus rebus facile a Cesare impetratis: presidioq; dato. C. Messiu edilitia fūctum potestate Acillā iubet proficisci. Quibus rebus cognitis Considius Longinus: qui adrumenti cum duabus legiōibus: & equitibus. dcc. preerat: celeriter ibi parte presidū relicta: cū octo cohortibus Acillam ire cōtendit. Messius celerius itinere cōfecto: prior Acillam cū cohortibus peruenit. Considius interim cū ad urbem cū copiis accessisset: & aduertisset presidū Cesaris ibi esse: non ausus periculo suo rem facere: nulla re gesta pre multitudine hominum rursus adrumentum se recipit. Deinde paucis post diebus equestribus copiis a Labieno adductis: rursus acillanos castris positos obsidere cepit. Per id tēpus. C. Salustius Crispus: quē paucis añ diebus missum a Cesare cū classe demonstrauimus cereninā peruenit: cuius aduētum. C. Decimus Questorius uir qui ibi cū grandi familie sue presidio preerat cōmeatu: puulū nauigiū nactus cōscendit: ac se fuge cōmendat. Salustius interim pretor a cerninatibus receptus magno numero frumētū inuenit: naues onerarias quarū ibi satis magna copia fuit: complet atq; ad castra ad Cesarem mittit. Allienus interim pro consule lilybeo in naues onerarias imponit legiones. xiiii: & .xiiii: & equites gallos .dccc. funditorum sagittariorūq; mille: ac secūdum cōmeatum in africanam mittit ad Cesarem: que naues uētum scdm nocte quarto die in portum ad ruspinam ubi Cesar castra habuerat: incolumes peruenerunt. Ita Cesar duplici letitia ac uoluptate: uno tempore auctus: frumento auxiliisq; tandē suis exhilaratis afo: atq; leuata sollicitudine: deponit legiōes: equitesq; ex nauibus egressos iubet

ex langore nauisq; reficere: dimissos in castella munitionesq; disponit. Quibus rebus Scipio & qui cum eo erant: commirari et requirere. C. Cesarem: q; ultro cōsuesset bellū i ferre: ac lacessere prelio: subito cōmutatū: illud nō sine magno cōsilio suspicabant. Ita ex eius patientia in magnū timorem cōiecti: ex getulis duos quos arbitrabantur suis rebus amicissimos: magnis premis pollicitationibusq; propositis: pro perfugis speculandi gratia in Cesaris castra mittunt. q; simul ad eū sunt deducti: petterūt ut sibi liceret sine periculo uerba p̄loqui. Potestate facta sepenumero inquit. Imperator complures getuli: qui sumus clientes. C. Marii: & p̄pe modum om̄s ciues romani: qui sunt in legione quarta & sexta ad te uoluimus. in tuaq; presidia confugere. sed custodis eq̄tum numidarum: quo id sine periculo minus faceremus: impediabamur. Nunc data facultate prospeculatoribus missi a Scipione: ad te cupidissime uēimus: ut p̄spiceremus que fosse aut insidie elephātis ante castra portasq; ualli facte essent. simulq; cōsilia uestra cōtra eadē bestias cōparationēq; pugne cognosceremus: atq; eis renūtiaremus. Qui collaudati a Cesare stipendiq; donati ad reliquos perfugas deducunt. quoz orationē celeriter ueritas cōprobauit. Nanq; postero die ex legionibus istis: quas getuli nominauerunt: milites legionariū cōplures a Scipione i castra Cesaris p̄fugerūt. Dum hec ad ruspinam gerunt. M. Cato q; utice preerat delectus quotidie libertinoz afroz: seruoq; deniq; & cuiusq; modi generis hominū: qui modo per etatē arma ferre poterāt: habere: atq; sub manu Scipionis in castra submittere: nō intermitte. Legati interim ex oppido tisdre i quo tritici modia milia. ccc. cōportata fuerant a negotiatoribus italicis. oratores ad Cesarem uenere: q̄taq; copia frumenti apud se sit: docēt simulq; orant: ut sibi presidū mittat: quo facilius & frumētū: & copie sue conseruent. Quibus Cesar in presentia gratias agit. presidūq; breui tēpore se missū dixit. cohortatos ad suos ciues iubet proficisci. P. Ciccius iteri cū copiis numidie fines ingressus: castello i montes loco munito locato: i quod Iuba belli gerendi gratia & frumentū: & res ceteras que ad bellū usus solent esse: cōportauerat: in expugnando est potitus. Cesar postq; legionibus ueteranis duabus: equitatu leuicq; armatura: copias suas ex secundo commeatu auxerat. naues sex onerarias statim iubet lilybeū ad reliquū exercitū transportādū proficisci. Ipse. vi kalēdas februar. circiter uigilia prima imperat





speculatores: apparitoresq; om̄s: ut sibi preſto eēt. Itaq; om̄ibus  
inſciis: neq; ſuſpicantibus uigila. iiii. tubet om̄s legiones ex caſtris  
educti ac ſe conſequi ad oppidū ruſpinā uerſus: in quo ip̄e preſi-  
dium habuit: & q̄ primū ad amicitia eius acceſſit: idē paruulam  
procliuatē digreſſus: ſiniſtra parte campi prope mare legiōes  
educit. Hic campus mirabili planicie patet milia paſſuū. xv. quē  
iugum ingens a mari ortū: neq; ita prelatum: uelut theatri efficit  
ſp̄m. In hoc iugo colles ſunt excelsi pauci: in quibus ſingule turres  
ſpeculeq; ſingule preueteres erant collocare: apud quos ultimum  
preſidium: & ſtatio fuit Scipionis. Poſtq̄ Ceſar ad iugum de quo  
docui: aſcendit. atq; in unūquenq; collem turres caſtellaq; facere  
cepit. atq; ea minus ſemihora fecit. Et poſtquā non ita longe ab  
ultimo colle turriq; fuit: que proxima fuit caſtris aduerſariorum  
in qua docui eē preſidiū: ſtationēq; numidarum: Ceſar pauliſper  
cōmoratus: perſpectaq; natura loci: equitatu in ſtatiōe diſpōito:  
legionibus opus attribuit. brachiumq; medio iugo ab eo loco ad  
quem peruenerat: uſq; ad eum unde egreſſus erat iubet dirigi ac  
muniri. Quod poſtq̄ Scipio Labienusq; aduerterūt equitatu  
om̄i ex caſtris educto: acieq; equeſtri ſtructa: a ſuis munitiōni-  
bus circiter paſſus mille progrediūt. pedestrēq; copiam in ſecūda  
acie minus paſſus. cccc. a caſtris ſuis conſtituunt. Ceſar in opere  
milites adhortari. neq; aduerſariorū copias moueri. Iam cum non  
amplius paſſuum mille inter hoſtium aciem: ſuaſq; munitiōes eſſe  
animaduertiſſet: intellexiſſetq; ad impediendos milites ſuos: & ab  
opere depellēdos: hoſtes p̄p̄ius accedere: neſſeq; haberet legiōes  
a munitiōibus deducere. ſperat ut turma hispanoz; ad proximū  
collem: prope occurrerent. preſidiūq; inde deturbarent. locūq;  
caperent. eodemq; iubet leuis armature paucos conſequi ſubſidio.  
Qui miſſi celeriter numidas adorti partim uiuos capiūt: nōnullos  
equites fugientes cōuulnerauerunt. locoq; ſunt poſiti. Poſtquā id  
Labienus animaduertit: quo celerius uſ auxilium ferret: ex acie  
inſtructa equitatus ſui prope totū dextrum cornu auertit. atq;  
ſuis fugientibus ſuppeditare ire contendit. Quod ubi Ceſar cōſpexit:  
Labienū ab ſuis copiis longius iam abceſſiſſe: equitatus ſui alam  
ſiniſtram ad intercludendos hoſtes immiſit. Erat in eo campo ubi  
ea res gerebatur: uilla p̄ magna quatuor turribus exstructa: que  
Labienū proſpectū impediēbat. ne poſſet aduertere ab egratu  
Ceſaris ſe intercludi. Itaq; non prius uidit turmas iulianas: q̄ ſuos

cedi a tergo ſentit. Ex qua re ſubito interrorem cōuerſo egratu  
numidarum recta ī caſtra fugere contendit. Galli germaniq; qui  
reſtiterant: ex ſuperiore loco & poſt tergū circūuenti: fortiterq;  
reſiſtentes: concidūt uniuerſi. Quod ubi legiones Scipionis que  
pro caſtris erant inſtructe animaduertent: metu ac terrore ob-  
cecate om̄ibus portis in ſua caſtra fugere ceperūt. Poſtq̄ Scipio  
eiusq; copias in campo collibusq; exturbatis: atq; in caſtra cōpulſis:  
cum receptus Ceſar eam uſiſſet: equitatumq; omnem intra ſuas  
munitiones recepiſſet: campo purgato aduertere mirifica cor-  
pora gallorū: germanorūq; qui partim eius autoritatē erant ex  
gallia ſequuti. partim precio pollicitationibusq; adducti ad eum  
ſe contulerant. nonnulli qui ex curionis prelio capti conſeruatiq;  
parē gratiā in fide paritenda preſtare uoluerant. Hoꝝ corpora  
mirifica ſpecie: amplitudineq; ceſa toto campo: ac p̄ſtrata iacebāt.  
Hiſ rebus geſtis poſtero die Ceſar ex omnibus preſidiis cohortes  
deduxit: atq; om̄s ſuas copias in campo inſtruxit. Scipio ſuis male  
acceptis: occiſis: uulneratisq; intra ſuas cōtinere ſe munitiōes cepit.  
Ceſar inſtructa acie ſc̄dm̄ infimā iugi radices propius munitiōes  
leniter acceſſit. iamq; minus mille paſſuum ab oppido uſita: quod  
Scipio tenebat: aberant legiones iuliane: cum Scipio ueritus ne  
oppidum amitteret: unde aduocari reliquisq; rebus ſubleuari eius  
exercitus cōſuerat: eductis om̄ibus copiis q̄druplici acie ſtructa:  
ex inſtituto ſuo p̄ma equeſtri turmatim directa: elephātisq; tur-  
ritis interpoſitis: armatisq; ſuppeditare ire contendit. Quod ubi Ceſar  
animaduertit: arbitratus Scipionem ad dimicandū paratum ad ſe  
certo animo uenire in eo loco: quē paulo ante cōmemorauit: ante  
oppidū conſtitit. ſuamq; aciem mediam eo oppido texit. Dextrū  
ſiniſtrūq; cornu ubi elephanti erant: in cōſpectu patenti aduer-  
ſariorū cōſtituit. Cū iam prope ſolis occaſū Ceſar expectauiſſet:  
neq; ex eo loco quo conſtiterat Scipionem progredi propius ſe  
aduerſiſſet: locoq; ſe magis defendere: ſi res coegiſſet: q̄ in campo  
cominus conſiſtere auderet. nō eſt uſa ratio p̄p̄ius accedendi eo  
die ad oppidū: qm̄ ibi preſidiū numidarū grande eſſe cognouerat.  
Hoſtesq; q̄ mediam aciem ſuā oppido texit: ſibi difficile factu  
eſſe intellexit: ſimul & oppidum uno tempore oppugnare. & in  
acie cornu dextro & ſiniſtro: & ex ſigore loco pugnare: p̄ſertim  
cū milites a mane diei ieiuni ſub armis ſteſſent defatigati. Itaq;  
reductis ſuis copiis in caſtra. poſtero die p̄p̄ius eoz; aciem ſtituit





exporrigere munitiones. Interim Confidius qui Acillam & octo cohortes stipendiarum numidum getulique obsidebat. ubi C. Messius qui cohortibus preerat: diu multumque expertus: magnisque operibus sepe admotis ut ab opidanis incensus: cum proficeret nihil: subito nuntio de equestri prelio allato commotus: frumeto cuius in castris copiam habuerat incenso: uino oleo ceterisque rebus que ad uictum parari solent: corruptis: Acillam quam obsidebat deseruit. atque itinere per regnum Iuba facto: copias cum Scipione partitus adrumentum se recipit. Interea ex secundo comatu: quem a Sicilia miserat Ailienus nauis una: in qua fuerat. Q. Cominius: & L. Titida eques romanus ab residua classe cum errauisset: delataque esset uento ad chapsam a Virgilio Schaphis nauiculisque actuarum excepta est. & ad Scipionem deducta. Item altera nauis triremis ex eadem classe errabunda ac tempestate ad egimurum delata a classe Vari & M. Octauus est capta: in qua milites ueterani cum uno centurione: & nonnulli tyrones fuerunt. Quos Varus asseruatos sine contumelia deducendos curauit ad Scipionem. qui postquam ad eum peruenerunt: & ante suggestum eius constitit: Non uestra inquit sponte uos certe scio: sed illius celerati uestri imperatoris impulsu: & impio coactos. ciues & optimum quemque nepharie consecrari. Quos quoniam fortuna in nostram detulit potestatem: si id quod facere debetis rempublicam cum optimo quoque defenditis: certum est uobis uitam & pecuniam donare: quapropter quid sentiatis proloquamini. Hac habita oratione Scipio: cum existimasset pro suo beneficio sine dubio ab illis gratias sibi actum iri: potestatem ut dicendi fecit. Ex his centurio legionis xiiii. Pro tuo inquit summo beneficio Scipio tibi gratias ago. Non enim imperatorem te apello: quod mihi uitam incolumitatemque belli iure capto polliceris. & forsitan isto uterer beneficio: si non ei summum scelus adiungeretur. Ego ne contra Cesarem imperatorem meum: apud quem ordinem duxi: eiusque exercitum pro cuius dignitate: uictoriaque amplius xxxvi. annis depugnaui aduersus? armatusque consistam? Neque ego id facturum sum: & te magnopere ut de negotio desistas: adhortor. Contra cuius enim copias contendas si minus antea expertus es: licet nunc cognoscas: elige ex tuis cohortem unam: quam putas esse firmissimam: & constitue contra me. Ego autem ex meis commilitonibus: quos nunc in tua tenes potestate: non amplius. x. sumam: tunc ex uirtute nostra intelliges: quid ex tuis copiis sperare debeas. Postquam hec centurio prestanti animo aduersus opinionem

eius est locutus: ira percussus Scipio: atque animi dolore incensus: annuit centurionibus quid fieri uellet: atque ante pedes centurionem reliquosque ueteranos a tyronibus iubet secerni. Abducite inquit istos nephario scelere contaminatos. & sede ciuium saginatos. Sic extra uallum deducti sunt: & cruciabiliter interfecti. Tyrones autem iubet inter legiones dispartiri: & Cominium cum Titida in conspectum suum prohibet adduci. Qua ex re Cesar commotus eos: quos in statu onibus cum longis nauibus apud Tapsum custodie causa iusserat esse: ut suis onerariis longisque nauibus presidio essent ob negligentiam: ignominie causa: dimittendos ab exercitu: grauissimumque in eos edictum proponendum curauit. Per id tempus fere Cesaris exercitus res accidit incredibilis auditu. Namque uigiliarum signo confecto: circiter uigilia secunda noctis nubibus cum saxorum grandine subito est exortus ingens: Ad hoc autem incommodum accesserat: quod Cesar non more superiorum imperatorum in hybernis exercitum continebat: sed in tertio quartoue die procedendo: propiusque hostem accedendo: castra communiabat. opereque faciendo milites se circumspicendi non habebant facultatem. Preterea ita ex Sicilia exercitum transportauerat: ut preter ipsum militem & arma: neque ual neque mancipium: neque ullam rem que usu militi esse consueuit: in naues imponi pateretur: In africanam autem non modo sibi quicquam non adquisierant: aut parauerant sed etiam propter annonae caritatem: ante parata consumserant. Quibus rebus attenuati oppido per paucos pellibus acquirerecebant: Reliqui ex uestimentis tentoriolis factis: atque arundinum copulis tectis contextis permanebant. Itaque subito nubis grandineque consecuta: grauati pondere tenebris aquaque omnes subruiti: disiectique nocte intempesta ignibus extinctis: rebusque ad uictum pertinentibus omnibus corruptis: per castra passim uagabantur: scutisque capita contegebant. Eadem nocte. v. legionis pilorum cacumina sua sponte arserunt. Rex interim Iuba de equestri prelio Scipionis certior factus: euocatoque ab eodem litteris prefecto Saburre cum parte exercitus Sicio relicto: ut secum ipse aliquid autoritatis haberet exercitus Scipionis a terrore Cesaris: cum tribus legionibus: equibusque frenatis. dccc. numidis sine frenis pedibusque eius armature gradum numero. elephantum. xxx. egressus e regno ad Scipionem est profectus. Postquam ad eum peruenerit castris regis seorsum positus: cum eis copiis quas commemorauit haud ita longe a Scipione confedit. Erat in castris Scipionis superiori tempore magnus terror: & expectatio:





copiarum regiarum. exercitus eius magis suspensione animi ante aduentum Iube commouebatur. Postquam uero castra castris contulit despectus eius copias omnem terrorem deponit. Ita quam antea absens habuerat auctoritatem eam omnem praesens dimiserat. Quo facto cuius facile fuit illatum Scipioni additum animus: fiduciamque regis aduentu: Nam postero die uniuersas suas regisque copias cum elephatis .lx. productas in aciem spectiosissime potuit instruxit. ac paulo longius progressus a suis munitionibus: haud ita diu commoratus: se recepit in castra. Cesar postquam animaduertit Scipioni auxilia fere que expectasset omnia conuenisse: neque moram pugnandi ullam fore: per iugum summum cum copiis progredi cepit. & brachia protinus deducere. & castella munire. propiusque Scipionem capiendo loca excelsa occupare contendit. Aduersarum magnitudine copiarum confisi proximum collem occupauerunt. atque longius sibi progrediendi eripuerunt facultatem. Eiusdem collis occupandi gratia Labienus consilium ceperat. & quo propiore loco fuerat: eo celerius occurreret. Erat conuallis satis magna latitudine: altitudine praecepta crebris locis spelunca in modum subrutis: que erant transeunda Cesaris: antequam ad eum collem quem capere uolebat perueneretur. Ultraque eam conuallem oliuetum crebris arboribus condensum. Hic cum Labienus animaduertisset Cesarem: si uellet eum locum occupare: prius necesse conuallem oliuetumque progredi eorum locorum periculum in insidiis cum parte equitatus leuique armatura confedit: ut praeterea post montem collis subito se Cesaris ostenderet. Equites in occulto collocauerat: ut cum ipse ex improviso legionarios adortus esset: ex colle se equitatus ostenderet: ut re duplici perturbatus Cesar: eiusque exercitus: neque retro regrediendi: neque ultra praecedendi ablata facultate: circumuentus cecideretur. Cesar equitatu antepremissis: inscius insidiarum: cum ad eum locum uenisset abusi: siue oblici preceptorum Labienis: siue ueriti ne in fossa ab equibus opprimerentur: rari ac singuli de rupe praecipere: & summa petens collis. Quos Cesaris equites consequuti partim interfecerunt: partim uiuorum sunt potiti. Deinde protinus collem petere contenderunt: atque eum decussis Labienis praesidio: celeriter occupauerunt. Labienus cum parte equitatus uix fuga sibi peperit salutem. Hac re per equites gesta Cesar legionibus opera distribuit. atque in eo colle quo erat potitus: castra muniuit. Deinde ab suis maximis castris per medium campum e regione oppidi uicinis: quod inter sua castra & planicie positum erat.

tenebaturque a Scipione: duo brachia instituit ducti. & ita erigere: ut ad angulum dextrum sinistrumque eius oppidi conueniret. Hoc hac ratione opus instruebat: ut cum propius oppidum copias admo- uisset: oppugnareque cepisset: recta latera suis munitionibus haberet: ne ab equitatus multitudinis circumuentus ab oppugnatione deter- retur. Praeterea quo facilius colloca fieri possent: & si quis profugere uellent: id quod ante sepe accidebat magno cum eorum periculo: tum facile & sine periculo fieret. Voluit etiam experiri: cum propius hostem accessisset: haberet ne in alio dimicare. Accedebat etiam ad reliqua causas. quod si locus depressus erat: puteique ibi nonnulli fieri poterant: a quatione enim longa & angusta utebatur. Dum haec opera que ante dixi: fiebant a legionibus: interim pars acies instructa ante opus sub hoste stabat: equites barbari leuisque armature praesul minus cominus dimicabant. Cesar ab eo opere cum iam sub uesperum copias in castra reduceret: magno incursum cum omni equitatu: leuique armatura Iuba: Scipio: Labienus in legionarios impetum fecerunt. Equites cesariani ex utriusque subiteque hostium multitudinis pulsus parumper cesserunt. que res aliter aduersarius cedit: namque Cesar ex medio itinere copias reductis equibus suis auxilium tulit. Equites autem aduentu legionum animo addito conuersis equis nonnumquam cupide insequentis: dispersosque impetum fecerunt: atque eos conuul- neratos usque in castra regia repulerunt. multosque ex his interfecerunt. Quod non in noctem praesul esset coniectum: puluisque uento flatus omnem praespectibus offecisset: Iuba cum Labieno capti in potestatem Cesaris uenissent: equitatusque cum leui armatura funditus ad inter- nationem deletus esset. Interim incredibiliter ex legionibus quarta & sexta Scipionis milites diffugere partim in castra Cesaris: partim in quam quisque poterat regionem peruenire. Itaque equites curiani diffusi Scipioni eiusque copiis complures se eodem conferebant. Dum haec circum uicinas ab utrisque ducibus administrantur: legiones due. viii. & .x. ex sicilia nauibus oneratis profectae: cum iam non longe a portu ruspine abessent conspicati naues cesarianas: que in statione apud capsam stabant: ueriti ne in aduersarioz insidiandi gratia ibi commorantium classem inciderent imprudentes uela in altum dederunt. ac diu multumque iactati: tandem multis post diebus sicuti inopiaque confecti ad Cesarem peruenerunt. Quibus legionibus expositis memor in italia pristinae licentiae militaris: ac rapinarum ceterorum hominum paruulam morem caululam nactus Cesar: quod Auienus





trib. mil. x. legionis nauem com meatu familiaq; sua: atq; iumentis occupauisset. neq; militem unum ab sicilia sustulisset: Postero die de suggestu couocatis omniu legionum tribunis centurionibusq;. Maxime uellem inquit homines sue petulantie nimieq; libertatis aliquñ finem fecissent. meeque lenitatis: modestie: patientieq; rōnem habuissent. Sed qm̄ ipsi sibi neq; modū neq; terminum cōstituūt: quo ceteri dissimiliter se gerant. egometip̄e documentū more militari constituam. Quapropter. C. Auiene: q; in italia milites populi romani contra rempub. instigasti rapinasq; per municipia fecisti: q; q; mihi rei q; pub. inutilis fuisti: & pro militibus tuam familiam iumenta q; in naues imposuisti: tuaq; opera militibusq; tempore necessario respublica caret. ob eas res ignomie causa ab exercitu meo te remoueo. hodieq; ex africa abesse: & quātū potes p̄fiscu iubeo. Itemq; te. A. Fonte: q; tribunus militū seditiosus: malusq; ciuis fuisti: te ab exercitu dimitto. Tusci Salene. T. Alliene. M. tyro. C. Clusiane cū ordines in meo exercitu beneficio nō uirtute consequuti: ita uos gesseritis: ut neq; bello fortes: neq; pace boni aut utiles fueritis: & magis in seditione: cōcitandisq; militibus aduersariorum nostrorū imperatoris: q̄ pudoris modestieq; fueritis studiosiores: indignos uos esse arbitror: q; in meo exercitu ordines ducatis. missosq; facio. & quātū potestis abesse ex africa iubeo. Itaq; tradidit eos centurionibus: & singulis non amplius singulos additis seruis: in nauis imponēdos sepatim curauit. Getuli interim p̄fuge: quos cū litteris mandatisq; a Cesare missos supra documasi: ad suos ciues pueniunt. quorū autoritate facile adducti: Cesarisq; noie persuasi: a rege Iuba desciscūt celeriterq; cūcti arma capiūt. contraq; regem facere nō dubitant. Quibus rebus cognitis Iuba: distentus triplici bello: necessitateq; coactus: de suis copiis quas contra Cesarem adduxerat: sex cohortes in fines regni sui mittit. que eēt presidio contra getulos. Cesar brach. is p̄fectis p̄motisq; usq; eo: ut telū ex oppido abuci non posset: castra munit. balistis scorpionibusq; crebris ante frontem castrorū contraq; oppidum collocatis: defensores muri deterrere nō intermittit. Easq; quinque legiones ex superioribus castris deducit. Qua facultate oblata: illustriores notissimiq; conspectum amicorum propinquorumq; efflagitabant atq; inter se colloquebantur. que res quid utilitatis haberet: Cesarem non fallebat. Nanq; getuli ex equitatu regio nobiliorē: equitumq; p̄fecti: quorum partes cum Mario ante

manerant: eiusq; beneficio agris finibusq; donati post Sylle uictoria: sub Hyempsalis regis erant dati potestate: occasiōe data: nocte iam luminibus accensis: cū equis calōribusq; suis circiter mille perfugit in Cesaris castra: que erant in campo proxime uzitte locata. Quod postq; Scipio & qui cū eo erant cognouerunt: cum cōmoti ex tali incōmodo essent fere p̄ id tempus. M. Aquiniū cū .C. Saferna colloquētem uiderunt. Scipio mittit ad Aquiniū nil attinere eū cū aduersariis colloqui. Cū autē nihilominus eius sermone nūtius ad se referret: diceretq; ut reliq; que uellet: pageret: uiator postea ab Iuba ad eū ē missus: q; diceret audiēte Saferna: uerat te rex colloqui. Quo nuntio perterritus: discessit. Et dicto audiens fuit regi. Vsu uenisse hoc ciui romano miror. & ei qui a populo ro. honores accepisset: incolumi patria fortunisq; omnibus: Iube barbaro potius obedientem fuisse: q̄ aut Scipionis obtemperasse nuntio: aut Cesaris. eiusdem partis ciuib; incolumē reuerti malle. Atq; etiā superioribus Iube factum non in. M. Aquinium hominē nouum paruūq; senatorem: sed in Scipionē hominē illa familia: dignitate: honoribusq; prestantē. Nam cū Sapiro sagulo purpureo ante regis aduentum uti solitus esset: dicitur Iuba cum eo egisse nō oportere illum eodem uti uestitu: atq; ip̄e uterē. Itaq; factum est ilico ut Scipio ad aliū sese uestitum transferret. & Iube homini superbissimo inertissimoq; obrēperaret. Postero die uniuersas omnium copias de castris omnibus deducunt. & super alium quēdā excelsum natura locum non longe a Cesaris castris aciem constituūt. atq; ibi consistunt. Cesar itē producit copias. celeriterq; his instructis: ante suas munitiones que erant in campo cōstituit. Sine dubio existimās ultro aduersarios: cū tam magnis copiis auxiliisq; regis essent predicti: promptiusq; profiluisse: ante se cōcursuros: p̄p̄iusq; se accessuros. & equo circūuectus legionesq; cohortatus: signo dato accessum hostium aucupabatur. Ip̄e enim a suis munitionibus longius nō sine ratione procedebat: q; in oppido uzitte quod Scipio tenebat: hostiū erant cohortes armate. Eidem autē oppido ad dextrum latus eius tornu erat oppositum. Verebaturq; ne si pretergressus esset ex oppido: eruptiōe facta: ab latere eum adorti conciderent. Preterea hec quoq; eum causa tardauit: q; erat locus qdam perimpeditus ante aciem Scipionis: quem suis impedimēto ad ultro occurrendum fore existimabat. Nō arbitror esse pretermittendū quēadmodū exercitus utriusq;





fuerunt in acie instructi. Scipio hoc modo acie direxit. collocabat in fronte suas & Iube legiones. postea aut numidas in subsidiaria acie: ita extenuatos: & in longitudinem directos ut pcul simplex eēt acies a legionariis militibus uideretur. In cornibus aut duplex eēt existimabat. elephantos dextro sinistroque cornu collocauerat. equalibus inter eos interuallis interiectis. Post autem elephantos armaturas leues: numidasque substituerat auxiliares. Eqtatū frenatū uniuersum in suo dextro cornu disposuerat. Sinistrū enim cornu oppido uzitta claudebatur. Neque erat spatium equitatus explicandi. Postea numidas leuisque armature infinitā multitudinē ad dextram partē sue aciei opposuerat. fere interiecto nō minus mille passuū spatio: & ad collis radices magis appulerat. longiusque ab aduersariorū suisque copiis promouebat. Id hoc consilio ut cum acies due inter se cōcurrissent: initio certaminis paulo longius eius equitatus circumuentus: ex improviso clauderet multitudinē suā exercitum Cesaris: atque perturbatum iaculis configeret. Hec fuit ratio Scipionis ea die preliandi. Cesaris autē acies hoc modo fuit collocata: ut ab sinistro eius cornu ordiar: & ad dextrū eius perueniam. habuit in sinistro cornu legionem nonā & octauam. In dextro cornu trigessimā & uigesimā octauam. quartādecimā decimā tertiam: tricesimā tertiam & uicesimā sextā in media acie. Ipse autē dextrū cornu secunda acie fere in earū legionum parte cohortium collocauerat. Preterea ex tyronū legionibus pauca adiecerat. Tertiam autē aciem in sinistrū suum cornu contulerat. & usque ad aciei sue mediā legionē porrexerat. & ita collocauerat. uti suū dextrum latus munitionibus adiuuaretur. Sinistrum autē equitatus hostiū multitudinē resistere posset. eodemque suū omnē contulerat equitatu. & quod ei parū confidebat: presidio his eqtibus legionem quintam permiserat. leuemque armaturam inter equites interposuerat. Sagittarios uarie passimque locis certis: maximeque in cornibus collocauerat. Sic utrorumque exercitus instructi: nō plus passuum trecētorū interiecto spatio: quod forte ante id tempus acciderat nunquam: quin dimicaretur: a mane usque ad horam decimā diei pstitit. Iamque Cesar dū exercitū recludere intra munitiones suas cepisset: subito uniuersus eqtatus ulterior numidarū getulorumque sine frenis: ad dextram partem se mouere: propriusque Cesaris castra que erant in colle: se conferre cepit. Frenati autē Labient equites in loco permanere. legionesque distinere. Cum subito pars

eqtatus Cesaris cū leui armatura cōtra: getulos in iussu ac temere longius progressi: paludemque transgressi: multitudinem hostium sustinere pauci non potuerunt. Leuique armatura deserti ac pulsi cōuulnerati: uno equite amisso: multisque sautis leuis armature uigintisex occisis: ad suos refugerunt. Quo secūdo equestri prelio facto: Scipio letus in castra nocte copias reduxit. Quod propriū gaudium bellatibus fortuna tribuere nō decreuit. Nāque postero die Cesar cum parte equitatus sui leptim frumētī gratia misit. In itinere pdatores equites numidas: getulosque ex improviso adorti circiter centū partim occiderunt: partim uiuorū potiti sūt. Cesar interim quotidie legiones in campū deducere. aduersariorūque excursionibus iter efficere non intermitit. Scipio item munitiones cōtra facere: & iugo: ne a Cesare excluderetur adproperare. Ita duces utriusque & in opibus occupati erant: & nihilominus equestribus preliis inter se quotidie dimicabant. Interim Varus classem: quā antea utice hyemādī gratia subduxerat. cognito legionis septime & octaue ex sicilia aduentu: celeriter deducit. ibique getulis remigibus epibatisque complet: insidiandi gratia ab utica progressus: adrumētū cū quinquagintaque nauibus peruenit. Cuius aduētū inicitus Cesar. L. Cispriū cū classe. xxvii. nauiū ad thapsim uersus: in stationē presidii gratia cōmeatusque sui mittit. Itaque. Q. Aquilam cū tredecim nauibus longis. adrumētum eadem de causa premitit. Cisprius quo erat missus. celeriter peruenit. Aquila tempestate tactatus: cū classe propius promutatorium superare nō potuit. Atque angulum quēdā tutum a tempestate nactus: cū classe se longius a prospectu remouit. Reliqua classis in salo ad leptim egressis remigibus: passimque in littore uagantibus: partim in oppido uictus sui mercandi gratia progressis uacua a defensoribus stabat. Quibus rebus Varus ex perfugis cognitis: occasionē nactus: uigilia secunda adrumēto ex corbone egressus: primo mane leptim cū uniuersa classe uectus: naues onerarias que longius a portu in salo stabant: incendit. & pentiremes duas: que longius erant uacuas a defensoribus: nullo repugnante cepit. Cesar interim celeriter per nuntios in castris cū opa circiret: certior factus: que aberāt a portu milia passuū. vi. equo admissis: omnis rebus celeriter peruenit leptim. ibique moratus omnes ut se naues consequerētur: primū ipse nauigium paruū conscendit. in cursu Aquilam multitudinē nauigiorum perterritū atque trepidantē nactus: hostiū classem sequi cepit. Interim





Varus celeritate Cesaris: audaciaq; motus: cū uniuersa classe cō-  
uersus: nauibus adrumentum uersus fugere contendit. quē Cesar  
in milibus passuū quattuor consecutus: recuperata gnrēmi cum  
om̄ibus suis epibatis: atq; etiā hostiū custodibus .cxxx. in ea naue  
captus: trirēmē hostiū pximā que in repugnando erat cōmorata.  
onustam remigum: epibatarumq; cepit. Relique naues hostium  
promontorium superarūt: atq; adrumētū in cothonē se uniuerse  
contulerunt. Cesar eodem uento pmontoriū superare nō potuit.  
atq; in salo ī anchoris ea nocte cōmoratus: p̄ma luce adrumētū  
accedit. ibiq; nauibus oneratis que erant extra cothonē: incensis  
om̄ibusq; reliquis aliis: aut subductis: aut in cothonem compulsis:  
paulisp̄ cōmoratus: si forte uellēt classe dimicare: rursus se recepit  
ī castra: In ea naue captus est. P. Vestrius eques romanus: & P.  
Ligarius Afranius: quē Cesar in hispania cū reliquis dimiserat: &  
postea se ad Pompeiū cōtulerat. inde ex plio effugerat in africā:  
& ad Varū uenerat. Quē ob periurū pfidiā Cesar iussit necari.  
P. Vestriū autē q̄ eius frater rome pecuniā impacā numerauerat:  
& q̄ ipse causam Cesaris pbauerat: sed Nasidū classe captū cū ad  
necem duceretur: beneficio Vari esse seruātū: postea facultatem  
sibi nullam datam transeundi: ignouit. Est in africa consuetudo  
incolarū: ut in agris in om̄ibus fere uillis sub terra specul condendi  
frumētū gratia clam habeant. atq; id p̄pter bella maxie hostiūq;  
subitum aduentū preparent. Qua de re Cesar certior per indicē  
factus: tertia uigilia legiones duas cū equitatu mittit a castris suis  
milia passuum decem: atq; inde magno numero frumenti onustos  
recepit in castra. Quibus rebus cognitis Labienus: p̄gressus a suis  
castris milia passuū. vii: per iugū & collem per quē Cesar pridie  
iter fecerat: ibi castra duarum legionum facit. atq; ipse quotidie  
existimans Cesarē eodem sepe frumentandi gratia cōmeaturum:  
cum magno equitatu leuiq; armatura insidiaturus locis idoneis  
cōsedit. Cesar iterim de insidis Labieni ex pfugis certior factus:  
paucos dies ibi cōmoratus: dum hostes quotidiano instituto: sepe  
idem faciendo in negligentiam adducerent: subito mane imperat  
porta decumana legiones se octo ueteranas cum parte equitatus  
sequi. atq; equitibus premissis: neq; opinātes insidiatores: subito in  
cōuallibus latentes: leui armatura concidit circiter .d. reliquos in  
fugam turpissimā cōiecit. Interim Labienus cū uniuerso eq̄tatu  
fugientibus suis suppetias occurrit. Cuius uim multitudinemq; cum

equites pauci cesariani sustinere non possent: Cesar instructas  
legiones hostiū copiis ostendit. Quo facto p̄territō Labieno: ac  
retardato: suos equites recepit scolumel. Postero die Iuba numi-  
dal eos q̄ loco amisso fuga se receparāt in castra: in cruce omnes  
suffixit. Cesar interim qm̄ frumētū inopia premebat: copias om̄s ī  
castra cōcludit. atq; presidio leptē: ruspine Achille relicto: Crispo  
Aquileq; classe tradita: ut alter adrumentum: alter capsum mari  
oblideret: ipse castris incensis quarta noctis uigilia acie instructa:  
impedimentis in sinistra parte collocatis: ex eo loco proficiscitur.  
& peruenit ad oppidū agar: qd̄ a getulis sepe antea oppugnātū:  
summaq; ut per ip̄os oppidanos erat defensū: ibi in campo castris  
unis positus: ipse frumētātū circū uillas cū parte eq̄tatus p̄fectus:  
magno inuento hordei: olei: uini: fici numero: paucō tritici: atq;  
recreato exercitu: rediit ī castra. Scipio interim cognito Cesaris  
discessu: cū uniuersis copiis p̄ iugū Cesarem subsequi cepit. atq; ab  
eius castris milia passuum. vi. lōge trinis castris dispartitis copiis  
cōsedit. oppidū erat zetta qd̄ aberat a Scipione milia passuū. x. ad  
eius regionē & partem castrorū collocatū. a Cesare autē diuersum  
ac remotū: quod erat ab eo lōge milia passuū. xviii. Huc Scipio  
legiones duas frumentanti gratia misit. Quod postquā Cesar ex  
perfugis cognouit: castris ex campo in collē ac tutiora loca col-  
locatis: atq; ibi presidio relicto: ipse quarta uigilia egressus preter  
hostiū castra proficiscitur cū copiis. & oppido potitur. Legiones  
Scipionis cōperit longius in agris frumētari. & cū eo contendere  
cōaretur: aduertit copias hostiū n̄ legiōibus occurrere suppe-  
tias: que res eius ip̄etū retardauit. Itaq; capto. C. Biotio Regno  
equite ro. Scipionis familiarisso: qui ei oppido p̄erat: & P.  
Atrio equite romano de conuentu uticensi: & camelis: xxii. regis  
adductis: presidio ibi cū oppido legato relicto: ipse se recipere cepit  
ad castra. Cum iam nō longe a castris Scipionis abesset: que eum  
necesse erat pretergredi: Labienus Afraniusq; cū omni equitatu  
leuiq; armatura ex insidis adorti: agmini eius extremo se offerūt.  
atq; ex collibus primis existūt. Quod postq̄ Cesar animaduertit:  
equitibus suis hostiū in oppositis sarcinas: legionarios in aceruum  
tubet cōportare: atq; celeriter signa hostibus inferre. quod postq̄  
ceptum est fieri: primo impetu legionis eq̄tatus: & leuis armatura  
hostiū: nullo negotio loco pulsa & deiecta est de colle. Cum iam  
Cesar existimasset hostes pulsos: deterritosq; finem lacessēdi fac/





guros: & iter ceptū p̄gere cepisset: Iterū celeriter ex p̄ximis col-  
libus erupit: numide leuis armature mirabili uelocitate p̄mpu: q̄  
inter equites pugnabant. & una pariterq; cū equibus accurrere: &  
refugere cōsueuerāt. Cū hoc sepius facerēt: & iulianos p̄ficiētes  
insequerētur: & refugerent. stantes p̄p̄ius nō accederent: & sin-  
gulari genere pugne uterentur. eosq; iaculis cōuulnerare satis eē  
crederēt. Cesar itellexit nihil aliud illos conari: nisi ut se cogerēt  
castra ī eo loco ponere: ubi om̄ino aque nihil esset: ut exercitus  
eius ieiunus: qui a quarta uigilia usq; ad horam decimā diei nihil  
gustasset. ac iumenta siti perirent: Cū iam ad solis occasum esset:  
& nō totos centū passus in horis q̄ttuor esset progressus: equitatu  
suo propter equorū interitum extremo agmine remoto: legiones  
inuicem ad extremum agmen euocabat. ita uim hostium placide  
leniterq; procedens per legionariū militem cōmodius sustinebat.  
Interim equitum numidarum copie: dextra sinistraq; per colles  
currere: coroneq; ī modū cingere multitudie sua Cesaris copias.  
pars agmen extremum sequi: Cesariani interim nō amplius tres  
aut quattuor milites ueterani cū se conuertissēt: & pila uiribus  
contorta in numidas infestos congestissē: amplius duorū militū  
ad unū terga uertebāt. ac rursus ad aciem passim conuersis equis  
se colligebāt. atq; in spatio cōsequebātur. & iacula ī legionarios  
coniciebāt. Ita Cesar modo p̄cedendo: modo resistendo: tardius  
itinere confectus: noctis hora prima omnes suos ad unū in castris  
sautis. x. factis reduxit. Labienus circiter. ccc. amissis: multis  
uulneratis: ac defessis istādo oibus: ad suos se recepit. Scipio iterū  
solicus est mitti. Hoc preterito tempore. C. Fundanius eques rex ex castris aduersarioz ad nos transfugit. Postero die ex legione uernacula: milites sunt capti ab equibus nostris duoque dixerunt se seruos esse. Cum uenirent: cogniti sunt a militibus qui antea cum Babilio & Pedio fuerant: & a Trebonio transfugerant. Eis ad ignoscendum nulla est data facultas. & a militibus nostris interfecti sunt. Idem temporis capti tabellarii: qui a corduba ad Pompeium missi erant: properamque ad castra nostra perueniant: periculis manibus missi sunt facti. Pari consuetudine uigilia secunda ex oppido ignem multum telorumque multitudinem iactando: bene magnum tempus consumperunt. complures uulneribus affecerunt. Preterito noctis tempore eruptionem in legionem sextam fecerunt: cum in opere nostri distenti essent: acriterque pugnare ceperunt. Quorum uis repressa a nostris: etsi oppidani superiore loco defendebant quinquaginta cum eruptionem facere cepissent: tamen uirtute militum nostrorum: qui etsi inferiori loco premebantur: tamen repulsi aduersarii: bene multis uulneribus affecti in oppidum se contulerunt. Postero die Pompeius ex castris suis brachium cepit ad flumen falsum facere. & cum nostri equites pauci in statione fuissent a pluribus reperti: de statione sunt periclitati. & occisi tres. Eo die. A. Valgius senatoris filius: cuius frater in castris Pompei fuisset: omnibus suis rebus relictis: equum conscendit & fugit. Speculator de legione secunda pompeiana: captus a militibus & interfectus est. Per idem temporis gladius missa est inscripta: quo die ad oppidum capiendum accederent: sese scutum esse positurum. Quaspe nonnulli dum sine periculo murum ascendere: & oppidum potiri posse se sperarent: postero die ad murum opus facere ceperunt: & bene magna portis muri pars detecta est. Quo facto ab oppidanis acti suarum partium essent conseruati: missos fecere loricatos. Quorum presidii causa propositi oppido a Pompeio essent orabant. Quibus ridit Cesar se conditiones dare. non accipere consueuisse. Qui cum in oppidum reuersi essent: relato resperso: clamore sublato: omni genere telorum emissio: pugnare per muro toto ceperunt. Propter quod fere magna pars hominum qui in castris nostris erant: non dubitarunt quod irruptionem eo die esset facturi. Ita corona circumdata: pugnatum est aliquod uelut uehementissime. Simulque balista missa a nostris: turrem deiecit. Quas aduersarioz qui in ea turre fuerunt: quique deiecti sunt. Et puer qui balistam solitus erat obseruare. Eo preterito tempore Pompeius trans flumen falsum castellum constituit. Neque a nostris prohibitus:





falsaq; illa opinioe gloriatus est: q; ppe in nostris partibus locum tenuisset. Item in sequenti die eadem consuetudine: du longius psequeretur: quo loco equites nostri statione habuerant: aliquot turme cu leui armatura loco sunt deiecte. Et ppter paucitatem nostrorum equitum. simulq; cu leui armatura inter turmas aduersariorum periti. Hoc in conspectu utrorumq; castrorum gerebatur. & maiore Pompeiani exultabant gloria. longius q; nostris cedentibus psequi cepissent. Qui cu aliquo loco a nostris recepti essent: ut consuescent ex simili uirtute: clamore facto aduersarij sunt prelium facere. fere apud exercitus hoc est equestri prelii consuetudo: cum eques ad dimicandum dimisso equo cu pedes progreditur: nequaquam par habetur: id qd in hoc accidit certamine. Cum pedes leui armatura electi ad pugnam equitibus nostris nec opinantibus uenissent. Idq; cum in prelio aduersarij essent: complures ex equis descenderunt. Ita exiguo tempore eques pedestre: pedes equestre prelium facere cepit. usq; eo: ut cedere proxime a uallo fecerint. In quo prelio aduersarij ceciderunt centum uiginti tres. compluresq; armis exuti. multi uulneribus affecti in castra sunt redacti. nostri ceciderunt tres. sauci. xii. pedes. & equites quinq;. Eius diei sequenti tempore: pristina consuetudine promuro plicari ceptum est. Cu bene magnam multitudinem telorum: ignemq; nostris defendentibus iniectissent: nefandum crudelissimiq; facinus sunt aggressi: In conspectuq; nostro hospites qui in oppido erant: iugulare & de muro precipites mittere ceperunt. sicut apud barbaros quod post hostium memoriam nunquam est factum. Huius diei extremo tempore: a Pompeianis clam ad nostros tabellarius est missus: ut ea nocte turrem aggeremq; incenderent: & tertia uigilia eruptionem facerent. Ita igne telorumq; multitudine iacta: cum bene magnam partem muri consumpsissent: portam que e regione & in conspectu Pompei castrorum fuerat aperuerunt. copieq; tote eruptionem fecerunt. secumq; extulerunt culcatas ad fossas complendas: & harpagones ad casas: que stramentis ab nostris hibernorum causa edificate erant: diruendas. & incendendas. Preterea argentum & uestimenta: ut dum nostri in preda detinerentur: illi cedere facta: ad presidia Pompei se recipent. Nam q; existimabat eos posse conatum efficere: nocte tota ultraibat flumen falsum in acie. Quod factum licet nec opinantibus nostris esset gestum: tamen uirtute freti repulsi: multisq; uulneribus affecti: oppido represserunt. predaq; & armis eorum sunt potius. uiuosq; aliquos ceperunt. qui postero sunt interfecti die.

Eodemq; tempore transfuga nuntiavit ex oppido Iuntum: qui in cuniculo fuisset: iugulatione oppidanorum facta: clamasse facinus se nefandum & scelus fecisse. Nam eos nihil meruisse qre tali pena afficerentur: qui eos ad aras & focos suos recepissent. eosq; hospitium scelere contaminasse. multa preterea dixisse: q; oratione deterritos amplius iugulationem non fecisse. Ita postero die Tullius legatus cu Catone lusitano uenit. & apud Cesarem uerba fecit. Vtinam quidem dii immortales fecissent: ut tuus potius miles q; Cn. Pompei factus essem. & hanc uirtutis constantiam in tua uictoria: non in illius calamitate prestarem. Cuius funeste laudes: quonia ad hanc fortunam reciderunt: ut ciues romani indigentes presidio: & ppter patrie luctuosam perniciem dedimur hostium numero: qui neq; in illius acie primam fortunam: neq; in aduersa secundam obtinimus uictoriam. qui legionum tot impetus sustentantes: nocturnis diurnisq; operibus gladioq; ictus: telorumq; missis expectantes: uicti & deserti a Pompeio tua uirtute superati: salutem a tua clementia deposcimus. petimusq; ut qualem te gentibus prestitisti: similem in ciuium ditione prestes. Remissis legatis cum ad portam uenisset Tyberius Tullius: cu eum introeuntem. C. Antonius insequutus non esset: reuersus est ad portam: & hominem apprehendit. Quod Tyberius cu fieri aduertit: semel pugionem eduxit: & manum eius incidit. ita refugerunt ad Cesarem. Eodemq; tempore signifer de legione prima transfugit: & innotuit quo die equestre prelium factum esset: suo signo perisse hostes trigintaquinq;. Neq; licere in castris Cn. Pompei nuntari: neq; dici perisse quenquam. Seruus cuius dominus in Cesaris castris fuisset: uxoremq; & filium in oppido reliquerat: dominum iugulauit: & ita clam a Cesaris presidio in Pompei castra discessit: & inditium glade scriptum misit. per quod certior fieret Cesar: que in oppido ad defendendum compararetur. Ita litteris acceptis: cum in oppidum reuersi essent: qui mittere gladem scriptam solebant. In sequenti tempore duo lusitani fratres transfuge nuntiarunt: quam Pompeius contionem habuisset: quonia oppido subsidio non posset uenire: noctu ex aduersariorum conspectu se deducerent: ad mare uersum: Vnum respondisse: ut potius ad dimicandum descenderet: q; signum fuge ostenderent. Eum qui ita loquutus esset: iugulatum. Eodem tempore tabellarij eius deprehensi: qui ad oppidum ueniebant. quorum litteras Cesar oppidanis obiecit. & qui uitam sibi peteret: iussit turre ligneam oppidanorum





incendere. Id si fecisset: ei se promisit omnia cōcessurum: Quod difficile erat factu: ut eam turrem sine periculo quis incenderet. Ita facturuf de ligno cum propius accessisset: ab oppidanis est occisus. Eadem nocte transfuga nuntiavit Pompeium & Labienum de iugulatione oppidanorū indignatos esse. Vigilia secunda propter multitudinem telorum: turris lignea que nostra fuisset: ab imo uitium fecit: usq; ad tabulatum secundum & tertium. Eodem tēpore pro muro pugnaverunt acerrime. & turrim nostram ut superiorem incenderunt. Idcirco q̄ uētum secundum ad hoc habuerunt. In sequenti luce materfamilias de muro se deiecit: et ad nos transiit. Dixitq; se cum familia constitutum habuisse: ut una transfugerent ad Cesarem: illam oppressam & iugulatam. Hoc preterea tempore taballe de muro sunt deiecte: In quibus scriptum est inuentum. L. Minutius Cesari: si mihi uitam tribuis: quoniā a Cn. Pōpeio sum desertus: qualē me illi prestiti: tali uirtute & constantia: futurum me in te esse prestabo. Eodem tempore oppidanorum legati: qui antea exierant: Cesarem adierunt: si sibi uitam concederet: sese in sequenti luce oppidum esse dedituros. Quibus respōdit: se Cesarem esse fidemq; prestaturum. Ita ante diem. xi. kalen. martii oppido potitus: imperator est appellatus. Et Pompeius ex perfugis cum deditonem oppidi factā esse scisset: castra mouit ucubim uersus: sed circum ea loca castella disposuit: & munitionibus se cōtinere cepit. Cesar mouit. & propius castra castris contulit. Eodem tempore mane loricatus unus ex legione uernacula ad nos transfugit: & nuntiavit Pompeium oppidanos ucubenses conuocasse: eisq; ita imperauisse: ut diligentia adhibita perquirerent: qui essent suarum partium: itemq; aduersariorum uictorie fautores. Hoc preterito tempore: in oppido quod fuit captum seruus est prehensus in cuniculo: quem supra demonstrauius: dominum iugulasse. is uiuus est combustus. Idemq; temporis centuriones loricati octo ad Cesarem transfugerūt ex legione uernacula. & equites nostri cum aduersariorum equitibus congressi sunt. & sauci aliquot occiderunt ex leui armatura. Ea nocte speculatores comprehensi serui tres. & unus ex legione uernacula. Serui sunt in cruce sublati. militi ceruices abscisse. Postero die equites cum leui armatura ex aduersariorum castris ad nos transfugerūt. Et eo tēpore circiter. undecim. equites ad aquatores nostros excurrerunt.

nōnullos interfecerunt. Item alios uiuos abduxerunt. Ex equitibus capti sunt equites octo. In sequenti die Pompeius securis percussit homines septuagintaquatuor qui dicebātur esse fautores Cesaris uictorie. Relquos uersum oppidum iussit deducti. Ex quibus effugerunt centum uiginti. & ad Cesarem uenerunt. Hoc preterito tempore: qui in oppido articula bursauolenses capti sunt: legati profecti sunt cum nostris: uti rem gestam bursauolensibus referrent. Quid sperarent de Cn. Pompeio cum uiderēt hospites iugulari? Preterea multa scelera ab eis fieri: qui presidii causa ab his reciperentur. Qui cum ad oppidum uenissent: nostri qui fuissent equites romani: & senatores: non sunt ausi introire in oppidum: preterq̄ qui eius ciuitatis fuissent: Quorum responsis ultro citroq; acceptis & redditis. cum ad nostros se reciperent: qui extra oppidum fuissent: illi de presidio insecuti: ex aduersione legatos iugularunt. Duo reliqui qui ex eis fugerunt: Cesari rem gestam detulerunt. & speculatores ad oppidum ategua miserunt. Qui cum certum comperissent legatorum responsa ita esse gesta: quemadmodum illi retulissent: ab oppidanis concursu facto: eum qui legatos iugulasset lapidare: & ei manus intempere ceperunt. illius opera se perisse. Ita uix periculo liberatus: petiit ab oppidanis: ut ei liceret legatum ad Cesarem proficisci. illis se satisfacturum. Potestate data cum inde esset profectus: presidio comparato: cū bene magnam manū fecisset: nocturnoq; tempore per fallatiam in oppidum esset receptus: iugulationem magnam facit. Principibus qui sibi contrari fuissent interfectis. oppidum in suam potestatem recipit. Hoc preterito tempore serui transfuge nuntiauerunt oppidanorum bona uendere. ne cui extra uallum liceret exire: nisi distinctum. Idcirco ex quo die oppidum ategua esset captum: metu conterritos complures profugere in bethuriam. neq; sibi ullam spem uictorie ppositam habere. ut siquis ex nostris transfugerit: in leuem armaturam conici: eumq; non amplius sedecim accipere. In sequenti tempore. Cesar castris castra contulit. & brachium ad flumen fallum ducere cepit. Hic dum in opere nostri distenti essent: complures ex superiore loco aduersariorum decurrerunt. Nec decinentibus nostris: multis telis inectis: complures uulneribus afficere. Hic dum ut ait Ennius nostri cessere parumper. Itaq; preter consuetudinem cum a nostris animaduersum esset cedere centuriones: ex





legione quæ flumē transgressi duo: restituerunt aciem. Acriterque  
eximia uirtute plures cum agerent: ex superiore loco multitudiē  
telorum alter eorum concidit. Ita cum is compar prelium facere  
cepisset: & cum undique se circumueniri animaduertisset: parumper  
ingressus: pedem offendit. Huius concidentis uiri casu passim  
audito: cum complures aduersariorum concursus facerēt: equi-  
tes nostri transgressi in interiore loco aduersarios ad uallum  
agere ceperunt. Ita cupidius dum intra presidia eorum student  
cedem facere: a turmis & leui armatura sunt interclusi. Quorum  
nisi summa uirtus fuisset: uiui capti fuissent. Nam & munitione  
presidii ita coangustabantur: ut eques spatio intercluso: uix se  
defendere posset. Ex uirique genere pugne complures sunt uul-  
neribus affecti. In quibus etiam Clodius Arquitius. Inter quos ita  
cominus est pugnarum: ut ex nostris preter duos centuriones  
sic nemo desideratus: gloria se efferentes. Postero die ab sorticia  
utrorumque conuenere copie. Nostri brachia ducere ceperunt.  
Pompeius cum animaduerteret castello se excludi aspauit: quod  
est ab ucubi milibus passuum quinque. Hec res necessario deuo-  
cabat. ut ad dimicandum descenderet. Neque tamen equo loco  
sui potestatem faciebat. sed ex gramo excelsum tumulum capi-  
ebat. usque eo ut necessario cogereetur iniquum locum subire. Quo  
facto cum utrorumque copie tumulum excellentem petissent:  
prohibita nostris sunt detectique planitie. Que res secundum  
nostris efficiebat prelium. undique cedentibus aduersariis: nostri  
magna in cede uersabantur. Quibus mors non uirtus saluti fuit.  
Qui subito tunc nisi aduerserasset: a paucioribus nostris omni  
auxilio priuati essent. Nam ceciderunt ex leui armatura trecenti  
uigintiquattuor. Ex legionariis centum triginta octo. Preterque  
quorum arma & spolia sunt allata. Ita pridie duorum centurionum  
intentio hac ad uersariorum pena est litata. In sequenti die pari  
consuetudine: cum ad eundem locum eius presidium uenisset:  
pristino illo suo utebantur instituto. Nam preter equites nullo  
loco equo se committere audebant. Cum nostri in opere essent:  
equitum copie concursus facere ceperunt. Simulque uociferan-  
tibus legionariis cum locum efflagitarent: ut consueti insequi  
existimare possent se paratissimos esse ad dimicandum: nostri  
ex humili conualle bene longe sunt egressi. & in planitie iniqui-  
ori loco constiterunt. Illi tamen proculdubio ad congregandum

in equum locum non sunt ausi descendere. Unus Antistius Turpio  
fidens uiribus ex aduersariis sibi parem esse neminem cogitare.  
cepit. hic ut fertur Achilis: menonisque congressus. Q. Pompeius  
niger eques romanus. italicensis: ex acie nostra ad congregandum  
progressus est. Quoniam ferocitas Antistii omnium mentes con-  
uerterat: ab opere ad spectandum actus sunt dispoſite. Nam inter  
bellatores. principesque dubia erat posita uictoria: ut prope uideret  
finem bellandi duorum dirimere pugna. Irauidi: cupidique suarum  
quisque partium. expertorum uirorum. fautorumque uoluntas ha-  
bebatur. Quorum uirtute alacri cum ad dimicandum in planitie  
se contulissent: scutorumque laudis insignis prefulgens opus celatum:  
quorum pugna esset prope profecto dirēpta: nisi propter equitum  
concessum: ut supra demonstraui: leui armatura presidii causa  
non longe ab opere castrorum constitisset. ut nostros equites in  
receptu: dum ad castra redeunt: aduersarii cupidius sunt insecuti:  
uniuersi clamore facto impetum dederunt. Ita metu perterriti:  
cum in fuga essent: multis amissis in castra se recipiunt. Cesar ob  
uirtutē turme Cassiæ donauit milia. xiiii. & profecto torques au-  
reos. v. & leui armature milia. cc. hoc die A. Bebius. & C. Flauius  
et A. Trebellius eques romani: astensis. argento prope teſti. eques  
ad Cesarem transfugerunt: qui nuntiauerunt: equites romanos  
coniurasse omnes qui in castris Pompei essent: ut transitionem  
facerent. Serui inditio omnes in custodiam esse conſectos. e quibus  
occasione capta se transfugisse. Item hoc die littere sunt deprehēse:  
quas mittebat Saonē Cn. Pompeius. s. u. g. e. u. et si prout nostra  
felicitas ex sententia aduersarios adhuc propulſos habemus tamē  
si equo loco sui potestatem facerēt: celerius que nostra opinio fere ē:  
bellum confecissem. Sed exercitū Tironū non audent in capum  
deducere: nostrisque adhuc freti presidii bellum ducūt. Nam sin-  
gulas ciuitates circumsederūt. inde sibi comēatus capiunt. Quare  
et ciuitates nostrarum partium conseruabo. Et bellū primo quoque  
tempore conficiam. Cohortes animo habeo ad uos mittere. Pro-  
fecto nostro comēatu priuati necessario ad dimicandum descendent.  
In sequenti tempore cum nostri temere: in opere distenti essent:  
equites in cliueto dum lignantur. interfecti sunt aliquot. Serui  
transfugerunt qui nuntiauerunt ad tertio nonas martii prelium  
affore ad Sortiam: quod factum est: ex eo tempore metum esse  
magnum. & Actium Varum circū castella pēsse. Eo die Pompeius





castra mouit. & contra Ispalim in oliueto constitit. Cesar priusq̄  
eodem est profectus. luna hora citra ter sexta uisa est. Ita castris  
motis V cubim Pompeius presidium: quod reliquit: iussit ut incen/  
deret: & deusto oppido in castra maiora se reciperet. Insequente  
tempore uentiponte oppidum cum oppugnare cepisset: deditioe  
facta: iter fecit in canrucam. contra Pompeius castra posuit. Pó/  
peius oppidum: q̄ contra sua presidia portas clausisset incendit.  
Miles q̄ q̄ fratrem suum in castris iugulasset: interceptus ē a nostris.  
et fuste percussus. Hinc itinere facto in campum mundesem cū  
esset uentum: castra contra Pompeium constituit. Sequentiq̄ die  
cum iter facere Cesar cum copiis uellet: renuntiatus est ab specu/  
atoribus Pompeium de tertia uigilia in aciem stetit. Hoc nūctio  
allato uexillum proposuit. Idcirco enim copias eduxerat. q̄ uer/  
saonenſium ciuitati fuissent fautores. Fausto aerea litteras miserat.  
Cesarem nolle in conuallem descēdere: q̄ maiorem partem exercitus  
tyronum haberet. He littere uehementer confirmabant mentes  
oppidanorum. Ita hac opinioe fretus totum se facere posse ex/  
istabat. Etenim & natura loci defendebat. & ipsius oppidi munitioe  
ubi castra habuit constituta. Namq̄ ut superius demonstrauius:  
loca excellentia cumulis continet. interim nulla planitie diuidit.  
id q̄ eo incidit tempe. Planities inter utraq̄ castra intercedebat:  
circiter milia passuumq̄. ut auxilia Pompei duabus defendere  
rebus. Oppidi excelsi & loci natura hinc dirigēs proxima planities  
equabatur. cuius decursum antecedebat riuus. qui ad eorum accessum  
summā efficiebat loci iniquitatem. Nam palustris & uoraginoso  
solo currebat ad dextram partem: & Cesar cum aciem directam  
uideſset: non habuit dubium quin media planitie in equum ad/  
dimitendum aduersarii procederēt. hoc erat in omnium conspectu.  
huc accedebat. ut locus illa planitie equatus ornaret. & dies solisq̄  
serenitatem. ut mirificum & optandum tempus. prope ab diis im/  
mortalibus illud tributum esset ad prelium committendum. Nostris  
letari. nonnulli etiam timere. q̄ in eum locum res: fortuneq̄ omnia  
deducerētur. ut quicquid post horam castris fieret: indubio po/  
neretur. Itaq̄ nostri ad dimicandum procedūt. id q̄ aduersarios  
existimabamus esse facturos. Qui tamē a munitione oppidi mille  
passibus longius non audebāt procedere. in quo sibi prope murum  
aduersarii constituebant. Itaq̄ nostri procedūt. interdum equas  
loci aduersarios efflagitabat: ut tali conditione contenderent: ad

uictoriam. Neq̄ tamen illi a sua consuetudine discedebant. ut  
aut ab excelso loco: aut ab oppido discederent. Nostris pede p̄ſſo  
propius riuum cum appropinquassent aduersarii patrocinari loco  
iniquo non deserūt. erat acies. xiii. aquilis constituta: que lateribus  
equitatu tegebatur: cum leui armatura milibus. sex preterea auxi/  
liares accedebant. prope alterum tantum. Nostra presidia. lxxx.  
cohortibus & octomilibus equitum. Ita cum in extrema planitie.  
iniquum in locum nostri appropinquassent. paratus hostis erat  
superior. ut traſeundi superius iter uehementer esset periculosum.  
Quod cum a Cesare esset animaduersum. nequid temere culpa  
sua secus admitteretur. eum locum definire cepit. Quod cum hominum  
auribus esset obiectum. moleste & acerbè accipiebāt: se impediri.  
quominus prelium conficere possent. Hec mora aduersarios ala/  
criores efficiebat. Cesaris copias timore impediri: ad committendum  
prelium. Ita se efferentes iniquo loco sui potestatem faciebant:  
ut magno tamen periculo accessus eorum haberetur. hic decumani  
suum locum cornu dextrum tenebant. sinistram tertia. & quinta  
legio iteq̄ cetera auxilia & equitatus. prelium clamore facto com/  
mittitur. Hic & si uirtute nostri antecedeabant: aduersarii loco  
superiore defendebāt acerrime. & uehemēs fiebat ab utrisq̄ clamor.  
telorumq̄ missu concursus. sic ut prope nostri diffiderēt uictorie.  
Congressus enim & clamor quibus rebus maxime hostis conterret:  
in collatu pari erat conditione. Itaq̄ ex utroq̄ genere cum parem  
uirtutem ad bellandum contulissent: pilorum missu fixa cumulat:  
et concidit aduersariorum multitududo. dextrum demonstrauius  
decumanos cornu tenuisse. qui etsi erant pauci: tamen propter  
uirtutem: magno aduersarios timore eorum opera afficiebant. q̄  
a suo loco hostes uehementer premere ceperunt. ut ad subsidium:  
ne ab latere nostri occuparent: legio aduersariorum traduci cepta  
sit ad dextrum. Que simul est mota. equitatus Cesaris: sinistram  
cornu premere cepit. ita uti eximia uirtute prelium facere possēt.  
ut locus in acie ad subsidium ueniendi non daret. Ita cum clamore  
esset intermixtus: gemitus: gladiatorumq̄ crepitus auribus oblat:  
imperitorum: mentes prepediebat. Hic ut ait Ennius. pes pede premit.  
armis teruntur & arma: aduersariosq̄ uehementissime pugnantem  
nostri agere ceperunt. quibus oppidum fuit subsidio. ita ipsi libe/  
ralibus: fusi fugatiq̄ non super fuisset: nisi in eum locum confuisset:  
ex quo erant egressi: in quo prelio ceciderunt milia hominum circiter





triginta: et siquid amplius. preterea Labentus. Actius. Varus. quibus  
occisus: uerisque funus est factum. Itemque equites romani. partim ex  
urbe. partim ex punitia ad milia tria. Nostri desiderati ad homines  
mille partim peditum: partim equitum. sautu ad quingentos. Ad/  
uersariorum aquile sunt ablatae. xiiii. et signa. et fasces. Preterea  
duces belli. xvii. capti sunt hos habuit res exitus. ex fuga hac cum  
oppidum mundam sibi constituerent presidium. Nostri cogebant  
necessario eos circumvallare: ex hostium armis. pro cespice cadauera  
collocabantur. scutum. & pila pro uallo. insuper occisus. & gladii.  
ut mucrones & capita hominum ordinata: ad oppidum conuersa  
uniuersa. hostium timorem. uirtutisque insignia proposita uiderent.  
et uallo circumcluderentur aduersarii. Ita galli: tragulis: iaculisque  
oppidum ex hostium cadaueribus sunt circumplexi: oppugnare  
ceperunt. Ex hoc prelio Phalerius adolescens. corduba cum paucis  
equitibus fugiens. Sexto Pompeio qui cordube fuisset: rem gestam  
refert. Cognito hoc negotio: quos equites secum habuit: quod per/  
cunte secum habuit: eis distribuit. & oppidanis dixit: se de pace ad  
Cesaris proficisci: & secunda uigilia ab oppido discessit. Cn. Pom/  
peius cum equitibus paucis. nonnullisque peditibus ad nauale presidium  
parte altera contendit: quod oppidum abest a corduba milia passuum  
.clxx. Quo cum ad octauum miliarium uenisset. P. Calpurnius qui  
castris antea Pompeii prepositus esset: eius uerbis nuntium mittit:  
cum minus belle haberet: ut mitteret lecticam qua in oppidum  
deferri possit. litteris missis Pompeius carte iam deferre. Qui illarum  
partium fautores erant: conueniunt in domum: quo erat delatus.  
qui arbitrati sunt clanculum uenisse: ut ab eo que uellent de bello  
requerent. cum frequentia conuenisset: de lectica Pompeius eorum  
in fidem confugit. Cesar ex prelio munitione circumdata cordubam  
uenit. qui ex cede eo refugerant: pontem occupauerunt. cum eo  
esset uentum conuicta receperunt. nos ex prelio paucos superesse  
quo confugeremus. Ita pugnare ceperunt de ponte. Cesar flumen  
traiecit. & castra posuit. scapula totius seditionis familie & liber/  
tinorum caput. ex prelio cordubam cum uenisset: familiam: et  
liberos conuocauit. Pyram sibi extruxit. cenam afferri quam optimam  
imperauit. Item optimis insternendum uestimentis. pecuniam &  
argentum in presentia familie donauit. Iple de tempore cenare.  
uinum & nardum identidem sibi infundit. ita nouissimo tempore  
seruum iussit: & libertum qui fuisset eius concubinus: alterum se

iugulare: alterum pyram incendere. Oppidani autem simul Cesar  
castra contra oppidum posuit. discordare ceperunt: usque eo ut clamor  
in castra nostra ueniret. que fere iter cesarianos & interpopos/  
anos Erant hic legiones: que ex profugis conscripte. partim oppidanorum  
serui qui erant a Sex. Pompeio manumissi: qui in cesaris aduentum  
descendere ceperunt. Legio. xiiii. oppidum defendere cepit. nam  
cum iam repugnarent: turrel ex parte. & murum occuparunt.  
Denuo legatos ad Cesarem mittunt: ut sibi legiones subsidio in/  
tromitteret. Hoc cum animaduertent homines fugitiui oppidum  
incendere ceperunt. Qui superati a nostris sunt interfecti. hominum  
milia. xxii. preterquam extra murum qui perierunt. Ita Cesar oppido  
potius dum hic detinere ex prelio quos circummunitos superius  
demonstrauimus eruptionem fecerunt. & bene multi interfecti.  
in oppidum sunt redacti. Cesar hispani cum contendisset: legati  
deprecatum uenerunt. Ita cum ad oppidum sese tuendum. Caninium  
cum presidio legatum intromittit. ipse castra ad oppidum ponit.  
Erat bene magnum intra pompeianarum partium presidium quod  
Cesaris presidium receptum indignaret. clam erga quendam Philonem:  
illum qui pompeianarum partium fuisset defensor acerrimus. Is  
tota lusitania notissimus erat. hic clam presidio in lusitaniam pro/  
ficiscitur. & Ceciliam nigrum nomine barbarum ad lenium conuenit.  
quod bene magnam manum lusitanorum haberet. Rursus in hispanim  
oppidum: denuo noctu per murum recipitur. presidium uigilesque  
iugulant. portas precludunt. de integro pugnare ceperunt. Dum  
hec geruntur. legati carcelenses renuntiauerunt. quod Pompeium in  
potestate haberent. quod ante Cesaris portas preclusissent. illo beneficio  
suum maleficium existimant ac se lucri facere. Lusitani hispanim  
oppugnare nullo tempore desistebant. Quod Cesar cum animadu/  
uerteret: si oppidum capere contenderet: ut homines predicti incenderent:  
et menia deleterent. Ita consilio habito noctu patitur lusitanos  
eruptionem facere. id quod consulto non existimabant fieri. Ita  
irrupendo naues que ad betim flumen fuissent: incendunt. Nostri  
dum incendio detinentur: illi profugiunt. & ab equibus concidunt.  
Quo facto oppido recuperato hastam iter facere cepit. ex qua  
ciuitate legati ad deditionem uenerunt. mudensesque qui ex prelio  
in oppidum confugerant: cum diutius circumfederent bene multi  
deditionem faciunt. & cum essent in legatione distributi. coniurant  
inter sese: ut noctu signo dato qui in oppido fuissent eruptionem





facerent. Illi cedem in castris administrarent. Hac re cognita. in sequenti nocte. uigilia tertia. tessera data: extra uallum omnes sunt concisi mundenses duces. Cesar in itinere reliqua oppida oppugnat: que propter Pompeium dissetire ceperant. pars erat que legatos ad Cesarem miserat. pars erat que pompeianarum partium essent fautores. seditione concitata partes occupant. cedes fit magna. Sautius Pompeius naues. xx. occupat logas. & profugit. Didius q Gadis clasi profuisset: ad quem simul nuntius allatus est: confestim seq cepit. pum peditatibus. & egratibus ad persequendum celeriter iter faciens. Item quarto die nauigatione confestim consequutus eos: qui quidem imperati a Gratella cum profecti sine aqua fuisset ad terram applicant. Dum aquam Didius classe occurrit. naues interdum nonnullas capit. Pompeius cum paucis profugit. Ec locum quendam munitum natura occupat. egras & cohortes que ad persequendum misse essent speculatoribus ante missis certiores fiunt: diem & noctem iter fatiunt. Pompeius humero & sinistro crure uehementer erat sautius. hoc accedebat ut etiam talum intorsisset. que res maxime impediebat. Ita lectica a turre qua esse allatus in ea ferebatur. Lusitanus more militari cum Cesaris presidio fuisset conspectus. celeriter equitatu. cohortibusq; circumcluditur. Erat accessus loci difficultas. Nam idcirco q propter suos a nostro presidio fuisset conspectus: celeriter ad munitum locum natura ceperat sibi Pompeius. quem uir magna multitudine deducti homines ex superiori loco defendere possunt. subeunt in aduentu nostri: depelluntur telis. Quibus cedentibus cupidius insequabantur aduersarii. & confestim tardabant ab accessu. Hoc sepius factum animaduertebatur nostro magno id fieri periculo. Opere circummunire instituit: parti autem & celeri festinatione circummunitiones in iugo dirigunt: ut equo pede cum aduersariis congredi possent. A quibus cum animaduersum esset. fuga sibi presidium capiunt. Pompeius ut supra demonstrauimus sautius. & in orto talo: idcirco tardabatur ad fugiendum. Itemq; per loci difficultatem. neq; equo. neq; uehiculo: salutis sue presidium parare poterat. Cedes a nostris undiq; administrabatur. Exclusa munitio: amissisq; auxiliis: ad conuallem autem atq; exesum locum in spelunca Pompeius se occultare cepit: ut a nostris non facile inueniretur. nisi captiuorum inditio. Ita ibi interficitur. Cum Cesar gadibus fuisset: hispalim predie idus aprilis caput allatum: & populo datum est in conspectum.

Interfecto Gn. Pompeio adolescente. Didius quem supra demonstrauimus illa affectus letitia puto se recepit castello. non nullasq; naues ad reficiendum subduxit. lusitani qui ex pugna supfuerunt: ad signum se receperunt. & bene magna manu comparata: ad Didium se reportant. Huic etsi non aberat diligentia ad naues tuendas. tamen nonnunquam ex castello propter eorum crebras excursions eiciebatur & sic prope quotidianis pugnis insidias ponit. & tripartito signa distribuunt. erant parati qui naues incenderent. ut sic dispositi erant ut a nullo conspectu omnium ad pugnam contenderent. Ita cum ex castello Didius ad propellendum processisset. cum copiis: signum a lusitanis tollitur. naues incendantur. simulq; qui in castello ad pugnam processerant: eodem signo fugientes latrones dum persequuntur: a tergo insidie clamore sublato circumueniunt Didius magna cum uirtute cum compluribus interficitur. Nonnulli ea pugna scaphas que ad litus fuerunt: occupant. Item nonnulli cum plures nado ad naues que in salo fuerunt se recipiunt. Anchoris sublatis pelagus remis petere ceperunt. Que res eorum uite subsidio fuit. lusitani preda potiuntur. Cesar gadibus rursus ad hispalim recurrit. Fabius maximus: quem ipse ad presidium oppugnandum reliquerat: operibus assiduis: hostesq; circum sese interclusi: inter se decernere: facta cede bene magna eruptionem faciunt. Nostri ad oppidum recuperandum occasionem non pretermittunt. & reliquos uiuos capiunt. Quattuordecim milia ursaonem proficiscuntur. quod oppidum magna munitione continebatur. sic ut ipse locus: non solum opere: sed etiam natura edictus: ad oppugnandum hostem appeteret. Hoc acciderat: quod aqua preterquam in ipso oppido non erat. nam circumcirca nusquam reperiebatur propius. mil. passuum octo. Que res magno erat adiuumento oppidanis. tum preterea accedebat. ut agger: materiesq; unde soliti sunt turre agi: propius mil. passuum sex non reperiebatur? Ac Pompeius ut oppidi oppugnationem tutiorem efficeret: omnem materiem circum oppidum succisam intro congestit. Ita necessario deducebantur nostri. ut a munda quod proxime ceperant: materiem illo deportaret. Dum hec ad mundam geruntur: & ursaonem. Cesar cum gadibus ad hispalim se recepisset: in sequenti die contione abuocata. commemorauit. initio questure sue eam prouintiam: ex omnibus prouintis perculatam sibi constituisse. & que potuisset eo tempore beneficia largitum esse. in sequentem preteram ampliato honore: uectialia





que Metellus imposuisset: a seatu petisse. & eius pecunia punitam liberasse. Simulq; patrocinio suscepto: multis legationibus ab se in senatum inductis: simul publicis: priuatisq; causis: multorum inimicis susceptis defendisse. Suo item in consulari: absentem que potuisset comoda prouintie tribuisse. eorum omnium commodorum: et immemores & ingratos i se: & in populum romanum: hoc bello: & in preterito tempore: cognosse nos iure gentium & ciuium romanorum institutis cognitis: more barbarorum populo romano magna trafore sanctis romanis semel & sepius attulissetis. & luce clara captum i medio foro nepharie interficere uoluissetis. Vos ita pacem semper odistis: ut nullo tempore legiones desint populo romano. in hac prouintia haberi. Aput uos beneficia p maleficis: maleficia pro beneficiis habentur. Ita neq; in ocio concordia: neq; in bello uirtutem: ullo tempore reuere potuissetis. Priuatus ex fuga Cn. Pompeius adolescens: a uobis receptus: fasces impiumq; sibi arripuit. Multis interfectis ciuibus. auxilia contra populum romanum comparauit. agros. prouintiamq; uestro impulsu depopulauit. In quo uos uictores excitabatis? An me delecto non aduertebatis. decem habere legiones. populum romanum: que non solum uobis obistere: sed etiam celum diruere possent? Quare laudibus & uirtute.

Anno Christi. M. CCC. LXXII. die uero. XXV. mensis augusti.  
Rome in domo Petri de Maximis.

*Handwritten signature or initials, possibly "A. Orti".*

Imperatoris Cesaris commentarios: tam pridem multa diligentia me recognouisse memineram. quos cum a me impressores nostri proximis superioribus diebus efflagitaret: exemplaria illa penes me non esse excusabam. Non potui tamen illis ut differret: persuadere: quocirca per eos morem uis gesturus: quicumq; latinitati afficiuntur: & si perfunctorie denuo illos recognoui. de quibus duobus mihi duntaxat breuissime sunt dicenda. Alterum tenere memoria omnes oportere: qui ad horum uenerint lectionem: que Suetonius Tranquillus in Cesaris uita de uis scripsit: hoc modo. Reliquit & rerum suarum commentarios. Gallici. Ciuilisq; belli. Pompeiani. Nam Alexandrini: Africiq; & hispaniensis: incertus autor est. Alii enim Opium putant. Alii Hirtium. qui etiam gallici belli nouissimum imperfectumq; librum suppleuerit. Ne in fratribus salicet librorum: indices ascribantur emendandi. Equidem alia quedam a nonnullis scribi scio. & tamen ipse Suetonio assentior. ideoq; ut eos: quos Cesar scripsit: tum Ciceronis: tum plurimorum testimonio esse fateor elegantissimos: ita bellorum ciuiliu nouissimum partibus omnino imparem esse: non diffitior. adeo quidem ut preter in eo paucissima: uel propter mendas: uel propter scriptoris infatiam: indignum pene iudicem lectione. historia in illo sane comprehendi potest. reliqua ut mea fert opinio: difficulter intelligi. hoc unum e duobus fuit. Reliquum erat: ut Cesaris potissimum ex eplo maxime etiam in rebus gerendis uiris occupatis: a legendo scribendoq; psus ostenderem non debere auocari. Quis enim potest inueniri maioribus q; Cesar curis implicitis? Quis a puero usq; difficultioribus negotiis circueuentus? Quis tamen eque studiosus? ut nescias maiore ne iperio fuerit an eruditione cumulatior. Certe nemo diffitebitur eloquentiores eo ullos non fuisse: teste Cicerone: in latinitate uero elegantiores: Prisciani quoq; arbitrati. in astrologia deniq; peritiores Plinio ipso ita predicante. in imperio demum maiores omnimundo attestare. & Cesaris ipso nomine hereditario impatoribus summi si perdurante. Talem igitur & tantum in negotiis: & in ocio uirum: ut ego recognoscendum: ita legendum omnes facile sumet. et pro uirili imitandum.





Iohannis andree. Episcopi Aleriensis epistola. Dictatoris  
C. Iulii Cesaris. belli gallici commentarius primus. Gallia.  
Eiusdem secundus. Cum esset Cesar  
Eiusdem tertius. Cum in Italiam  
Eiusdem quartus. Ea que  
Eiusdem quintus. .L. Domitio.  
Eiusdem sextus. Multis de causis  
Eiusdem septimus. De uicta gallia  
A. Hirri uel nouissimum commentarium belli gallici prefatio. Coactus  
A. Hirri belli gallici commentarius nouissimus. Omnia gallia  
C. Iulii Cesaris belli civilis Pompeiani commentarius primus. Litteris  
C. Iulii Cesaris eiusdem belli commentarius secundus. Dum hec.  
C. Iulii Cesaris eiusdem belli commentarius tertius. Dictatore.  
C. Iulii Cesaris belli Alexandrini. Opu aut Hirri commentarius  
quartus. Bello Alexandrino.  
C. Iulii Cesaris belli Africi. Opu aut Hirri commentarius quintus.  
Cesar itineribus.  
C. Iulii Cesaris belli Hispaniensis. Opu aut Hirri commentarius  
sextus. Pharnace.

(166)









